Utrum in aliquibus caſibus licite aliquid dari poſſit pro ſpiritualibus.R̄n̄.ſm Ray.c.i.§.v.Porro ſunt caſus.dicendū ꝙ in aliquibus caſibus licite datur pro ſpiritualibus q̄nqꝫ munus a manu q̄nqꝫ munus ab obſequio q̄nqꝫ a ligua Munus a manu poteſt dari in quinqꝫ caſibus primus ſi gratis offeratur non pro ſpirituali i.q.i. quicqd inuiſibilis.Nam ſicut dicit glo.vvilh. ibide.ſi hec prepoſitio pro notat appreciationez ſeu cōmutationem.ſic nunquam concedendum eſt quod temporale detur pro ſpirituali vel econuerſo.Si autē notet cauſam finalem vt ſit ſenſus iſte dedit denariū pro ſacramento i.propter venerationem ſacramēti ſeu propter venerandū ſacramētū licite pōt hoc fieri ⁊ concedi.ſilr ſi notet cauſam efficientē vt ſit ſenſus iſte dedit pro ſacramēto.i.pro deuotiōe quā habuit ad ſacramentū licite poteſt fieri ⁊ cōcedi.Et ſatis concordat vlr.c.xix.§.Similiter hec prepoſitio pro. Si autem dubitetur vtrum gratis vl' ex pactione vel ex corrupta intentione datū ſit. Tria ſunt maxime attendeda ſm ray.ſ.dantis ⁊ recipiētis qualitas.videlicet an a paupere diuiti vel econuerſo.Siue a diuite locupleti. Muneris quantitas.vt ſi magni vel minoris precij res data exiſtat Et donationis tempus an.ſ.neceſſitate inſtāte ſeu alio tempore cōferatur ⁊ ſecūdū hoc eſt habenda preſumptio vel pro vel cōtra.extra eodē.⁊ ſi queſtiones.Sed hec intelligenda ſunt vt dicit vlr.§.omnia q̄ diximus in foro cauſarum.vbi accipitur preſumptio de ſymonia ex multis.In foro autem cōſcientie attenditur intētio.Idem dicit hoſtiē.§.iij.qualiter cōmittat. Secundus caſus ſm Ray.eſt pro operis ſpiritualibus ad quas nō tenetur ex officio.xij.q.ij.caritatem argumentū ſumit hoſti.ex hoc quod ſacerdos poteſt locare operas ſuas ſi nō habet alias vnde viuat. Tertius pro quibuſdā operis ſpiritualibus debitis.puta cū cōſecrat epūs eccleſiam vel viſitat epiſcopatū pōt exigere procurationem moderataz extra.eo.cum ſit romana.x.q.iij. relatū.extra de preſcriptionib⁹ cū ex officij.extra de cenſib⁹ in nouella innocētij.c.romana.lib.vj.Gaufredus dicit quod non audet dicere ꝙ pro Vlri. Goſ.

actu viſitandi vel conſecrandi epiſcopus aliquid exigat ſed pro labore vie.Sed Ber.in glo.ſuper.c cum ſit romana dicit qȯ nec pro labore.ſed poti⁹ qꝛ iſta procuratio a iure permiſſa eſt. Immo ⁊ ſi eccleſia propter paupertatem procurare nō poſſet epiſcopum ipſe ſuis ſumptibus eccleſiam cōſecrabit.x.q.iij.cauendum.hec.Ber.⁊ concordat cū eo Hoſti.in glo.ibidem. Quartus pro vita eterna vel remiſſione peccatorum vt elemoſine.dani.iiij.peccata tua elemoſinis redime.Sed ſz Th.⁊ Pe.in ſcriptis Cū dicitur vita eterna emi vel remiſſio peccatoruz methaphorica eſt locutio.qꝛ accipitur meritum pro emptione.Deo enim ex precio noſtro nihil poteſt accreſcere. Quintus caſus pro redimenda vexatione que ſibi ſit iniuſte ſuper iure ſpirituali extra.e.dilectus filius. R.⁊ apls Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt.⁊.i.q.iij.queſitū extra de magiſtris prohibeas. Ponūt etiam hos caſus tā Gauf.ꝙ Hoſti Addunt tamē vnū caſum.ſ.q̄ſi concurrūt omnia que ponuntur i illa decretali extra eo.ti.et ſi queſtiones.vt ſi munus eſt modicum nec cauſa nec tempus ſuſpectum ⁊ huiuſmodi. Nota etiam ſm glo.vvilh hic qȯ cum dicitur hic aliquid dari pro ſpiritualibus vt pro miſſa vel pro viſitatione li.pro.notat quaſi cāz efficientē amminiculantem vt ſi dicerem.Cātabo miſſa ſi conceſſeris mihi librū vel calicē. Nota etiam quod hic in quinto caſu dicitur de redimēda vexatione.hoc ſm glo.nō habet locum ſuper iure ſpirituali niſi cū conſtat redimenti pro certo de iure ſuo.Et idem dicit Tho.in ſum.art.ij.arg.v.⁊ Pe.in ſcrip.⁊ Vol.§.equiuocat. Bernar Inno. Vvilh. Vlri.

Queſtio.xj.

Quid de exenijs.R̄n̄.ſecundū Hoſt.xv.queritur de exenijs.Nō inducunt ſymoniam dūmodo non extendantur ad nimiam quantitatem Intellige dum modo ſine pacto ⁊ ſine aliqua corrupta intentione dentur:alias eſt.etiam in modico cōmittitur ſymonia.i.q.i.iudices vel duces

Queſtio.xij.

Quando munus ab obſequio inducat ſymoniam vel nō.R̄n̄.ſm Vlri.§.munus autē ab obſequio dicendū ꝙ munus ab obſequio aliquando eſt in ſeruitijs indebite impenſis ⁊ hoc duplex ſ.vel qȯ ſeruitiū ſecundū ſe.eſt indebitū.i.illicituz ⁊ inhoneſtum vel qȯ ex intentione impēdentis ſeruitium ſit indebitum:quodlibet enim obſequium indebite impēditur qȯ pro aliquo ſpirituali impēditur.Ita ꝙ li pro dicat cauſam principaliter mouentē ad hoc.vnde in vtroqꝫ caſu eſt ſymonia.Si vero ſit obſequium honeſtū hoc vel eſt corporale vl' ſpirituale.Si eſt corporale vt ſi aliquis vadat romaz pro negocijs alicuius eccleſie vel alio honeſto ſeruitio ſeruiat eccleſie vel epiſcopo vel alij prelato poteſt pro tali obſequio dari ſpirituale dūmodo fiat ſine pacto ⁊ etiam li.pro non dicat mouens principale ſed potiuz quod q̄daz vocant excitatiuū:qꝛ excitat affectū dātis aliqȯ ſpūale ad amorem obſequentis.vt poſt hoc ex liberalitate amoris cōferat illȯ ſpūale reſpiciēs tñ principalr deū ⁊ merita perſone que per talia obſequia ⁊ alia bona opera conquiſiuit. Si vero ſit ſpirituale tunc ex pacto vel cōditione nō pro aliquo ſpirituali ipſum debet impendere ſicut ſi vacante beneficio per ſtatutū aliqȯ ſpūale obſequium eſt impoſituz ipſi beneficio ille qui recipit beneficium tenetur impendere illȯ obſequiū.Sicut extra de prebendis.c.ſignificatuz Alex.iij.Confirmat ſtatutum de miſſa de beata virgine celebranda ab eo cui quedam prebenda fuit collata. Concordat his Gauf.c.i.§.in numere.ab Goffre

obſequio. Et Ray. §. vj. in munere ab obſequio cũ
Tho. glo. ibidem. ¶ Tho. etiam in ſumma arti. v. arg. i.
& pe. in ſcript. dicunt ꝙ in huiõi obſequijs hone
ſtis ſeruientibus ad dignitatẽ perſone reſpectus
debet haberi. Nam ex ipſa deuotione obſequij di-
gnus reddit eccleſiaſtico beneficio. ¶ Addit Tho.
ſi autem ſit inhoneſtum obſequium vel ad carna-
lia ordinatũ puta ſeruiunt prelato ad vtilitatẽ cõ-
ſanguineorum ſuorum vel patrimonij ſui vel ali-
quid huiõi eſſet munus ab obſequio & ſymoniacũ.

¶ Queſtio. xiij.

QUid ſi duo ſacerdotes inter ſe condicunt tu
Vvilĥ glo. celebrabis pro me miſſam maiorẽ & ego ali-
am pro te. Rñ. ſm vvilĥm in glo. ibidẽ ſuper ℣. Si
ſpirituale licitũ eſt maxime ex cauſa: & cũ dicitur
iſte impendit obſequiũ ſpirituale pro aliquo ſpiri
tuali: li. pro nõ notat cauſam finalẽ aut appciatio-
nem ſed amminiculationẽ cum iſte nõ poſſit can
tare loco alterius niſi & ille cantet loco ipſius cũ
duas miſſas cantare non debeat.

¶ Queſtio. xiiij.

QUid ſit munus a lingua & quando in hoc cõ
mittitur ſymonia. Rñ. ſecundũ tho. in ſum
ma arti. v. arg. iij. dicendũ ꝙ munus a lingua dici
Tho. tur vel ipſa laus pertinẽs ad fauorẽ humanũ q̃ ſub
precio cadit vel etiam preces ex q̃bus acquirit fa-
uor humanus. aut contrarium euitatur vt quan-
do preces ſunt armate. Quod exemplum addit in
ſcript. & ideo ſi aliquis principaliter ad hoc intẽ-
dat ſymoniam committit. Et videtur ad hoc pri
cipaliter intendere qui preces pro indigno expen-
dit vnde ipſum factum eſt ſymoniacũ ſi autẽ por-
riguntur preces pro digno factum non eſt ſymoni
acum: ſed ſymonia poteſt eſſe in intentione. ſ. quã
Vlricus do habet reſpectum non ad dignitatẽ perſone ſed
ad fauorem humanum. Concordat his vlricus. §.
munus autem a lingua & ſequenti. ¶ Raymund⁹
Raym. §. vij. in munere a lingua. Diſtinguit quia aut ordi
natur ſeu eligitur quis precibus alienis aut pro-
prijs. Si alienis aut ergo ſunt preces carnales
& fiunt pro indigno. Tunc eſt ſymonia. prima. q. i.
de ordinationibus tunc enim preces ſuccedunt lo-
co precij. i. q. i. ſunt nõnulli. Si vero ſint preces ſpi
rituales & pro digno non cõmittitur ſymonia: dum
modo ordinator vel elector non habeat reſpectũ
ad preces. ſed ad deũ & merita perſone extra de eta
te & qualitate tuam. i. q. i. latorem. Concordant his
Hoſt. Tho. Pe. Vlr. §. preces autẽ. Et Hoſti. ℣. ſin autẽ
¶ Si autem ordinatur vel eligitur quis precibus
proprijs. Hug. & multi alij dixerunt qd ſymonia ẽ
etiam quantumcũq; ſit dignus. viij. q. i. in ſcrip. i. q
i. ordinationes Ray. dicit. Ego diſtinguo ſaluo me
liori iudicio ꝙ non poteſt pro ſe petere eccleſiam:
vel dignitatem vel aliud beneficium habens curã
animarum & in hoc ſentio cum Hug. per iura ſu-
pradicta & extra de iure patronatus per noſtras.
Beneficium vero ſimplex ſi indiget & ſentit ſe di-
gnum poteſt petere abſq; metu peccati ſymonie
extra. eo. ti. tua nos. & ar. de reſcri. ad aures. extra. ſ.
de preben. cum ſecundũ. Et in hoc ſentio cũ alijs
Concordãt his Tho. in ſum. art. v. arg. iij. Et etiã
in ſcrip. Et Hoſt. ℣. lingua. Et Goff. ſ; glo. vvilĥ
Gof. hic dicit ꝙ hec opinio videtur dura & multociẽs
fit contrarium vnde credo quod beneficiũ habẽs
curam animarum annexam poteſt aliquid petere
per ſe ſi dignus ſit exemplo eſa. qui dixit. Ecce ego
mitte me. eſa. vj. c. Et concordat cum eo. vlr. ¶ Si
vero non indiget dicit Raymun. quod peccat: eti-
am ſi petit ſimplex beneficium vt patet per illam
decreta. ad aures & i. q. ij. clericos. xij. q. i. alli au-
tem qui. Concordat cum eo Tho. ſ; Glo. Iterum
hic contradicit vnde ait hoc iterum durum eſt. Et
credo quod ex quo aliquis promotus eſt ad ſacros
ordines cum huiuſmodi ordinatio titulum eccle-
ſiaſticum requirat poteſt petere beneficium eccle
ſiaſticum licet abundet in temporalibus. Et iu-
ra que magiſter inducit ad probandum contrariũ
loquuntur ſecundum ſtatũ primitiue eccleſie quã
do exiles redditus erant & diſtribuebatur de facul
tatibus eccleſie prout vnicuiq; opus erat. Et con-
cordat cum eo vlr. §. ſecundum eſt preces. Quia ne
mo cogitur ſuis proprijs ſtipendijs militare. Si
tamen dignitatem vel curam animarum pro ſe pe
tat ex tanta preſumptione que eum tali beneficio
reddit indignum ſymonia eſt quia ſunt preces pro
indigno.

¶ Queſtio. xv.

QUe ſymonia ſit grauius peccatum. Rñ. ſecũ Vlri.
dum vlri. §. quamuis autẽ in omnib⁹. Quã
uis in munere a manu a lingua & ab obſequio cõ-
mittatur ſymonia tamen quia magis proprie pre
cium eſt munus a manu quam a lingua vel ab ob
ſequio. Ideo illa ſymonia eſt maius peccatum.

¶ Queſtio. xvj.

UTrum vendere vaſa ſacra: veſtes ſacras cy-
miterium: aquam benedictam. & huiuſmodi
ſit ſymonia. Rñ. ſecundum vlri. §. eſt tamen diffe
rentia. et trib⁹ ſequentibus oĩa ſacramẽtalia or-
dinata ad aliquem effectum ſpiritualem vendi nõ
debent: vt aqua benedicta. Panis benedictus: & ſi-
milia per que venialia remittuntur. Unde nec rõ
ne materie poteſt vendi ſacramentum. vt patet
i. q. i. placuit. et. q. & iij. Sed illa que participatiõ
ne ſunt ſpiritualia. vt calix & cimiterium & huiuſ-
modi ante conſecrationem ſimpliciter vendi poſ
ſunt. Sed poſt conſecrationem ſi vẽduntur & emũ
tur non eſt ſymonia ſecundum ſe: dummodo intẽ-
tio ſolum referatur ad temporale & non ad ſpiri-
tuale. ſed ſi eſt ſymonia hoc eſt ex prohibitione ec
cleſie: & ideo que prohibita ſunt: non poſſunt ven
di ſine ſymonia: vt Balſamum vel oleum criſ-
matis & aqua baptiſmi benedicta. & ſimilia. vt. in
c. predictis placuit. & extra eodem titu. ad noſtras
Secus de ſimplici aqua in quibus ante conceſſum
eſt in illorum emptione vel venditione non eſt ſy-
monia. vt de calice qui vendi poteſt alteri eccleſie
in eadem forma. Sed layco ſiue priuato nõ poteſt
vendi niſi conflatus. x. q. ij. §. hoc ius porrectum.
Idem iudicium eſt & de cymiterio ꝙ ratione terre
vendi poteſt & emi vt patet in exemplo abrae. Idẽ Goff.
eſt de alijs vaſis et veſtibus ſacris. Goff. & Hoſti. Hoſti.
§. iij. ℣. Itẽ queritur. Dicunt ſimpliciter quod in
quolibet miniſterio eccleſiaſtico ſymonia cõmit-
ti poteſt. extra eo. ad noſtras. Ibi dicitur ꝙ pro exe
quijs mortuorum et benedictione nubentium & ſi-
milibus nihil exigatur. pie tamen conſuetudines
obſeruentur. Raymundus etiam. §. vj. in munere Raymũd⁹.
ab obſequio. In fine. & Glo. vvilĥ ibidem ab his
diſcordare non videntur ſi bene intelligatur. Itẽ
Glo. §. xvj. Item per queſtionem. Et Thom. arti.
iiij. ar. ij. Et in principali.

¶ Queſtio. xvij.

UTrum ſpiritualia poſſint redimi. Rñ. ſecun
dum raymundũ. §. viij. item nota. Sicut ſpi
ritualia non debent vendi vel emi ita nec redimi.
extra de ſymonia. querelam nec aliquo dato vel re
tento vel promiſſo poſſideri. Nec ſuper eis tranſi-
gi poteſt extra de trãſactione. ſuper eo. extra de pa
ctis. Cum pridem. i. q. ij. quam pio. Hanc redem- Glo.
ptionem. ſecundum glo. intellige: ab eo qui ius ha
bet percipiendi

bet percipiendi. extra. e. querelam. aliaſ poſſunt redimi ſicut rediminē decime de manu militū iniuſte eas detinentium. Hoſti. ſñ et G. dicunt ꝙ decime de manu laycorū cum redimuntur autoritate ſuperioris hoc fieri debet. De hoc quere. infra. c. t. q. lxviij. vtrum laycus et infra e. li. t. xv. de decimis q. xxxiiij. quid ſi miles

℄ Queſtio. xviij.

Utrum ab ordinando vel eligēdo aliqua cautio vel promiſſio peti poſſit. R. ſ. ſm Raym. §. viij. item nota. qui ſic dicit. Quidā diſtinguūt ꝙ ante et poſt electionem vel ordinationem licite petitur cautio. i. nuda promiſſio que habetur ex iure vel approbata conſuetudine. xxiij. di. §§. lxiij. di. q2 ſancta a ſuperiore vero. i. per ſuperiorem in quolibet cautio poteſt peti dum tamē honeſta. x. q. iij. c. vi. extra de elect. ſignificaſti. Alij dicunt. Glo. et bene. ꝙ ante electionem nulla cautio ſiue pactio peti poteſt. Glo. ab illo qui eligendus eſt pōt inquā peti per electores. Et ſi preſtatur ſymonia eſt: quia agitur facere propter hoc vt eligatur. viij. q. iij. Talia. idē eſt ſi promittat ante electionē ſe iuraturum poſt electionē. i. q. ij. quāpio. et in predicto. c. talia. Sed poſt electionem bene poteſt: quia tunc nihil ſperat ab eis dum tamē nō fiat ex precedenti pactione. viij. q. iij. artaldus. a ſuperiore vero. i. per ſuperiorem poteſt peti honeſta cautio et ante et poſt electionē. xxviij. d. de ſyracuſane: et d. c. optatum. Et in hoc cōcordant eum primis. Et hec vltima opinio magis placet. Ita dicit Ray. Cōcordat cū eo glo. quātum ad id quod poſſit peti cautio poſt electiōem. ſed quantū ad id qđ dicit ante. dicit glo. Credo ꝙ nec prelatus nec alius poteſt exigere aliquam cautione ab illo qui eligēdus eſt ante electiōem et iura que introducūt ad contrarium loquūtur de iā electus nō eligendus. Ulri. §. vñ ante electionem et ſequen. Cōcordat cū Ray. et addit poſt electionē etiā ante conſecrationem: et credo ꝙ etiam ante ꝯfirmationem poſſunt electores hmōi cautionem requirere ab electo: quia tunc nihil ſperat ab eis. Et nō ſolum capitulum vel prelatus poteſt hoc petere: ſed etiam rex: dummodo hoc nō fiat ex precedenti pactione. a ſuperiore vero et ante et poſt electiōem poteſt peti quelibet honeſta cautio nō tantū nuda promiſſio: quia autoritas ſuperioris tollit vitium propter debitum obediētie in honeſtis. Et infra. Ita tā capitulum quam ſuperior poſt electiōem pōt ex cauſa inuenire nouas cautiōes et promiſſiones dū modo ſint iuſte et vtiles et eas exigere ante cōſecrationem vel etiam vacante beneficio poſſunt aliquid ſtatuere et electus tenebitur illud ſtatutum ſeruare. ℄ Cum opinione Ray. videtur cōcordare etiā Goſ. §. ſed nunquid. Sed verba ſua ſunt ꝙ a ſuperiore poteſt exigi et recipi cautio añ ordinationem ſiue poſt ordinationem ſubiecti. quia autoritas ſuperioris vitium tollit. ℄ Hoſti. §. iij. v. vlt. ſꝫ nunquid dicit ꝙ ante promotionem non poteſt cautio exigi: ſed poſt preſtari preſtari poteſt. q̄ ex antiqua cōſuetudine approbatur dummodo pactum non preceſſerit: excipe ſuperiorem qui ante confirmatiōem et poſt cautiōem debitam pōt exigere. extra de elec. ſignificaſti. Nō tñ ante electione ſeu promotionem ar. extra de ele. officij.

Ulricus. | Hoſti.

℄ Queſtio. xix.

Utrum reſignare aliquod ſpirituale pro pecunia vel pacto ſit ſymoniacum. R. ſ. ſecūdū Go. e. ti. §. item nota ꝙ ſit extra. e. ti. querelam. extra de teſtibus. veniens o are. ri. intelligitur qui qđ ſibi competit remittit vt. viij. q. iij. talia. Idem etiā dicit Hoſti. §. iij. v. ſed et notandum Et addit. Eodem modo ſymoniacū eſt ob pecuniā peccatorē reconciliare. extra. co. nemo et. c. ad aures idē Goſ. vide. infra. li. iij. ti. xxvj. de electiōe. q. xxxij. qualiter debet

Goffre.

℄ Queſtio. xx.

Quid ſi quis obtinens litteras a ſede apoſtolica ſuper prouiſione ſibi facienda in aliqua eccleſia recipit ab ea annuam pēſionē vel aliud beneficium. vt renūciet litteris impetratis. R. ſ. Caſus iſte ponitur extra de reſcr. ad audientiam. ſcđo. et dicit ibi Inno. in glo. nō reputamus hoc ſymoniā cum ea q̄ recipiunē a iure licite deducantur in pactum etiam in ſpiritualibus. xviij. q. ij. cleutherius. c. di. ꝯtra morē extra de ele. ſignificaſti. Et iſtud eſt de iure ſi vult habere bñficium ꝙ renūciet litteris q2 qđ plus eſt etiam ſi haberet beneficiū poſſet deduci in pactum ꝙ illi renūciaret ſi vellet habere aliud. q. vii ſiqꝫ ſimul de iure habere nō pōt. extra de prebendis cum nō ignores et. c. cū iam dudū: et ſecūdum hoc expone qđ dicitur in textu venditas. i. tali pacto renunciatas Idem per omnia dicit Jo. in glo. vter ꝙ tñ addit hic quod decretalis non negat eſſe ſymoniam. Sed magis conſentiunt ꝙ nō ſit ſymonia Innocentius addit ꝙ ſi pro pecunia vel alijs tēporalitatibus renūciaſſet litteris cum ex eis habeat ius ad petendū ſpūale beneficium eſſet ſymonia. Her. tñ dicit ꝙ ius illū ſpirituale habuit per litteras iſtas. ℄ Hoſt. in glo. ibidem recitat icie omnia ſupradicta. Et addit. Dicas ꝙ ſi ex pactiōe partium pro aliquo temporali fiat renunciatio ſymoniacū eſt. Si vero ex officio iudicis vel bonis virꝭ mediantibus pure renūciet et ex altera parte aliquid temporale detur ei nō eſt ſymoniacum vt colligitur extra de renūciatiōe ſane. et. c. veniens et extra de pactis. cum pridem vbi xvo aſſignatē beneficiū ſpirituale ita ꝙ etiam ex pacto renūciet nō eſt ſymoniacum vt dic ſuit. Tñ q2 ad hoc tenetur et tacite ineſt vt ſupradictum eſt in principio qōnis. Tunc q2 fit quaſi permutatio de ſpirituali ad ſpirituale. extra de rerum permutatiōe. ad queſtiones hec Hoſti. in glo.

Inno. | Hoſti.

℄ Queſtio. xxj.

Que ſit pena ſymoniaci. R. ſ. ſm Ray. e. ti. §. ix. circa penam diſtingue quoniam aut eſt ſimonia in ordine ſuſcepto: aut in beneficio: Si in ordine nō recipit executionem ſed eſt ipſo iure ſuſpenſus quo ad ſe et quo ad alios: ſiue ſit occultum ſiue manifeſtū ſicut et notorius fornicator extra de ſymonia. tāta. et. xxxij. di. §. vltimum. Et ſic intelligitur i. q. i. reperiuntur: et hoc q2 caracterem habet furtiuum Jacin dicit Inno. in glo. ſuper. c. tanta. ℄ Itē punitē depoſitiōe et infamia ſi de crimine iudici ſuo aliquo modo etiā per inquiſitionem vel denūciationē cōſtiterit. xv. q. iij. ſane extra de accuſatiōe inqſitiōis. ℄ Item nō poteſt repetere pecuniā quā dedit. Nō quia alius bene acceperit ſed quia iſte turpiter dedit. xiiij. q. v. Nō ſane: ſi xvo ſymoniacus eſt q2 cōtulit ordinem ſymoniace vel q2 dedit vel recepit beneficiū ſymoniace vel fuit mediator ſymonie. ſi eſt occultum, ē ſuſpenſus ipſo iure quo ad ſe tātum ſicut ꝗ libet criminoſus eſt nō tñ quo ad alios ar. extra co. et ſi qōnes. c. veniens. c. ex tue. et. c. fraterni. Si vero eſt manifeſtū. eſt tunc ipſo iure ſuſpenſus etiā quo ad alios. extra. co. accuſatū et. c. quotiens. xxxij. diſti. §. verū. Idē Innocē. vbi. ſ. ℄ Itē q̄ recipit beneficium ſymoniace tenetē renūciare beneficio et reſtituere omnes fructus perceptos et q̄ percipi potuiſſent. xiiij. q. vj. ſi res aliena ꝛc. extra de reſtitutiōe ſpolia. c. Grauis. Generaliter e inpoſſidēs ſine titulo tenetur ad omnia damna et lucra percepta et percipienda. ff. de rei. ven. ſi nauis. §. generaliter. ℄ Idē etiam eſt ſi habeat talē. i. q̄ pro non

Raymū.

titulo eſt habendus, vt puta. Si turpiter eſt cõtra
legum interdicta mercatus. C. de agri. ꝛ cen. quē
admodū. li. xi. ꝛ ff. qđ metus cau. ſed et part⁹. Et
intellige fructus ꝗ ſunt deductis expenſis ꝗ ſunt
querendorū ꝛ congregandorū ꝛ conſeruandorum
fructuū grã. Qui ēt deducūt tam a bone fidei quā
a male fidei poſſeſſore. ff. de pe. her. ſi a dño, vł a pa
tre. §. vlti. Item intelligo hoc de fructibus quos nõ
expendunt in ſeruitiū vel vtilitatē eccleſie: ſed in
alios vſus. nã ꝛ qui depredandi animo acceſſit ad
negocia mea gerēda habet contra me actionem.
nõ in id qđ ſibi abeſt. quia ĩ probe ad negocia mea
acceſſit. ſed in quo ego locupletior factus ſum. ſic
ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſed ꝛ ſi quis. Idem etiã
ſ. quod tenetur reſtituere fruct⁹ perceptos ꝛ perci
piendos. intelligo de illo quo ſciente ꝛ cõſentiēte
facta fuit ſymonia. vel ſtatī cum ſciuit nõ renunci
auit. argum. extra eo. de ſymonia. Et c. ſicut tuis
litteris circa fi. alīs ſi eſſet bone fidei poſſeſſor tene
retur nõ de conſumptis fructibus ſed de extanti
bus tantū. C. de rei ven. certum. Itē hic de pena

Tho, clericorum laici debent excõmunicari. i. q. i. reperi
untur. ꝛ c. ſi quis, epiſcop⁹. hec Ray. ¶ Cõcordat
his Tho. i ſum. art. vj. per totū. Et vlri. li. vj. tract.
iij. c. xx. §. Cleric⁹ vero ꝛ ſequētib⁹: ſatis ꝛ cõcordat
Go. c. ti. §. de pena ꝛ §. ſed querit an is. Et ſimilit̄

Ray, Hoſt. c. ti. §. vbi. qua pena ꝛ i. ꝟ. ipo factoꝛ ſequēti.
Et. §. iij. qualr cõmittit. ꝟ. ſed nunquid. De ſymo.
etiam in beneficio dicit Ray. §. x. ſed quid pecunia
qđ punitur pena depoſitiõis. ſ. ab ordine ꝛ benefi
cio ꝛ infamie ſicut ſymoniacus in ordine. extra de
accuſationib⁹ inquiſitionis. Jo. tamen intelligit
illud de depõe nõ ab ordine ſed a beneficio crimi
ne probato in modū denunciationis vel inquiſitio

Goff, nis. qꝛ ſi in modū accuſatiõis deponeret ab ordine
ꝛ beneficio. ſicut pro alijs. criminibus regulariter.
Cum Jo. videtur concordare Goff. §. de pena. ꝛ eſt
ratio depoſitionis a bñficio ſꝫ eū qꝛ nõ poſſet age
re penitentiam beneficio vel dignitate retētis. vt
xlij. di. nerui. ¶ Quod .ſ. dicit ſymoniacus in ordi
ne ſuſcepto ſuſpenſus intelligit ſecūdum Vlri. ab
actibus oīm ordinū nõ tm̄ illi⁹ qđ ſymoniace ſu

Inno, ſcepit. ¶ Itē dicit Inno. eo. t. in glo. ſup. c. per tuas
litteras. ſm. ꝛ addit qđ etiam in tēporalib⁹ per cõ
ſequens perdit adminiſtratiõem. lxxxj. di. eos ꝛ id
eadē ratione dicimus. In ſymoniaco in beneficio
notorio. Occult⁹ autem ſymoniacus in beneficio
quāuis non ſit ſuſpēſus ipſo iure ſed ſuſpēdendus
i. q. iij. c. i. ij. ꝛ iij. tamē rõe illius bñficij ſymoniace
queſiti nõ miniſtrabit ſine peccato neqꝫ tēporalr:
neqꝫ ſpiritualiter puta deferendo ordines ſi emit
epiſcopatum ꝛ dignitatē epiſcopalē nõ ordines qꝛ
tūc eſſet ſymoniac⁹ in ordine ꝛ ſuſpenſus ipſo iure
vnde ordines ab eo collati nullum effectum habe
bunt. i. q. iij. ea que. Sed ab alijs bñficijs q̃ nõ ſymo
niace q̃ſiuit nõ erit ſuſpenſus. ꝛ infra ꝛ quod dixi
mus de ſymoniacis ſuſpēſis. Idē dicim⁹ de oībus

Hoſt. notorijs excõicatis depoſitis ꝛ ſuſpēſis hec Innoc,
idem hoſti. in glo. ibidem. ¶ Itē no. ſecūdū gloſ.
vvilh. §. ix. circa penā ſup ꝟbo quo ad ſe ꝛ quo ad ali
os ꝙ aliquem eſſe ſuſpenſum quo ad ſe ꝛ quo ad
alios eſt eſſe ſuſpenſum per ſententiam cano
nis vel hõis propter quam ſuſpēſiõem tenetur ſic
ſuſpenſus abſtinere ab officio. Et illi q̄ hoc ſciunt
tenentur vitare illū quo ad executiõem officij. Si
tamen occulte ſit ſuſpenſus hoc modo per ſenten
tiã canonis qui hoc ſcit. Credo ꝙ ſi nõ poſſit eū vi
tare ſine ſcandalo non tenetur eum vitare quo ad
ſe autem tantum dicitur quis ſuſpenſus quādo te
netur ab officio abſtinere non per ſententiam ca
nonis vel hominis, ſed per ſimplicem prohibitio
nem iuris: abſqꝫ ſentētia ſicut quilibet exiſtens in
peccato mortali tenet abſtinere a celebratione. Si
tamē celebraret nõ tenetur eum vitare ĩ officio ſub
ditus eius vel quicunqꝫ alius ꝛ ſi ſciret ei⁹ pecca
tum: large autem dicitur ſuſpenſus quo ad alios:
nõ quo ad ſe clericus peregrinus: qꝛ clericus pere
grinus permittitur celebrare in occulto ex deuotio Vlri
ne: ſed in publico vt patebit infra. li. iij. inti. xxj. de
peregrinis. q. iij. ꝛ ſeqn̄. Concordat his vlri. §. item
ſi actiue. ꝛ §. Ad intelligentiam de materia huius
queſtionis. vide aliqua. ſ. e. ti. q. viij. q̄d de ordiatõ
ne. ¶ Sed an ſymoniacus in ordine ſit ſuſpenſus
quo ad ea q̄ ſunt iuriſditiõis ſicut ſuſpēſus ē quo
ad ea que ſunt ordinis ita. ſ. ꝙ nõ poſſit excommu Glo. vvilh.
nicare vel ſuſpendere aliquē ſicut nõ poteſt execu
tionem ordinum dare. Dicit gloſſa. vvilelmi. §. xxj
pone ꝙ ſit ſuper. verſic. non recipit executionem:
ꝙ cū pene nõ ſint extendēde potius dicend̄ eſt qđ ſi
eſt ſuſpenſus talis quo ad ea que ſunt iuriſditiõis
ſꝫ quo ad ea que ſunt ordinis ꝑ ſymoniā obtenti.

¶ Queſtio. xxij. Goff.

Quę de pena ſymoniaci illius q̄ ſymoniace reci
pit beneficium habens cura animarum vel
dignitatem. Rn̄. ſm Goff c. t. §. de pena. Idē iudi
cium eſt de eo ſicut de illo qui recipit ordinem ſy
moniace: vñ ſuſpenſus eſt quo ad ſe ꝛ quo ad alios
Cuꝫ ergo talis executionem auctoritatis ſui bene
ficij nõ habeat q̄cq̄ agit de illo offõ ſuſpēſ⁹ agit:
ꝛ decipit aīas ſubiectoꝝ extra de ele. dudū eccła
Rotomagñ. Idē dicit vlri. §. vlti. recipit.

¶ Queſtio. xxiij.

Utrum reſtituenda ſit pecunia ſymoniace ac
cepta ꝛ cui ſit reſtituenda. Rn̄. ſm Ray. c. ti. Raym.
§. x. Sed quid de pecunia. pecunia vel poſſeſſio ſy
moniace accepta reſtituēda eſt illi eccleſie ĩ cui⁹ in
iuriam data eſt a quocunqꝫ accepta fuerit ſeu a cle
rico ſeu a laico ſeu principali ſeu mediatore ſiue
alio extra. e. de hoc aūt. Sed extra. eo. veniēs. ē con
tra qꝛ ibi reſtituitur ei qui dedit. Solutio. Quidaꝫ
dicunt diſpēſatiue id factum fuiſſe. Alij diſtīguūt
quibus aſcenſio. quod ſi remanet in ſeculo, ille qui
dederat pecuniam nõ eſt ei reſtitutio facienda ſed
eccleſie vt ſupra dictum eſt. Si vero tranſeat ad re
ligionem vel ſi iam erat perſona religioſa ꝛ trāſit
de illo monaſterio ad aliud debet reſtitui pecunia
ſimpliciter. Et poſſeſſiones ſaltem quo ad vſufru
ctum illi monaſterio qđ ingreditur vt ſicut habet
onus ita habeat etiā emolumētum ꝛ ſic loquit cõ
trarium. ſ. extra. eo. veniēs ſile. xvj. q. vj. de lapſis.
xxvij. q. i. Si quis rapuerit. Idē recitat Hoſtiē. in
ſum. §. vlti. quid de pecunia. ꝛ in glo. ſup. c. De hoc
autem Cõcordat etiam Goffr. c. t. §. ſed querit cui Inno.
Inno. ſup. c. de hoc autem dicit. Si dans pecuniã
intraret religionē de illa bonū eſſet ei reddere ex
tra. eo. veniēs. Alie concordantie vt hic. ¶ Addit
Goffre. ibidē prelatus autem aliquid ab eccleſia ꝑ
ſymoniam extorquens duplicatū reſtituit vt in. c.
audiuim⁹ eo. t. Secus, ſi per impreſſionē: qꝛ tūc red
det quadruplicatum. vt. xviij. diſti. q̄cquid. i. q. i. cõ
cuſſionis. Dicitur autem concutere qui pretextu
officij comminādo aliquid ab inuito extorquet. vt
ff. de concuſſionibus. l. i. xxiij. q. i. militare. Et eadē
ponit Hoſtienſis. verſicu. vltimo. ¶ Item nota Hoſti.
ſecundum gloſſam vvilelmi hic ꝙ vbi Abbas et
totum collegium ſunt in culpa nec debet pecunia
ſymoniace accepta remanere apud illud monaſte
rium quia illa pecunia ſe fecit indignum. Sed dã
pauperib⁹ ex diſpēſatiõe ſuperioris ſi aūt ſit poſſeſſio
data nõ pecunia ſili r auctoritate ſuperioris debet alij
monaſte

monaſterio aſſignari vel preciū illius paupib⁹ ero
gari: ſi autem nō totum collegium eſſet in culpa ſʒ
abbas ſolus vel aliquis de collegio delictum per-
ſone non debet tunc redūdare in damnuʒ eccleſie
vnde poſſet pecunia illa vel poſſeſſio illa remane
re penes illud monaſteriū ꝓſertim qꝛ in eius iniu
riam data ſit. Ita tñ ꝙ illi ꝗ fuerunt in culpa quan
tuʒ poſſet fieri: alieni eſſent a ꝯmunione illius pe
cunie vel poſſeſſionis. Idē dicendum de prebenda
vel eccl'a ſeculari. Cōcordat his Tho. ar. vj. ar. iiij.
Glo. ꝛ Ulri. c. xix. §. pecunia ꝛ ſequentibus. Cōcordat ēt
cū glo. hac Ho. in glo. ſuper. d. c. de hoc aūt. Et ad
dit. poteſt etiam dici quod ſi denāsercauit in iuce
ſubuenitur ei ꝛ reſtituit extra eo. veniēs. Sʒ ſi ſci
enter dedit ꝛ vult illā intrare religionē ex benigni
tate traditur ei vel monaſterio ad quod tranſit idē
etiā iuris videtur ſi adeo pauper eſt quod nō ha-
beat vñ viuat. Secus ſi ſibi ſufficit hoc in glo. Ho
ſtiē. ſubiungit poſtea vviiſs in glo. ſi autem aliqs
dedit pecuniaʒ pro habendo ordine ſi nō habebat
beneficiū eccleſiaſticum illa pecunia debet cedere
illi cathedrali eccleſie in cuius ignominiā data eſt
Idem dicit vlri. ſi autem habebat beneficium ad
cuius titulū debebat gratis ordinari illi beneficio
fit iniuria ꝛ ideo ei eſt reſtituenda ſicut dicit Ulr.
Et hoc quod diximus: licet glo. hic aliud dicat. vi
de infra li. ij. ti. v. de raptoribus. q. xix. quero ꝛ ge-
neraliter.

Ray. ¶ Queſtio. xxiiij.

Q Ue diſpenſatio fieri poſſit circa ſymoniacū
Rñ. ſecunduʒ Ray. e. t. §. xj. reſtat videre. di
ſtingue circa ordinem quatuor caſus in quib⁹ pro
hibita eſt prorſus diſpenſatio. i. Non conſueuit pa
pa diſpenſare licet de plenitudine poteſtatis poſ
ſet: quia de iure poſitiuo eſt. vt dicit vlr. vñ verſus.
Seu bis ordo detur vel baptiſmus repetatur. ſcʒ
ſcienter. Secus ignorāter vt cum aliquis ſub cōdi
tione propter dubiū iterato baptiſatur ſeu vt exec
tal ſiaci ſtatus ordo petatur. ſ. cum aliquis in cōtē
ptum eccleſie ab heretico ordinatur vel ſi preſtet
vt vtrumqꝫ ſymon operetur. i. ſi ſymonia interue-
niat ex parte ordinatoris ꝛ ordinati vt diſpenſet
ſpes irrita prorſus haberetur. i. q. vij. ſaluberri-
mum. de con. diſt. iiij. c. qui bis. i. q. vij. conuenien-
tib⁹. xi. q. i. ab excōmunicatis: alś. ſ. ab iſtis caſib⁹
poteſt in ordine diſpenſari a papa ex plenitudine
poteſtatis etiam cū illis quibus ſcienib⁹ ꝯmiſſa
eſt ſymonia. extra eo. nobis. i. q. i. erga ſymoniacos
Ulri. Expoſitio ꝓdictoꝝ verſuū eſt ſm glo. hic ꝛ vl. c. xx.
§. vt autē. Rō. predictorū eſt ſm vlr. quia in omni-
b⁹ his quatuor caſibus iniuria fit ſacro ordīs ꝛ idō
merito puniē. in quo deliquit.

¶ Queſtio. xxv.

U Trum cū ſymoniacis poſſint epiſcopi diſpē
ſare. Rñ. ſm Ray. eo. ti. §. xij. ſed nunquid di
cunt qdā ipdiſticte ꝙ cum ordinatis ſymoniace ſi
poſſint ar. extra de iud. at ſi. ¶ Alij dicunt melius
ꝙ ſi crimē neſcientibus ordinatis perpetratū eſt
poſtqꝫ ſimpliciter renūciauerūt executiōi ordinis
poteſt eps diſpenſare. extra eo. de ſymoniace. ꝙ in
telligo ſi non fuit data pecunia ipſi epiſcopo. Nā
ſi epiſcopo fuiſſet data non poteſt ipſe diſpenſare
propter turpitudinem ſuam. ſed ſolus papa. i. q. i.
erga ꝛ. c. ſi qs neqꝫ. i. q. v. preſentium vel vt dicit gl.
ſucceſſor illius epiſcopi vel alius iudex ordinari⁹
illi⁹ ordinati. vtpote ſi haberet bñficiū. vł domici
lium in alio epiſcopatu. Idem dicit vlr. §. ſi vero vel
etiam archieps vt dicit Ray. §. ſequenti. circa ſi. ſi
vero non fuit pecunia data epiſcopo ſed eius colla
terali epiſcopo hoc ignorante pōt iſte epiſcop⁹ diſ
penſare Concordant his vlric. §. ſi vero. Et Gof. §.
viii. videndum. ꝛ Hoſtien. §. vj. que diſpenſatio. ꝟ
Multo forti⁹ cōcordat ēt inno. in gl. ſup. d. c. de ſy
moniace. ¶ Cū ſymoniaco autē in bñficio fit qua
druplex diſpenſatio ſm Ray. §. xiij. diſpenſatio. ſ.
pua vt habeat laicā communionē. i. ꝗ laicis datur
i paſcha vel alijs ſolēnitatib⁹. vt dicit glo. magna.
vt poſt penitētiā: in alia eccleſia i ſuo ordine rema
neat: Maior vt etiam remaneat in eadē: ſʒ in mino
ribus ordinibus: maxima vt etiā maiores in eadeʒ
exequatur nō tamen habeat prelationē. i. q. v. c. i.
Idem dicit Tho. art. vj. arg. vij.

S Ed, an cum iſtis poſſint epiſcopi diſpenſare
licet quidā dixerunt ꝙ in nullo caſu poſſint Hoſti.
epiſcopi cum ſymoniaco diſpenſare ar. extra eod.
nobis. tñ alij dicunt cum quibus conſentit. Ray.
predicto. §. ꝙ ſi ignorāte eo cui eccleſia vel benefici
um acquiritur ſymonia cōmiſſa eſt poteſt epiſco-
pus diſpenſare vt etiam de nouo conferatur ei idē Ray.
beneficium cum ei pure ac ſimpliciter reſignaue-
rit qꝛ tales ſymoniaci non ſunt vt. extra. c. de ſymo
niace hoc autē intellige ſi epiſcop⁹ ſimiliter igno-
rauit. Nam ſi ſcienter contuliſſet beneficium tali
non ipſe ſʒ ſuperior vel etiam ſucceſſor vt dicit gl.
poſſet diſpēſare. ac. i. c. q. v. c. i. extra de clericis cō-
iugatis. diuerſis fallacijs i ſi. Si vero bñficiato ſciē
te ſolus papa poteſt diſpenſare extra eo. de tītari-
bus. Idem dicit thomas art. vj. ar. vij. ꝛ vlr. §. ſi ve-
ro querit. ꝛ ſm glo. intelligit hoc quod nō poſſit Gloſ.
diſpenſari cum beneficiato ſciente niſi per papaʒ.
nec in illo beneficio nec in alio ſi remanet in ſecu-
lo magiſter enim ſimpliciter dicit ꝙ ſol⁹ papa cū
eo diſpenſat. Tancre. etiam videtur hoc notaſſe ex
tra eo. nobis. Hoſt. etiam concordat ſatis cū predi
ctis. §. vj. que diſpenſatio.

I Tem epiſcopus poteſt diſpenſare ſm Ray.
cum illo ꝗ ſola voluntate occulta cōmiſit ſy-
moniaʒ. Immo per condignā penitentiam libera
tur ex toto ar. di. l. de his vero ꝛ eſt expreſſuʒ extra
eo. mandato. Cum illo quoqꝫ qui ordinē vel benefi
cium contulit ſymoniace vel mediator fuit ſymo-
nie dum tñ ſit occultum. Et cum eo qui carnaleſm
terpoſuit preces etiam pro indigno nulla alias in-
teruenientē conditione vel pacto. Item cū illo qui
ordinem recepit ſymoniace ꝛ non miniſtrante in
rite ante ſuſceptis ꝛ cum eo qui recipit ſymonia-
ce beneficium. Poſtqꝫ reſignauit in executiōe or-
dinū. credo ſaluo meliori iudicio poſt legitimā pe
nitentiam poſſe epiſcopum ſuū ſi ab illo peccato
ſit immunis alioquin metropolitan⁹ debita diſ-
cretiōe adhibita in penitētiali iudicio diſpenſare
per iura ſupra. §. proximo allegata. Concordat his
vlri. §. ſi vero queritur. ꝙ etiam dicitur hic de me-
tropolitano intellige ſm glo. ꝛ vl. quando archi
eps habet de conſuetudine recipere ad ꝯfeſſioneʒ
ſubditos ſuffraganeorū ſuorum. ¶ Item ꝙ dicit
hic de ſymoniaco in beneficio quo ad executioneʒ
ordinum dicit glo. quod tamen non diſtinguat hic
magiſter inter ordines ſuſceptos ante beneficium
vel poſt videtur ſentire qđ in executione vtrorūqꝫ
poſſit ſimpliciter epiſcopus diſpenſare ꝛ hoc la-
tis poteſt concedi cum nō inueniatur prohibitum
expreſſe. ¶ Item cū magr̄ tantū faciat mentioneʒ
hic de executione ordinū videtur ꝙ nō poſſit eps
diſpēſare vt recipiat ordines. Si tñ intraret talis re
ligionē. credo ꝙ propter fauorē religionis poſſit
eps diſpenſare ſi occulta eſſet ſymonia ſecus ſi ma
nifeſta. Eſt autem occulta ſymonia de qua non cō
ſtat per ſniam vel per confeſſionē in iure factā aut

ꝓ rei euidentiã ꝙ nulla poſſit tergiuerſatiõe celari
hec in gl. ¶ Mo. etiã ſm vlri. §. põt etiam epiſcopꝰ
ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare in minoribus ſpe-
ciebꝰ ſymonie. ſ. ꝙ committitur in exequijs mortuo-
rũ in benedictionibꝰ nubentium in cimiterij con-
ſecratiõe, in ſacrorum vaſorum vel veſtimentorũ bñ-
dictione. In receptione criſmatis. In aque benedi-
cte: vel ſalis ſeu panis bñdicti venditione. Cõcor-
dat gl. vvilli. §. xvj. Item per queſtiõem. Et Ray. e.
Glo. vvilli. li. t. iij. de magiſtris in fi. Idẽ etiam dicit Hoſti. §.
Gof. ſed nũquid epiſcopus. Et Gof. ibi omnes dicũt ꝙ
poteſt poſt penitentiã peractam: q2 nõ eſt prohibi-
tus. ar. extra. de ſen. excõ. nup. Innocẽ. tamen ſuper
c. tãta eſt labes. e. t. dicit ꝙ ſymoniaci in beneficio
occulti ⁊ criminoſi licet ſint ſuſpenſi quo ad ſe tñ
licite celebrant poſt penitẽtiam. q2 non ſunt ſuſpẽ
ſi a iure nec impediuntur exequi officium ſuũ poſt
penitentiam: ſed beneficium ſymoniace habitũ re
tinere nõ pñt. extra eo. ti. de regularibus. ¶ Itẽ in
Inno. nocẽ. ſuper. c. de ſymoniace dicit ꝙ ignorãter ſymo
niace ꝓmotꝰ ex diſpẽſatione epi remanet in illis
ordinibus. i. q. v. preſentium. In alijs autem ordi-
nibꝰ vel beneficijs non ſymoniace habitis. etiã ſi-
ne diſpenſatione manebit ⁊ noua beneficia acqui-
ret. Nouos autẽ ordines nõ põt habere niſi primo
diſpẽſet cũ eo i ordine ſymoniace ꝗſito: cũ ꝓmotꝰ
eſſet per ſaltũ. lij. di. c. i. Si autẽ eo ſciẽte aliqd da-
tũ eſſet ordinatori nõ põt diſpenſari cum tali. i. q. i.
erga. ⁊ c. Si quis a ſymoniacis. in bñficijs aũt diſti
guitur: q2 ſi ignorãte aliquo data pecunia obtinue
rit prelatiõem nõ poteſt epiſcopus diſpẽſare: vt il
lam prelationẽ habeat: ſed in ſimplici bñficio põt
diſpenſare epiſcopꝰ vt in alia eccleſia obtineat bñ
ficium ⁊ etiam in eadẽ ſed non poteſt epiſcopꝰ diſ-
penſare vt ad maiores ordines promoueatur. i. q.
v. c. i. Nunquam autem lz diſpenſare illi cum quo
ſymonia commiſſa eſt. Item ſi quis commiſit ſy-
moniam in dignitate cũ eo non põt epũs diſpenſa-
re. extra. eo. nobis. ¶ Item cum nullo ſymoniaco
ſcienter poteſt diſpenſare in dignitate etiam ſi pro
ea non fecerit ſymoniam. i. q. i. erga. hec Inno. Idẽ
Hoſti. in glo. ibidem vide infra. q. xxviij. Sed quid
de illo. t. s. q. ix. quid ſi.

¶ Queſtio. xxvi.

Quid ſi aliquis ſcit vel credit ſibi collatuz or-
dinẽ vel beneficiuz principaliter propter ob
ſequia ſiue preces carnales a ſe vel ab alio interpo
ſitas. Rñ. ſm Ray. §. xiij. Diſpenſatio in fi. Credo
ꝙ ſi erat indignus. Glo. ex alio crimine ꝗ̃ per hmõi
ſymonia debeat reſignare. q2 tunc ſuccedũt hmõi
preces loco precij. Alioquin ſi erat dignus nõ tene
tur. ſed debet penitere de intentione corrupta. i. q.
i. ſunt nonnulli. extra de eta. ⁊ quali. tuam. extra. e.
mandato. Idem Vlri. §. ſi vero in adeptione
Vlri. ¶ Queſtio. xxvij.

Quid fiet de monaſterijs in ꝗbus plures mo
Notabile. nachi vel ſorores vel alij religioſi vel in mu
lieres ſymoniace recepti ſunt. Rñ. ſm Raym. §. xiiij.
Quid fiet dicat. ꝙ ſine exceptione pure ac ſimpli-
citer debent renũciare ſiue ſint ſubditi ſiue prelati
Et ſi ipſis ſcientibus fuit cõmiſſa ſymonia ⁊ poſt
conſiliũ Inno. gñle ſine ſpe reſtitutiõis de ſuo mo
naſterio repellantur ⁊ ad agendã penitẽtiam ꝓpe
tuam ſunt hmõi perſone in locum artioris regule
retrudẽde. Si vero ante conſilium in ipſis ſcienti
bus remote de monaſterijs. que perperã ſunt igreſ
ſe debent in alijs locis eiuſdem ordinis collocari.
Quod ſi cõmode fieri nõ poteſt ne dãnabiliter eua
gẽtur in ſeculo: debent recipi in eiſdẽ monaſterijs
diſpenſatiue de nouo mutatis prioribus locis ⁊ in-
ferioribus aſſignatis extra eo. dile. el. ij. ⁊ c. quũ ſy-
moniaca. Si autem ipſis ignorãtibus ſiue ante ꝯſi
lium ſiue poſt renũcient ⁊ ſ. ⁊ poſtea poſſunt eligi
de nouo mutatis tamen locis. vt. s. eo. ex inſinua-
tione. Idẽ. Tho. ar. vj. argu. v. ⁊ Vlri. §. ſi vero reli
gioſi. ¶ Si vero renunciãt q2 ſperãt reſtitui. al. nõ
renũciarẽt. ⁊ ſic iterũ recipiunt. Dicit gl. ꝙ taliter
recepti poſſunt remanere. ita tñ ꝙ peniteãt de in-
tentiõe corrupta. ſi nõ interuenerit cõditio vl̃ pa-
ctio. ¶ Poſtea addit Ray. ſic. Iterũ in ꝑmo caſu
ſi nõ inuenitur artior regula. Credo cũ Iohãne ꝙ
poſt renunciationẽ debet mutari i aliud monaſte-
rium eiuſdẽ regule qđ ſi nõ poteſt cõmode fieri fiat
ſaltem ad tps. ar. lxxxj. di. valz. Et poſtea eligã de
nouo vt. s. ⁊ hoc maxime vbi agitur de penitẽtia.
¶ Dicit hic glo no. ꝙ magiſter intelligit rigorem
predictum ſeruãdum eſſe in occultis ſymonijs ⁊ in
foro penitentiali. licet nõ cõſtet de crimine per in-
quiſitionẽ vel in forma iudicij. qđ bene credo per
conſtitutionem illam. Qm̃ ſymoniaca que nõ lo
quit de inquiſitione. Licet contra dixerũt quidaz
ſ. ꝙ nõ eſſet obſeruandus rigor iſte niſi conſtaret d
crimine per inquiſitionẽ. vel in forma iuris. ar. ex-
tra eo. dilectus filius. a. vbi loquitur de inquiſitiõ
ne. ¶ Subiũgit Ray. eo. §. item. Credo ꝙ cum tali
bus poteſt diſpẽſare glo. in loco religionis ⁊ põt di
ci ꝙ etiam in ordine in fauorẽ religionis iuxta di-
ſtictionẽ predictam põt epũs vel prelatus eorum
vel ẽt capitulũ dũ tñ ipſi nõ fuerint participes ſy-
monie tunc enim cũ ꝓpter hoc puniri debeant.
extra eo. dilectus. ⁊ nõ debẽt ex eodẽ facto priuile-
gium obtinere. Immo videntur amiſiſſe poteſtatẽ
eligendi ⁊ alij qui nõ peccauerunt acquiſiuiſſe. ar.
extra de elec. bone memorie. Vlricus dicit ꝙ cum
omnibus predictis. ſ. a pncipio queſtionis poteſt
epiſcopus diſpenſare. No. de hoc. infra queſtione
ſequenti

¶ Queſtio. xxviij.

Sed quid de illo ꝗ per ſymoniam alienã igno
rans ingreſſus eſt religionẽ vel obtinuit bñ-
ficium vel ordinẽ nec ſtatim cũ ſciuit renũciauit ſz
miniſtrauit in ordine ſuſcepto taliũ ſuſcepit. Rñ.
ſm glo. ibidez ſup §. poteſt diſpẽſare. Credo ꝙ epũs
poſſit diſpẽſare: q2 non eſt ſymoniacus lz ille gra-
uiter peccauerit. De abbate vo vel capitulo nõ cre
do ꝙ poſſit diſpenſare circa ordinem q2 non reco-
lo hoc eis conceſſum eſſe vide. s. q. xxv. vtrũ cũ ſy-
moniacis in fi. ⁊ q viij. quid de ordinatione.

¶ Queſtio. xxix.

Quid ſi alicuius electionẽ propter ſymoniaz
eo ignorãte ac ratum nõ hñte ꝯmiſſam ꝯti-
gerit reprobari. Rñ. ſm decreta. extra de electiõe
ſi alicuius. quã etiã ponit hic Ray. dicendũ ꝙ cuz
eo ſuper prelatione ad quã taliter electus fuerat
illa vice non poteſt epiſcopus diſpenſare ꝗ̃uis cir
ca eũ qui ignorãter recepit ſimplex bñficiũ per ſy-
moniacã prauitatem poſt liberam reſignationem
epiſcopi diſpenſatio toleretur: Simplex benefi-
cium intelligitur hic ſm Inno. in eo. lo. ⁊ etiaz ſm
Glo. Vvillelmi hic quod non habet dignitatem
annexam. ¶ Dicit etiam gloſſa hic quod in-
telliguntur de electione ad prelationem facta a
collegio. Quia ſi per Regem vel aliquam ſingu-
larem perſonam ius patronatus habentez fieret
huiuſmodi electio ad prelationem vel per collegiũ
ad ſimplex beneficium. Credo ꝙ poſſet Epiſco-
pus diſpenſare: ꝙ poſt reſignationem iterum
eligeretur

eligeretur. Item ſecundum glo. intellige hec de reprobatione per ſententiā. ¶ Secus de cōfeſſione occulta i foro penitēciali: ſiue an̄ ꝯfirmationē ſiue poſt. q: tunc pōt ep̄s diſpenſare.

¶ Queſtio.xxx.

Quid ſi exiguntur ea que conſueuerūt dari in collationibus quorūdā ſpūalium vt in receptionibus ad religionē vel in canonicū in cōſecrationib⁹ epiſcopoꝝ bn̄dictionib⁹ abbatū. ordinationibus clericoꝝ ꝛ ſimilibus. Rn̄. ſecundū Ulri. ca. xix. §. Ex his patet. In his caſibus ꝛ ſimilibus ſi ꝑ actionem iudicij vel per extorſionē violentie: vel per pactū vel ante vel poſt aliquid obtinetur. Symonia eſt nulla conſuetudine obſtante: extra eo. ca. j. et ca. ſicut pro certo: ſi vero ſponte offeratur rōne conſuetudinis: vel deuotionis: vel amoris excitati per ſpirituale beneficium nō eſt ſymonia. j. q. ij. ꝙ pio. ij. co. ix. Nō ex triſticia. aut ex neceſſitate ꝛc. Et licet hoc nō poſſint exigere illi quibus hec dantur ex cōſuetudine: tn̄ poſſūt monere illos ꝙ nō peccēt tranſgrediēdo bonā cōſuetudinē. Non tn̄ ad hoc ſunt artandi per ſubtractionē ſacramētoꝝ: ſed ꝑ ſuperiorem debēt cogi talem conſuetudinē obſeruare. extra eo. ad apoſtolicā. Satis concordat his Tho. in ſum. art. ij. ar. iiij. Itē arti. iij. In ſolutione principali. Idē Pe. in ſcript. Et Hoſti. §. iiij. Mira- — Ulricus.

Hoſtienſis liter conuenit. ꝟ. Uerumtn̄ ꝛ ſequētibus. Et Gauf. §. Quid ſi quid. de hac materia determinat Ray. §. xv. Itē queritur ꝛ ſequēti. Et dicit gloſ. ibidē. Nō ſi exigatur in talibus aliqd tanꝙ debitū ille tn̄ qui dat non dat tanꝙ debitū ſed ex deuotione non eſt ſymonia quo ad deum: ſi intentio dantis non eſt corrupta: maxime ſi dat cum proteſtatiōe. ſ. qđ nō reddit vt debitū: ſed donat vt gratuitū. Et ſi ſic nolunt recipere qui volunt frāgere conſuetudinē ſuā nihil debet dare. Itē poſtea dicit gloſſa. Credo ꝙ vbi in talibus datur aliqđ tēporale non vt debitū ſed q: ita conſueuit fieri nō eſt ſymonia. ¶ Dicit

Ray. tamē tam Ray. ꝙ alij ꝙ in hmōi ſemꝑ a ſpē mali eſt abſtinendū. ¶ Multa de hac materia notat Inno. ſup. c. ad apoſtolicā. e. t. Hoſt. etiā i gl. ibidē ſatis concordat cū ſupradictis ſm Tho. in quadā queſtione de quolibet. Nota circa hāc materiā ꝙ cum in diſpenſatione ſacramētoꝝ ſeu alioꝝ ſpūalium aliqua recipiuntur vt ſymonia euitetur tria ſunt neceſſaria: primū vt fiat ex cōceſſione iuris diuini vel humani: aut ſaltē pie conſuetudinis. ſecundū eſt vt ſit intentio pia et nō corrupta. Tertiū vt ſit forma honeſta vt nō requiratur an̄ pij officij exhibitionē ne pactū interuenire videatur ſ; expleto officio poterit exigi. Si igitur iſta tria conueniāt ſecure recipiat archidyaconus palefredū pro inſtallatiōe abbatis vel hmōi. Aut etiā ſi gratis offeretur Nota etiā ꝙ ſubiungit ibi Ray. Itē nō ſunt excuſati a crimine ſymonie q rei nomē ꝛ tēpus ſolutiōis mutantes nūmos quos primo criſmales eo qđ ꝑ criſmate vel pro criſmatis receptione darentur. Secundo paſcales. Tertio conſuetudinem medie quadra ge..nie nuncupāt. extra eo. Intin̄.

¶ Queſtio.xxxj.

Hoſtienſis Quid ſi conſuetudo eſt ꝙ canonicus de nouo receptus det capā: vel aliquid ſimile. Rn̄. ſecundum Hoſtien. §. iij. ꝟ. Quid ergo ſi de cōſuetudine. Hec conſuetudo ſeruanda eſt tanꝙ laudabilis. ar. extra de prebendis ſignificatū. Non tamē retinere debent prebendam loco pignoris: vel dici pōt ꝙ etiā retinere poſſit ſi hec ſit cōſuetudo ꝛ exigitur ibi loco dei ſpirituale pro ſpūali ꝛ non queritur vtilitas priuata.

¶ Queſtio.xxxij.

Quid ſi alicubi ſūt diuerſa cymiteria ꝛ taxatum eſt pro quāta pecunia extraneus ponatur in cymiterio fratrū. Rn̄. ſecundū Hoſti. ibidē Symonia eſt extra eo. audiuim⁹. ꝛ ca. Sicut.

¶ Queſtio.xxxiij.

Quid ſi crux ſpecialis portetur ad funus precio dato. Rn̄. ſecundū hoſti. ibidē ſymonia eſt ꝛ ſpecies mali. extra eo. audiuimus.

¶ Queſtio.xxxiiij.

Quid ſi clerici cōueniunt habere lectum vel pannos vel quid ſimile de moriente ꝛ ante deportationē corporis faciunt pactū de hoc redimendo. Rn̄. ſecundū Hoſti. ꝟ. Quid de his. ꝛ ſe- Hoſtienſis
quenti: hoc licet. q: hec tēporalia ſunt. Sed ſi nolūt ſepelire corpus niſi fiat eis certitudo de lecto reddendo: ſpecies mali eſt nec licet. Et burchardus dicit ꝙ ſymonia eſt. Sed vt hoſti. dicit in iſtis caſibus ꝛ ſimilibus ſemꝑ ſepeliatur corpus ꝛ alia ſpiritualia conferantur. ꝛ poſtea agatur cōtra heredes vel detētores. extra eo. tit. ad apoſtolicā. Et ita hec decretalis eſt quaſi centrū iſtius tituli: ꝛ in hunc modum infinitas queſtiones ſoluit. vt dicit Hoſtienſis. ꝟ. Quid ſi preſbiter in ſi.

¶ Queſtio.xxxv.

Quid ſi ſi aliqs dignus ordinari dat exactus vel non exactus ianitori vt permittat eum intrare ad epiſcopū ad petendos ordines vel abbas ad petendū cōfirmationē ſue electionis. Rn̄. Gloſſa.
ſecundū glo. vvilh̄. §. xv. Itē queritur. ſuper. ꝟſi. tn̄ portario: dicendūꝙ nō eſt ſymonia: ſi nō dat corrupta intentione. ſ. vt per intercesſionē illoꝝ quib⁹ dat conſequatur qđ intēdit: ſimiliter credo ꝙ ſi abbas vel aliqs det aliquid familie ep̄i ne videatur auarus vel magis placeat: ꝛ vt facilius habeat acceſſum ad epiſcopum aut vt de largitate laudetur non eſt ſymonia ſi non ſit corrupta intētio vt dictū eſt. Licet talia poſſint fieri cum peccato vt ſi fiant cauſa iactantie vel inanis glorie.

¶ Queſtio.xxxvj.

Quid de ſacerdote qui qn̄ duo de diuerſis ꝑrochijs matrimonialiter coniunguntur non vult dare licentiā alteri ſacerdoti de faciēda benedictiōe niſi data aut ſibi ꝓmiſſa pecunia. Rn̄. ſm gloſ. §. xvj. Itē per queſtionē ſuꝑ ꝟ. bn̄dictionibus nubentiū. Si hmōi ſacerdos n̄ intendat vendere licentiam benedictionis faciende ſed ꝓuidet ſibi ſuper portione oblationū ꝛ prouentuū que ipſum contingunt de nuptijs non eſt ſymonia: licet forte plus ei detur vel promittatur ꝙ habiturus eſſet ſi illam benedictionē faceret. Si tn̄ ex certa ſcientia maiorem exigit ſummā ꝙ preſumatur debere valere portio ipſis contingens: merito preſumi pōt ꝙ non ſibi tn̄ prouidere voluit de portione ſibi debita ꝛ eam affirmare. Sicut dantur aliqn̄ fructus eccleſie ad firmā: ſ; etiā licētiā benedictiōis faciē de vendere. Similiter ſacerdos qui non vult dare licentiam ꝑochiano ſuo confitendi alij niſi pro pecunia ſymoniam cōmittit.

¶ Queſtio.xxxvij.

Utrum pro abſolutione ab excōmunicatione poſſit pecunia exigi. Rn̄. ſecundū Tho. In Tho.
ſumma arti. ij. ar. ij. in abſolutione ab excommunicatione non exigitur pecunia tanꝙ precium abſolutionis: q: hoc eſſet ſymoniacū: ſed quaſi pena culpe precedentis pro qua fuit excommunicatus. Idem Pe. Idē Hoſti. li. v. Rn̄. xxxj. De exceſſibus Petrus.
prelatoꝝ. ꝟſi. Quid ſi petit. Et addit ꝙ excōicat⁹ Hoſtienſis

abſolui debet libere et eo abſoluto cogi poteſt a i
ſatiſfaciendū de pena ſed añ nō pōt exigi cū nec ꝑ
illo fuerit excōmunicatꝰ. Sic intellige extra de ſy-
monia.ad apoſtolicā.⁊ ca.ad aures:ſʒ inno.ponit
de hoc opiniones ſup ca.ad aures.dicit ꝙ in fran-
cia ⁊ in quibuſdā alijs regionibus conſuetudo eſt
vel ſtatutū ꝙ excōmunicatꝰ q̄ monitus parere no
luit ſed excōmunicari expectauit propter hanc cō
tumaciā anꝙ̄ abſoluat̄ ⁊ pro quolibet menſe quo
excōmunicatus ſteterit certā debeat dare pecunie
quantitatē puta .iij.vel.v. aut plures libras. Et
hanc conſuetudinē dicit ibi rationabilē ⁊ ſeruan-
dam. Et ſic pōt intelligi qđ legitur de emēdis exi-
gendis.extra de offi.ordi. Dilectꝰ.⁊ extra de ꝟbo.
ſigni.ex parte ꝟſi.penul. Aliqui tñ dicūt ꝙ prius
debet abſolui gratis ⁊ poſtea cōpelli ad penam vt
dictum eſt. hec Hoſti.in gloſſa.

¶ Queſtio.xxxviij.

Quid ſi ꝓ iuſtitia eccleſiaſtica ſeruāda aliqđ
datur vel recipit̄ vt qñ datur aliqđ epiſco-
po vel alij pro reddēdo iure ſuper ſpūalibus. Rñ.
Ray. ſecundum Ray.ꝭ.xvj. Itē ꝑ queſtionē. Symonia
eſt ⁊ addit glo.idē etiā credo.ſi ſuper tēporalibus
ex quo ꝑſona eſt eccleſiaſtica q̄ dʒ hmōi ius redde
re ratiōe eccleſiaſtice iuriſdictiōis. Si aūt laycꝰ eſt
iudex ⁊ recipiat pecuniā pro ferēda ſententia vel fa-
cienda iuſtitia ſup tēporalibus licet ſit graue pec-
catum tñ non eſt ſymonia. Idē vlri. ¶ Nota etiā
ſecundū Ray.eo.ꝭ.ꝙ nullus clericus ꝑrochialis
debet prece vel precio vel fauore vel cōſanguinita-
te celare ep̄o peccatū publicū parrochiani ſui vel
minus digne penitētem ad reconciliationē addu
cere ⁊ teſtimoniū recōciliandis ferre vel quocūꝙ̄
liuore digne penitentē a recōciliatione remouere:
quia vtrūꝙ̄ ſymoniacū eſt extra eo. Nemo. Idem
vlricus.ꝭ. Dixi aūt. ¶ Et ſecundū Tho.in ſum.
arti.iij.arg.iij. Generaliter illa officia ſpūalia ad
Tho. que quis tenet̄ ex officio nō pōt vendere:vñ nec ꝓ
diſpenſatione nec pro correptiōe ſubditoꝝ:vel qđ
quis deſiſtat a corrigēdo pōt aliquid recipi. Idem
Pet.ſecundū inno.in glo.ſup.ca. Nemo.nō prope
ſed ſimilitudinarie dicit̄ ſymoniacus q̄ celat ꝑ gra
tiā crimē alterius.puniēdus enī eſt vt ſymoniacꝰ.

¶ Queſtio.xxxix.

Utrum ſacerdos poſſet cantare miſſam pro
Ray. denarijs:vel alia officia exeq̄. Rñ. ſecundū
Ray.ꝭ.xvij. Itē nūqđ:dicendū ꝙ ſi tenet̄ ex officio
ad hanc miſſam:vel ad exequias vel ſimile ꝓpter
hoc exigere aliqđ ſymoniacū eſt.j.q.iij. vendētes.
Si vero nō tenet̄ ⁊ deſunt ei ſumptus poteſt licite
recipere.j.q.j. Iudices vel duces. Nam ⁊ operas
ſuas locare poteſt ad diē vel ad annū.extra ne pre
Goffre. lati vi.ſu.ca.viii. Concordat his Petr.in ſcrip.et
Hoſti.ꝭ.iij. Qualiter.ꝟ. Et ſunt. Et Gauſ.ꝭ. Que
ritur an ſacerdos. Et inno.in glo.ſup ca. Nō ſatis
eo.t. ¶ Addit poſtea. Ray.ſi aūt habet ſūptꝰ ⁊ nō
tenet̄ ad hoc aut debet cantare gratis aut ceſſare
alias videt̄ facere ex auaricia. Et licet forte hic nō
eſſet ſymonia:cū nemo teneat̄ ſuis ſtipēdijs mili-
tare.xj.q.ij. Caritatē.extra eo.cū ſit. Tñ turpe lu-
crum eſt vel adminus habet ſpeciē mali. Gloſ.di-
cit hic. Turpe lucrū eſt ſi fiat ex auaritia. Si autē
Innocētius. cū hoc Inno.In glo.ſup.eo.c.dicēs.qđ huiuſmodi beneficia niſi noua facta collatione ſine peccato teneri non poteſt.Concordat etiā his que dicta ſunt de animarum deceptione ⁊ ignorātiū excuſatione. Ber.extra de elect.in glo.ſuper.c.dudum eccleſia Rothom.Et Inno.in glo.ſuper idem.c.⁊ addit ſed ſi is ſcilicet qui ſic ignorans a tali recipit penitentiam:ſciat anteꝗ̄ moriatur.Credimus quod de nouo debet ire ad ſacerdotem verum ⁊ ab eo abſolui. extra eo.de peni.⁊ remiſ.omnis.in prin.⁊ extra de preſby.non bapti.veniens.Hoſti.vo in glo.ſuper idem.c.dicit:quod hoc cōſilium eſt ⁊ tutius.quia bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere,vbi culpa non eſt.nō ſentit ꝙ hoc non ſit neceſſitatis:qꝛ dicit ꝙ talis preſbyter vere abſoluit ex quo curam tenet ꝗ̄diu ꝓbabilis eſt ignorātia ab eccleſia tolerat ſed ſcienter non debet ad talem ire.Et ſic intel-

Bernard⁹. ligit decretalem.omnis.Item nota ſm Ber.extra de ſupp.negli.prela.In glo.ſuper.c.ſicut nobis.in fi.quod cum ex negligentia preſentationis transfertur.preſentatio ad alium non fit vero preſentatori preiudicium niſi ſemel ſcilicet illa vice ⁊ non imposterum:vt ibidem expreſſe dicitur.Idem etiam dicit Hoſti.extra de conceſ.prebend.in glo. ſuper.c.nulla.

Ne prelati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant. Titulus.ij.

Dictum eſt ſupra de ſymonia in genere. Nunc in ſpecie videndum eſt. puta cum prelatus vices ſuas ſub annuo cenſu concedit.

¶ Queſtio.j.

Ray. Quero ergo quid ſit iuris de hoc. reſpon. ſm Ray. eo. ti. in principio ꝙ nec epiſcopus nec archidiaconus: nec alius prelatus poteſt ſub precio vel annuo cenſu concedere alicui vices ſuas. i. prelationem vel iuriſditionem vel aliquod ius ſpirituale. extra eo. titu. c. j. ij. ⁊ iij. Cum enim tale ius ſit ſpirituale non eſt dubium. pro eo dare vel accipere pecuniam ſymoniam eſſe. vbi autem aliquid datur vel retinetur non pro iuriſditione. ſed in ſignum ſubiectionis antique non eſt ſymonia: vt extra de relig. domi. conſtitutus. Item ſi epiſcopus committeret alicui pure ac ſimpliciter vices ſuas. Si tali vicario conſtitueret poſtea ſalarium non eſſet peccatum immo tenetur ad hoc. xij. q. ij. Charitatem. Innocẽtius. vnde ſicut dicit Inno. eo. titu. in glo. ſuper c. quoniam in quibuſdã. ſed ſi ſic diceret prelatus. tu exercebis iuriſditionem talem ⁊ totum lucrum vel pars ſit tuum: ſed mihi dabis tãtum. illicitum eſt ſed ſi diceret. Ego pro ſalario tuo dabo tibi centum ⁊ tu exerceas iuriſditionẽ hanc ⁊ dabis mihi totum lucrum eſt. xij. q. ij. charitate. Concordant Hoſtienſis. etiam his. Goffredus. libro. v. eodem titulo. §. iiij. ⁊ Hoſtienſis ibidem qui dicit quod ſicut per iuriſditionis commiſſionẽ non licet recipere certam pecunie quantitatem. Ita multominus licet recipere quotam.

¶ Queſtio.ij.

Sed nunquid licet prelatis vel alijs clericis vendere fructus temporales beneficiorum ſuorum. Ray. reſpon. ſm Ray. eodem tit. ꝙ ſic ad tempus videlicet extra. e. titu. querelam. diſtinguit tamen vlterius. quia aut emit quis fructus ab eo qui confert beneficium. De hoc dic vt. ſ. titu. j. de ſimonia. q. lxix. quis de epiſcopis: aut a beneficiato. Et hoc: aut ad tempus modicum hoc licitum eſt extra eo. titu. querelam. aut ad totum tempus quo venditor tenet beneficium. Et hoc quidem non eſt ſymonia nec prohibitum. non tamen eſt honeſtũ. Et hoc quidem non eſt ſymonia nec prohibitũ. Et hec ita intellige ꝙ nichil ſpirituale interueniat. extra. de re. permu. ad queſtiones. Si autem loco tibi eccleſiam cum ſis preſbyter: ⁊ tu per ꝯſequens locas operas tuas vt ibi officies non habiturus alias ibi aliquã iuriſditionem: non committis ſymoniam nec alias Gloſa. peccas. arg. xij. q. ij. charitatem. Tamen ſicut dicit hic glo. non habet in talibus locũ locatio ⁊ conductio ſed preſbyter debet gratis facere officiũ ⁊ ille gratis det expenſas. vide de hoc. ſ. ti. precedenti. q. xxxix. vtrum ſacerdos. Goffre. etiam dicit eo. ti. ꝙ beneficium vltra tempus vite locantis vendi non Innocẽtius. poteſt q2 clericus in beneficio vſufructuario comparatur. xvj. q. vj. illud. ¶ Inno. in glo. eo. titu. ſuper. c. querelam. dicit ſic ꝙ ſi locatio ſit nomine eccleſie ⁊ vtiliter ſucceſſor tenetur. extra de ſolu. c. j. xij. q. ij. hic huius. ⁊ c. quicũq; ſuffragio. ſecus ſi inutiliter. Si autem ſuo nomine locauit non intendens obligare eccleſiam non tenetur ſucceſſor: ſed nec heres eius. Et hoc verum eſt in miniſtro vel prelato eccleſie ſcilicet ꝙ ſucceſſor tenetur habere ratum quod factum eſt a predeceſſore: ſed in canonico prebẽdario ſecus dicimus: quia ille nunq̃ poteſt locare prebẽdam ſuam vltra tempus vite ſue: licet de illa poſſet agere ⁊ cõueniri ſicut legitimus adminiſtrator. ¶ Hoſtienſis etiam eadem rubrica. verſicu. quid ſi quid dicit. quod inquantum pecunia verſa eſt in vtilitatem eccleſie. ratum debet habere ſucceſſor vel reddere. argu. extra de ſol. c. j. aliqua de hac materia inuenies. xij. q. ij. alienationes. in gloſſa. Hoſtienſis.

¶ Queſtio.iij.

Pone ꝙ rector vel prelatus vendidit omnes obuentiones alicuius prebẽde vel beneficij ⁊ ex iuriſditione conſueuit aliquid peruenire quid fiet. de hoc reſpondeo ſm Hoſtienſem. ibidem Idem. hoc commodum iuriſditionis tranſit cum alijs niſi fuerit excepta iuriſditio quauis iuriſditio ſpecialiter vendi non debeat.

¶ Queſtio.iiij.

Utrum poſſit rector eccleſie cõductitijs. preſbyteris vel etiam conductori fructuũ ad tempus curam animarum committere per idem tps. reſpon. ſm Hoſt. verſi. ſed nunquid. ⁊ ſequenti. puto ꝙ ſic: gratis tamen ⁊ ſine pactione aliqua: ⁊ autoritate epiſcopi interueniente. extra de officio vicarij. ad hoc videtur etiam quod ad modicum tempus poſſit cõmittere: ſine epiſcopi autoritate profectione neceſſaria imminente ſcilicet vel vnum vel duos vel paucos dies: ſed diu non. x. q. j. per totum. quia nec peregrinari poteſt rector eccleſie ſine licentia epiſcopi. de conſecratione. diſtinctione. v. c. non oportet.

De magiſtris ⁊ ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Titulus.iij.

Subijcitur hic rubrica de his que ſpiritualium inſtar habent ſcilicet de magiſtris ⁊ licentia docendi.

¶ Queſtio.j.

Quero ergo primo in genere quid iuris ſit de inſtituendis doctoribus. Reſpon. ſm Ray. Ray. eo. titu. in prin. Statutum fuit quondam ab Eugenio papa. xxxvij. diſt. de quibuſdam. poſtea ab Alexandro papa in concilio Lateraſi. extra eo. titulo. quoniam. Demum ab Innocentio in concilio generali. extra eo. titu. quia non nullis. quod ſingule Inno.iij. eccleſie cathedrales tenerent ſingulos magiſtros liberalium artium adminus grãmatice qui earũdem eccleſiarum clericos ⁊ alios ſcholares pauperes gratis inſtruerent ꝓpter quod aliquod competens beneficium magiſtro cuilibet in eccleſia preberetur. ¶ Adiecit etiam in ſua conſtitutione dominus Innocentius. iij. quod non ſolum fieret hoc in eccleſijs cathedralibꝰ tantum. ſed etiam in alijs quarum poſſent facultates ſufficere. Item ꝙ metropolitana eccleſia theologum nihilominus habeat qui ſacerdotes. ⁊ alios in ſacra pagina doceat et in his preſertim informet que ad curam animarum ſpectare noſcuntur. ¶ Nota etiam quod a prelatis ⁊ capitulis ad theologie ſtudium debent aliqui habiles deſtinari. qui alios poſt modum valeant erudire. Quibus ſi proprij prouentus eccleſiaſtici non ſufficiunt predicti ſcilicet prelati et capitula neceſſaria miniſtrabunt. Docentes vero in theologica facultate dum in ſcholis ſtuduerint. ⁊ ſtudentes in ipſa: integre per annos quinq; recipiant de licentia ſedis apoſtolice prouentus prebendarum et beneficiorum ſuorum non obſtante aliqua conſuetudine contraria vel ſtatuto. hec oia extra eo. titu. ſuper Specula.

¶ Queſtio

¶ Queſtio.ij.

Hoſtienſis. Utrum magiſtro liceat ponere vel exigere col
lectam pro lectione. Reſpondeo ſm Hoſti.
libro.v.rubrica.v.de magiſtris.§.v.vtrum a ſchola
ribus. Diſtingue aut magiſterio annexum eſt be-
ficium aut non. Si non poteſt accipere colle-
ctam pro laboribus ſuis.argumento.xij.q.ij. qui-
cunq̄.et.c.eccleſiaſticis.ſi ſic.tunc aut beneficium
ſiue ſalarium publicum ſufficit ei:ita quod nul-
lam habet indigentiam ⁊ tunc non debet aliquid
exigere:ſed gratis oblata ⁊ ſponte poteſt ſuſcipe-
re.x.q.iij.priſcis. Si autem non poteſt commode
illo beneficio vel ſalario ſuſtentari poteſt plus exi
gere.xij.q.ij. charitatem. Satis concordat Ray-
mundus hic cum gloſſa. ¶ Et videtur Hoſtienſis
innuere quod tunc non ſolum ab extraneis: ſed
etiam a clericis eccleſie poſſit exigere per exem-
plum epiſcopi:qui requirit ſubſidium a ſubditis:
ſed ſi non indiget ⁊ tamen requirit a clericis ec-
cleſie vel a pauperibus: ſymoniacus eſt: in nullo
etiam caſu debet aliquid exigere a paupere cum
ipſius paupertati debeat potius ſubuenire. hec
omnia intelligas ſicut idem Hoſtien.dicit de ydo
neo ad regendum alioquin ſufficiens ſit qui offi-
cium docendi aſſumit ſi ſua non ſufficiunt non eſt
ei ex debito prouidendum ſed ſibi imputetur quia
Goffredus. ſuam imperitiam non aduertit.ff.ad.l.aquiliam.
idem iuris. Idem dicit Goffre.in fine tituli. Satis
videtur etiam his concordare Innocētius eodem
titulo.in glo.ſuper.c.quoniam.⁊ ſuper.c.quia non
Ulricus. nullis. Et Hoſtienſis in gloſſa ibidem concordat.
etiam his. Ulricus. libro.vj. tractatu.iij. c.xix. de
ſymonia.circa finem. De hoc etiam Beda ⁊ Gre-
gorius.j.q.iij.vendentes. ⁊.c.non ſolum. ¶ Gloſa
vvillelmi dicit quod hic illi magiſtri qui ab eccle-
ſia habent ſtipendium non ſufficiens pro ſcholis
regendis poſſunt inopiam ſuam ſcholaribus ex-
ponere ⁊ inſinuare quod libenter acciperent ſi gra
tis darent: ſed non licet extorquere ab inuito. Nec
debent eos repellere de ſcholis vel ſpolia eorum
accipere : ſi non velint ſponte promittere. Sed
poſtq̄ promiſerint promiſſa poſſunt exigere.ſed ſi
huiuſmodi ſtipendium non habent lȝ alias ſint di
uites non tenentur laborare circa diuites audito-
res niſi velint eis moderate dare pro labore ſuo.

¶ Queſtio.iij.

Quid de magiſtro qui feſtum de iure vel con
ſuetudine colendū puta feſtum ſancti Mar
tini vel hmōi.non vult ſcholaribus concedere co-
lendum niſi pecunia ſibi data:vel econuerſo.diem
Ray. non colendam vt alicuius minoris ſancti concedit
colendum pro pecunia. Reſpondit ſm Ray. eo-
dem titulo.ſymoniam committit per eadem iura.
que.ſ.idem Ulricus vt.ſ. Si autem pro data pe-
cunia concederet magiſter ſcholaribus.aliquo die
pro feſto ceſſare a lectionibus ſiue vacationem ali-
quam propter recreationem ſicut conſueuit fie-
ri ab autoriſtis :turpe lucrum eſſet:ſed non eſſet
ſymonia. Idem etiam recitat Ulri.in fine.c.

¶ Queſtio.iiij.

Hoſtienſis. Utrum aliquis recipi poſſit in canonicum vt
ſcholas teneat. Reſpondeo ſm Hoſtienſem.
verſicu. quid ſi eo pacto. Dicunt doctores quod
non ⁊ quod ſit ſymoniacus:quia omnis pactio ceſ-
ſare debet vacante tamen prebenda. hoc onus ei
annecti poteſt. extra de prebendis . ſignificatum.
Concordat Bernardus in gloſſa ſuper.c.quia non
nullis.ponit tamen ibidem Hoſtienſis.argumen-
tum contra.

¶ Queſtio.v.

Quid ſi aliquid exigatur vel promittatur pro
licentia docendi. Reſpondeo ſm Hoſtien- Hoſtienſis.
ſem.§.vj.quid iuris . Exactum reſtituitur et pro-
miſſum remittitur:vt extra eodem titulo. prohi-
beas . Reſponſo.j. Symoniam tamen non com-
mittit exigens aliquid ſed crimen concuſſionis.
Exactores etiam tales debent dignitatibus offi-
ciis et beneficiis ſpoliari.extra eodem titulo.c.j.
et.c.quarto. Concordant etiam his Goffredus
et Raymundus.

¶ Queſtio.vj.

Quid ſi is qui habet poteſtatem concedendi
licentiam docendi.vult in propria perſona
regere videtur quod poteſt alteri licentiā denega-
re. Reſpondeo ſm Hoſtienſem.ibidem verſicu.vl Hoſtienſis.
ti.non poteſt impedire vel denegare etiam ſi val-
de ſit ydoneus . argumento extra de officio ar-
chipreſbyte.c.vltimo.quia hoc eſſet etiam in pre-
iudicium auditorum cum ſepe gratia diſcendi ha-
beatur ad vnum: ⁊ non ad alterum. Et amor magi
ſtri ⁊ modus docendi ⁊ eloquentia multum etiam
etiam huiuſmodi operantur. Idem Hoſtienſis in
glo.ſuper.c.quanto.

¶ Queſtio.vij.

Quid ſi aliquis obtenta licentia regendi fecit
expenſas in prandijs vel in alijs nunquid
alium ſubſtituere poteſt receptis ab eo expenſis.
Reſpondeo ſm glo.vvillelmi. hic ſunt verſi.dare. Gloſa vvil-
vel promittere. Si conſuetudo loci eſt quod poſſit lelmi.
alium ſubſtituere : poteſt recipere expenſas fa-
ctas pro intereſſe. Dummodo nomine eius ille do
ceat ſicut qui habet eccleſiam poteſt eam alij com-
mittere. Si autem totum ius ſuum quod habet
transferret in illum non deberet aliquid ab eo
recipere etiam pro intereſſe ſicut nec cancellarius
qui dat ſcholas.

¶ Queſtio.viij.

Nunquid in hoc caſu qui premiſſus eſt po-
teſt paciſci cum ſubſtituto de certa portione
emolumenti.ſi forte velit alijs rebus operam dare.
Reſpond.ſm glo.vvillelmi. ibidem.quando ſub- Gloſa vvil-
ſtitutus docet loco eius. Credo quod non debet pa lelmi.
ciſci cum eo de certa portione emolumenti haben-
da ſine labore ſuo.cum non inueniatur hoc conceſ-
ſum. Nec eſt ſimile de tradentibus eccleſias ad fir
mam quia hec beneficia dantur clericis pro titulo
⁊ ſuſtentatione vite ſue.

¶ Queſtio.ix.

Quando clericus ſtudio inſiſtēs debeat perci
pere fructus beneficij ſui:vel non.reſpond.
ſm Hoſtienſem.§.viij. an clericis. Studentes in Hoſtienſis.
theologia ⁊ non in alijs ſcientijs ⁊ in ſtudio gene-
rali non ſpeciali alicuius caſtri vel ville et de li-
centia epiſcopi.extra de clerico non reſidente.re-
latum.qui ſi malicioſe differat licentiam a ſupe-
riori poteſt peti.argumentum extra de iurepatro-
natus. nullus. tales debent recipere integre fru-
ctus beneficiorum ſuorum et diſtributiones: ſed
non eas que in choro dantur quē abſenti nunq̄
dantur niſi de conſuetudine vel priuilegio ſpeciali.
Studentes autem in alijs locis ⁊ in alijs ſcientijs
non habent priuilegium niſi Federici quod requi-
re inter conſtitutiones eius. Et in Hoſtienſi eo-
dem.§. in fine. Innocentius extra de clerico non
reſidente . in gloſſa ſuper . c. relatum . dicit quod
non ſolum epiſcopi: ſed etiam inferiores prelati
dant licentiam eundi ad ſcholas ⁊ alibi pro ho-
neſtis cauſis.

¶Queſtio.x.

Quid de epiſcopo qui clerico ſuo noluit dare licentiam eundi ad ſcholas niſi data ſibi pecunia. Reſpondeo ſm Raymundum ⁊ Laurentium. ſtricte non eſt ſymonia ſed turpe lucrum. argumentum.j.q.iij.vendentes. Idem dicit Innocentius in gloſſa eodem titulo ſuper.c.prohibeas.

Gloſſa.

¶Addit tamen hic gloſſa vvillelmi. Credo quod ſymonia eſſet ſi pro pecunia daret licentiam de quinquennio a iure conceſſo. extra eodem titulo ſuper Specu. ſed ſi pro alio tempore ab illo quinquennio reciperet pecuniam propter dandam licentiam: ſi haberet reſpectum principaliter ad abſoluendum eum ad tempus vel imperpetuum a ſpirituali officio quod debet eccleſie ſymonia eſſet. Si autem ad moram in ſtudio faciendam turpe lucrum eſſet et non ſymonia. In primo vero caſu credo quod datum poteſt repetere qui dedit quia non eſt in turpitudine cum redimat ius ſuum.

De iudeis ⁊ paganis ⁊ eorū ſeruis. Titulus.iiij.

Egimus de his qui ſpiritum ſanctum per ſymoniam blaſphemant. Nunc de his agamus qui male colendo deum inhonorant: vt ſunt iudei et ſarraceni.

¶Queſtio.j.

Raymund⁹

Circa hoc ergo primo quero. Qui dicuntur iudei et vnde dicantur. Reſpondeo ſm Raymundum libro.j. titulo.iiij. iudei dicuntur. qui legem Moyſaicam ad literam tenent ſe circumcidendo et alia legalia faciendo. ¶Et dicuntur iudei a nomine dignioris tribus ſcilicet inde patriarche. prius autem dicebantur Hebrei ab Hebreo cuius familia cultum tenuit vnius dei ceteris ydololatria fedatis. Concordat his Hoſtien. libro.v. R.vj. de iudeis ⁊ ſarracenis.§.j.⁊.ij.

¶Queſtio.ij.

Raymund⁹

Qui dicuntur ſarraceni. Reſpondeo ſm Raymundum ibidem illi qui nec nouum nec vetus recipiunt teſtamentum. Qui non ab Agar ancilla Abrahe de qua eorum fuit origo ſe nolebant nominari: ſed potius a Sarra vxore eius libera ſarracenos ſe appellauerunt.

Sarraceni ſamaritani.

¶Inter ſarracenos ſunt quidam qui dicuntur ſamaritani a Samaria ciuitate qui receperunt quinq libros Moyſi: ſed prophetas reſpuerunt.

¶Queſtio.iij.

Qualiter iudei ⁊ ſarraceni debeant ad fidem ſuſcipiendam induci. Reſpondeo ſm Raymundum. eod. titulo.§.ij. Debent autem ad fidem autoritatibus rationibus ⁊ blandimētis potius ꝙ aſperitatibus prouocari debent non autē compelli. quia coacta ſeruitia deo non placent. xlv. diſtin. qui ſincera.⁊.c. de iudeis. ſi tamen coacti conditionaliter. puta per minas: vel per rerum ſuarum ablationem: vel per verbera: vel aliam ſimilem coactionem aliqui baptiſmum ſuſceperunt. ⁊ poſt ea receſſerunt a noſtra fide: compellēdi ſunt redire: ne nomen domini blaſphemetur ⁊ fides quam ſuſceperunt quaſi vilis ac contemptibilis habeatur: vt. xlv. diſtinctio. de iudeis. Abſolute autem coactus caracterem baptiſmi non reciperet: vt ſi violenter mergeretur in aquam vel ſimile. extra de baptiſmo et eius effectu. maiores. concordat his Thomas in ſumma.q.x. articulo.viij. et Hoſtienſis.§.iiij. et in quibus. verſiculo. hanc autem.

Raymund⁹

¶Addit Raymūdus infra.§.iiij. Circa eos quod poteſt quis tales ſcilicet infideles attrahere ad fidem promiſſionib⁹ ⁊ muneribus. intelligit hoc ſcilicet gloſſa vvillelmi hic non quod liceat aliquid dare pro fide ſuſcipienda: ſed ſi aliquis infidelis timeret nimis paupertatem: ſi baptizaretur poſſet illud obſtaculum tolli ab aliquo ſciente eius propoſitum. ¶Addit etiam Raymundus quod ad fidem induci poſſint per grauiorem exactionem penſionum faciendam in principio locationis. xxiij.q.iiij. debet homo.⁊.q.vj. iam vero. ſed ex poſtfacto non liceret: vt dicit gloſſa hic vide etiam de hoc infra libro.iij. titulo. xxviij. de tranſitu clericorum.q.xviij. vtrum aliquid.

¶Queſtio.iiij.

Thomas.

Utrum pueri iudeorum et aliorum infidelium inuitis parentibus ſint baptizandi. Reſpondet Thomas in ſumma articulo.xij. quod ſimpliciter non licet paruulos eorum ipſis inuitis baptizare: ſed quando ad annos diſcretionis perueniunt poſſunt fidem ſuſcipere. etiam parentibus inuitis. Dicit enim Thomas ibidem quod conſuetudo eccleſie maximam habet autoritatem que ſemper eſt in omnibus emulanda hic autem eccleſie vſus nunꝙ habuit quod iudeorum filij inuitis parentibus baptizarentur ꝙuis aliq̄ fuerint principes potentiſſimi. quibus familiares fuerunt ſanctiſſimi epiſcopi: vt Silueſter Conſtantinus et Ambroſius Theodoſius qui nullo modo hoc pretermiſiſſent ab eis impetrare ſi hoc eſſet conſonum rationi. ⁊ ideo periculoſum videtur: hanc aſſertionem de nouo inducere vt iudeorum paruuli inuitis parentibus baptizarentur. Et eſt hmōi etiā duplex ratio. vna propter periculum fidei: quia baptizatus ante vſum rationis de facili ad perſuaſionem parentum peruerteretur. Secunda quia filius ante annos diſcretionis ſm naturalem iuſtitiam debet eſſe ſub cura parentum. Idem per omnia dicit idem Thomas in quadam queſtione de quolibet.

Silueſter. Conſtātin⁹. Ambroſius. Theodoſi⁹.

¶Queſtio.v.

Raymund⁹

Qualiter Chriſtiani ſe habere debeant ad iudeos et ſarracenos. Reſpondeo ſm Raymundum.§.iij. circa eos. Chriſtiani cum iudeis non debent comedere nec cohabitare nec recipere eos ad conuiuia ſua. xxviij.q.j. nullus. et.c. omnes. Et idem dico cum Lau. et Johanne et de ſarracenis quia et illi hodie iudaizant. vnde eadem eſt cauſa prohibitionis. Idem etiam dicit Innocentius extra eodem titulo in gloſſa ſuper.c. quam ſit laudabile. et Goffredus.

Judei.

¶Euntes tamen ad predicandum ſarracenis cibis eorum vti poſſunt. et hoc cum modeſtia et gratiarū actione ſeruata etiam temporum qualitate ne ſcilicet carnes in quadrageſima comedāt ⁊ huiuſmodi extra codē.c. quam ſit laudabile ſic intelligitur. xj.q.iij. ad menſam. Et hoc intellige niſi eſſet illud ydolis immolatum tunc enim ſicut Auguſt. dicit. Satius eſſet fame mori: ꝙ veſci ydolotito. xxxij.q.iiij. ſicut ſatius. In extrema tamen neceſſitate poſſet quis ydolotito veſci: ſed non in veneratione ydoli. ¶Item infirmi Chriſtiani non debent in ſuis infirmitatibus vocare iudeos nec ab eis recipere medicinas. Nec ſe in eiſdem balneis cum eis balneare. xxviij.q.j. nullus.⁊.c. omnes. Item non debent permitti habere inter Chriſtianos ſeculares dignitates vel officia publica ne in Chriſtianos

occaſionē

occaſionem habeant ſeuiendi. diſtinctione. liiij. nulla.xvij.q.iiij.conſtituit. ℭ Item nullus iudeo vel pagano poteſt aliquid relinquere in teſtamento ⁊ ſi fecerit ⁊ poſt mortem iudicabitur anathema.extra de hereticis.ſi quis epiſcopus.xxviij.q.ij.ſane.ij.Hoſtienſis. §.iiij. verſiculo primo quia. dicit quod vniuerſitati iudeorum legari non poteſt.C.eodem titulo.l.j.Sed ſingulis forte ſic ſm Azonem.Sed clerico non licet etiam ſi iudeus frater ſuus ſit.Tamen eos paſcere licet.Gloſſa autem dicit hic.Credo tamen quod ſiue ſit clericus ſiue laicus ſi daret vel legaret aliquid talibus, et maxime conſanguineis non ad ditandum:ſed ad ſuccurrendum extreme vel multum arcte

Raymundꝰ neceſſitati non eſſet puniendus. ℭ Addit Raymundus poſtea. Item non debent permitti iudei nouas erigere ſynagogas:ſed antiquas reficere.dum tamen non ampliores vel precioſiores ſolito.Et ritus ⁊ ſolennitates ſuas ſeruare ſunt permittendi. extra eodem titulo.c.iudei.et.c.conſuluit.Nec eccleſia in hoc dat autoritatem peccandi: ſed permittit ſolum. ℭ Item in diebus lamentationum ac dominice paſſionis non debent permitti aperire feneſtras vel prodire in publicum. extra eodem. quia ſuper his. ⁊.c.in nonnullis. Dicit hic glo.forte idem tertio.ſi eccleſia lamentatur pro aliquo infortunio Chriſtianitatis communi. ℭ Compellendi ſunt etiam talem habitum in ſignum deferre in omni prouincia ⁊ omni tempore quo manifeſte ab alijs populis diſtinguantur.extra eodem. c.in nonnullis. ℭ Item cogendi ſunt ſoluere eccleſijs decimas prediales.extra de decimis.de terris. ℭ Item cogendi ſunt Chriſtianos teſtes recipere contra ſe.extra de teſtibus.iudei.

Arma. ℭ Item ſarracenis:arma ⁊ alia ſubſidia quibus nos impugnare poſſunt mittere prohibentur et contrafacientes: ipſo facto ſunt excommunicati: vt patebit infra libro.iij.titulo.xxxiij.de ſententia excõmunicationis.queſtione.xxxiij.in quibus caſibus. verſi.vndecimus. ℭ Item ſi iudei vel ſaraceni ad fidem conuerterint ſe Chriſtianam:a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur.extra eodem. iudei.ij. res enim infidelium conuerſorum: vt dicit hic glo.ſequentur eos niſi ſint vſurarie:vel de vſura comparate.hec enim reſtituenda ſunt illis a quibus ſunt accepta vel heredibus eorum. Alioquin ſi illi non inueniuntur:poterunt ſic conuerſis tanꝙ pauperibus per epiſcopum aſſignari. Multa de predictis etiam Goffredus ponit. ℭ Quod predictum eſt quod non debent infideles permitti habere dignitates inter Chriſtianos. Intelligendum eſt hoc:vt dicit Thomas in ſumma articulo.x.de dominio de nouo ab infidelibus ſuper fideles habendo. Sed de dominio preexiſtenti ſecus eſt. quia illud aliquando tolerat eccleſia propter ſcandalum vitandum: licet illud ordinaria autoritate tollere poſſet. Aliquando etiam illud tollitur quo ad aliquid: vt patet in ſeruis eorum.de hoc infra eodem titulo. que-

Hoſtienſis. ſtione.xvj. deinde quero. Addit etiam his Hoſtienſis eadem rubrica.§.iij.in quibus.Quod iudeis permittitur agere ⁊ conuenire apud iudices, ideſt noſtros ordinarios: ſed non apud ſeniores eorum,arbitrum autem poſſunt eligere etiam iudeum. Cuius ſententiam ordinarius exequetur: vt. C. eodẽ.l.iudei romano.Item in ſabbatis ſuis non debent trahi ad iudicia nec ipſi alios trahent,nec debent turbari in feſtiuitatibus ſuis.nec ſepulchra eorum effodi obtentu alicuius pecunie: vt.C.eodem.l. die ſabbato. ⁊ extra eodem .c. ſicut iudei.§.j.⁊.ij. ℭ Item dicit Hoſtienſis quod licet iudeus in publicis officijs poni non poſſit:poteſt tamen dominus redditus ſuos iudeo vendere deputato Chriſtiano cuſtode a quo iudei redditus recipiant.ita quod per hoc a iudeis Chriſtiani et clerici non grauentur. extra eodem. ex ſpeciali. ℭ Item iudeus non poteſt ferre teſtimonium contra Chriſtianum. extra de teſtibus. iudei. ℭ Nota etiam quod ſi iudeorum vel ſarracenorum filij:vel alij ad fidem conuertuntur. debent habere portionem ſue hereditatis. extra eodem. iudei.ij.Et hoc ſm Bernardum et Hoſtienſem hic in gloſſa.Intellige preter ſeruos qui eos preceſſerunt in fide quia illos non recuperabunt.C. de epiſco.⁊ clericis. l.deo nobis. §.his itaqꝫ. Iudei etiam emere non poſſunt vel retinere Chriſtiana mancipia:vt patet extra eodem.c.j.⁊ vltimo.vide de hoc infra eodem titu.queſt.xvj.deinde quero. et ſequentibus.

ℭ Queſtio.vj.

Raymundꝰ Quę ſit pena tranſgreſſorum predictarum conſtitutionum tam fidelium quam infidelium. Reſpondeo ſm Raymundum. §.iiij.tranſgreſſores. Dicit quod tranſgreſſores omnium conſtitutionum quas premiſit ſicut poſite ſunt in precedenti queſtione puniuntur hoc modo.Si clerici ſunt et ammoniti nolunt ſatiſfacere:debent priuari officio ⁊ beneficio.Si laici ſiue principes cum nolunt exequi ſiue alij qui aliquod opponunt impedimentum debẽt ſi ammoniti non ſatiſfecerint excõmunicari.Si vero fuerint iudei vel ſarraceni tam diu ſint Chriſtiani ab illorum commercio et communione ſub pena etiam excõicationis diſtricte ſi neceſſe fuerit remouendi:donec nutrices et ſeruientes dimiſerint Chriſtianos.Et reſtituerint omnia bona ſua vel qui de ritu ſuo ſcilicet iudaiſmo fidem elegerint Chriſtianam.Item donec in vſus pauperum Chriſtianorum ſm prouidentiam dyoceſani epiſcopi.conuertatur quicquid fuerint a Chriſtianis adepti occaſione officij ſuper Chriſtianos ſuſcepti ⁊ officium cum pudore dimiſerint quod irreuerenter aſſumpſerant et inepte. et hoc tam de iudeis intelligas quam paganis.

Gloſa. Statuit inſuper eccleſia illos iudeos publicis cedibus ideſt flagellationibus deputandos qui de infidelibus baptizatos ſubuertere attẽptauerint ⁊ ſimiles penas interdum etiam pecuniarias prout qualitas delicti expoſcit ſepe ſtatuit eccleſia contra tales.Illa cum moderatione exhibita in flagellis quod ſtatutum eius in vindictam ſanguinis tranſire minime videatur talis enim pena indiſtincte relinquenda eſt brachio ſeculari.probantur omnes iſte pene. xxviij. queſtione.j. ſepe nullus. extra eodem titulo.ſicut.⁊.c.ſi iudeos.in fine.et.c. cum ſit nimis abſurdum.extra de raptoribus.in archiepiſcopatu.xvij.queſtione.iiij.conſtituit. Et ita eccleſia iudicat de his qui foris ſunt penam temporalem infligendo directe ſed ſpiritualẽ indirecte prohibendo Chriſtianos ab eorum communione. Non tamen aliquas religionis regulas eis imponit. ℭ Gloſſa hic ſuper verſicu.in vindictam ſanguinis.dicit quod eſt hic argumentum quod clerici et religioſi non debent dare diſciplinas vſqꝫ ad effuſionem ſanguinis quod credo verum

Hoſtienſis. eſſe de effuſione enormi.hoc gloſſa. ℭ Nota etiam ſm Hoſtienſem.§.iiij.verſiculo.ſed que eſt pena.

Quod omnis infidelis vt blaſphemus per eccleſiam punitur pecunialiter:ſed ſm leges decapitatur. Idem de Chriſtiano. ipſi etiam principes ſeculares blaſphemantes iudeos. grauiter punire debent. extra eodem. in nonnullis. in fine. Et hec etiam pena pecuniaria vel grauior. ſecundum Bernardum et Hoſtienſem. in gloſſa ibidem et extra eodem poſtulaſti.

¶ Queſtio. vij.

Gloſa. Utrum liceat nutricibus cum balneant paruulos iudeorum: aut alijs perſonis illos paruulos clanculo baptizare. Reſpondeo ſm gloſſam vvillelmi. Hoc credo ſine preiudicio quod ſi in articulo mortis paruulorum hoc fieret non peccarent qui hoc facerent. alias non licet: ⁊ hoc ne iniuria fieret ſacramento per reiterationem ſi forte poſtea ad fidem conuerterentur adulti. Item ne huiuſmodi filij ſpirituales eccleſie per baptiſmum regenerati: relinquerentur expoſiti faucibus luporum idest iudeorum deuorandi cum patrini talium debeant laborare quod in fide ⁊ moribus inſtruantur. Item ne fiat contra iura que dicunt quod baptizati non debent cum infidelibus conuerſari aut conueſci. niſi forte in caſibus exceptis vide de hoc. ſ. eodem titulo. queſtione. iiij. vtrum pueri iudeorum.

¶ Queſtio. viij.

Thomas. Quero etiam ſpecialiter. vtrum fideles poſſint licite infidelibus communicare. Reſpondeo ſm Thomam in ſumma queſtione. x. articu. ix. Si firmi ⁊ ſtabiles ſunt in fide ita quod ex eorum communicatione cum infidelibus ſperatur magis illorum conuerſio quam horum ſubuerſio non ſunt prohibendi cõmunicare iudeis vel ſarracenis maxime ſi neceſſitas vrgeat. Simplices autem ⁊ infirmi prohibendi ſunt maxime ne magnam familiaritatem cum eis habeant ⁊ abſqꝫ neceſſitate eis non communicent.

¶ Queſtio. ix.

Thomas. Utrum liceat dominis terrarum aliquam exactionem facere in iudeos. Reſpondeo ſm Thomam. In quadam epiſtola ad duciſſam Lothoringie ⁊ Brabancie cui requiſitus ſuper huiuſmodi reſponſo dicit ad plures articulos de hac materia vt patebit. Ad hanc queſtionem ſic abſolute propoſitam. Reſpõderi poteſt quod cum ſicut iura dicunt iudei merito culpe ſue ſeruituti ſint addicti. ⁊ ſic eorum res terrarum domini poſſint accipere tanꝙ ſua. hoc tamen ſeruato moderamine vt neceſſaria vite ſubſidia: eis nullatenus ſubtrahantur: quia tamen oportet nos ambulare honeſte ad eos qui foris ſunt: ne nomen domini blaſphemetur ⁊ apoſtolus monet fideles ſuo exemplo vt ſine offenſione ſint cum iudeis ⁊ gentibus: ⁊ eccleſie dei hoc ſeruandum videtur vt exactionibus quas in preterito facere non conſueuerunt nullatenus pregrauentur. quia ea que ſunt inſolita: magis ſolent hominum animos perturbare: ſm igitur huiuſmodi moderationis ſententiam poteſtis ſecundum conſuetudinem noſtrorum predeceſſorum exactionem in iudeos facere: ſi tamen aliud non obſiſtat: vt patebit in queſtionibus ſequentibus.

¶ Queſtio. x.

Thomas. Quid ſi iudei nihil habere videntur niſi vſuras cum reſtituenda ſint extorta vel accepta ab eis. Reſpondeo ſm Thomam. idem dicendum videtur quod cum omnia que iudei ab alijs per vſuram extorſerunt: non poſſint licite retinere conſequens eſt: vt ſi vos etiam ab eis receperitis nec vos licite retinere poteſtis niſi forſitan eſſent talia que a nobis vel ab anteceſſoribus noſtris hactenus extorſiſſent. Si qua vero habent que extorſerunt ab alijs ꝙ ab eis exacta debent reſtitui illis quibus iudei reſtituere tenebantur. vnde ſi inueniuntur certe perſone a quibus extorſerunt vſuras debent eis reſtitui. Alioquin in pios vſus debent ſm conſilium dyoceſani ⁊ aliorum presbyterorum vel etiam in communem vtilitatem terre: ſi neceſſitas immineat vel expoſcat vtilitas erogari. Nec illicitum eſſet ſi etiam de nouo a iudeis exigeretis talia ſeruata conſuetudine predeceſſorum noſtrorum. Hac intentione vt in pios vſus expenderentur.

¶ Queſtio. xj.

Thomas. Si peccauerit iudeus vtrum ſit pena pecuniaria puniendus. cum nihil habeat preter vſuras. Reſpondeo ſm Thomam. ibidem huic queſtioni reſpondendum videtur ſm predicta. Quod expedit pena pecuniaria eos puniri: ne ex ſua iniquitate commodum reportent. videtur etiam mihi quod eſſet maiori pena pecuniaria puniendus iudeus vel quicunqꝫ alius vſurarius quam aliquis alius in ſimili caſu. quanto pecunia que ei aufertur minus ad eum noſcitur pertinere. poteſt etiã pecuniarie pene ſuperaddi alia pena. ne hoc ad penam ſufficere videatur quod pecuniam alijs debitam poſſidere: pecunia tamen pene nomine ab vſurarijs ablata retineri non poteſt. Sed in vſus ſupradictos queſtione proxima expendi debet ſi non habeat aliud quam vſuras. ¶ Si vero dicatur quod ex hoc principes terrarum damnificantur hoc damnum ſibi imputent vtpote ex eorum negligentia perueniens. melius enim eſſet vt iudeos laborare ad proprium victum lucrandum compellerent ſicut in partibus Ytalie faciunt quam quod ocioſi viuentes de ſolis vſuris ditentur ⁊ ſic eorum domini de ſuis redditibus fraudentur. Ita enim ⁊ per ſuam culpam princeps defraudaretur redditibus proprijs: ſi permitteret ſuos ſubditos ex ſolo latrocinio vel furto lucrari. Tenerentur enim reſtituere quicquid ab eis exigerent.

¶ Queſtio. xij.

vvillelmus. Conſueuit etiam queri vtrum aliquod donum liceat recipere a iudeis: aut etiam pro ſeruitio ſuo. Reſpondeo vt videtur diſtinguere vvillelmus in gloſſa in fine huius tituli. Aut iudeus habet aliquid de laboribus ſuis ⁊ induſtrijs ⁊ tunc poteſt ab eis accipi. Aut nihil habet niſi vſuras ⁊ tunc aut accipiens. certat de damno vitando vel lucro captando: ſi de damno vitando poteſt ab eis accipi. Sicut non peccaret aliquis damnificatus a fure vel raptore per incendium vel ſimili modo: ſi recuperaret ab eo damnum ſuum: licet fur aut raptor nichil haberet niſi quod eſſet ex furto vel rapina acquiſitũ dum tamen non reciperet de damno ſuo res furtiuas vel raptas in ſpecie. Idem recitat Bernardus in ſummula ſua. Et addit quod non videtur conueniens eſſe nec de facili ponendum: iudeos nihil habere niſi vſuras ex eo quod terram non colant: quia in contractibus emendo et vendendo et permutando ⁊ alijs quibuſdam mechanicis artibus conſueuerunt lucrari. Nec eſt dicta preſumptio violenta cum lex dicat quod ſi diues pupillus habuit tutorem pauperem

rem pauperem

rem pauperem qui poſtea diues apparu: ⁊ tempore reddite rationis: cum tamen non acquiſiuiſſet ex arte vel ſucceſſione non poteſt pupillus cauſari res eſſe ſuas quia non conſtat vnde venerint. fortuna enim multos modos conquirendi hominibus prouidit. Et ideo credo iudices dominos et alios ab eis gratis poſſe accipere maxime ne delinquentes melioris ſint conditionis quam Chriſtiani. Conſueuerunt tamen huiuſmodi dari xpianis a quibus iudei vſuras acceperunt vel remiſſio ab eis peti: ſi iudeus non eſt ſoluendo. ¶ Satis

Thomas. videtur his concordare Thomas in epiſtola predicta. vbi dicit quod ſi iudeus vltro conferat pecuniam vel aliquod exenium quod recipere licet: et expedit vt pecunia ſic recepta reddatur his quibus de iure debetur: vel aliter ſicut ſupradictum eſt. queſtione. x. quid ſi iudei. In bonos vſus expendatur: ſi nihil aliud habeat quam vſuras. ¶ Id quod ſupradictum eſt de lucro captando vel damno vitando. planius ponit. Idem wilhelmus infra libro. ij. titulo. vij. de vſuris. §. xv. quid de communitatibus. In gloſſa ſuper verbo: autoritate vel conſenſu. De ſeruientibus autem vide ibidem ſcilicet in titulo de vſuris queſtione. lix. quid de ſeruientibus vſurariorum.

Thomas.

¶ Queſtio. xiij.

Cum plus recipit dominus a iudeo quam ab eo Chriſtiani requirant. Quid de reſiduo ſit faciendum. Reſpondeo ſm Thomam ibidem ad hoc apparet. Reſponſio ex predictis. Quod enim Chriſtiani a iudeo quod eſt amplius non requirunt poteſt duobus modis contingere. vno modo quia iudeus forte habuit aliquid preter vſurarium lucrum: et in tali caſu licet tenere ſeruato tamen moderamine ſupradicto: ſcilicet queſtio. ix. vtrum liceat. Et idem videtur dicendum ſi illi a quibus aliquando extorſerunt vſuras eis poſtea bona voluntate donauerunt: cum tamen ipſi ſe promptos offerrent ad reſtitutionem vſure. alio modo poteſt contingere: quia illi a quibus acceperunt ſubtracti ſunt de medio per mortem: vel ſunt in terris alijs commorantes ⁊ tunc ipſi debent reſtituere. Sed cum non apparent certe perſone quibus reſtituere tenentur procedendum videtur ſecundum modum predictum: ſcilicet queſtione. x. quid ſi iudei.

¶ Queſtio. xiiij.

Thomas. Quid de cauertinis ⁊ alijs vſurarijs. Reſpondeo ſm Thomam ibidem quod dictum eſt de iudeis. Idem intelligendum eſt de cauertinis vel quibuſcunque alijs inſiſtentibus vſurarie prauitati.

¶ Queſtio. xv.

Thomas. Utrum ritus gentilium ſint tolerandi. Reſpondeo ſm Thomam. articulo. xj. licet eccleſia ritus et feſta iudeorum agi toleret: tamen ritus gentilium non tolleraret: niſi forte propter ſcandalum vitandum vel ſciſma ſiue diſcidium vel huiuſmodi maius malum. Sed aliquando ad tempus tolerauit ritus paganorum et etiam hereticorum.

¶ Queſtio. xvj.

Raymund⁹ Deinde quero quid iuris ſit de ſeruis iudeorum et paganorum. Reſpondeo ſm Raymundum. eodem titulo. §. vj. reſtat videre. Nota quod ſeruus iudei aut eſt vernaculus: ideſt de propria ancilla natus: aut emptitius. Si vernaculus tunc ſi ſit vel fieri velit Chriſtianus ſtatim eripitur in libertatem nullo precio dato. C. de epiſcopis et clericis. deo nobis. §. his ita. Et argumentum diſtinctione. liiij. fraternitatem. Si vero emptitius ſubdiſtingue quia aut erat iam Chriſtianus quando fuit emptus aut paganus. Si Chriſtianus indiſtincte liber efficitur nullo precio dato quia Chriſtiani commertium eſt iudeo penitus interdictum. diſtinctio. liiij. c. mancipia. ſimiliter ſerui hereticorum impune poſſunt ⁊ dominos relinquere et ad eccleſiam confugere. C. de hereticis ⁊ manicheis. l. manicheos. ſi autem ſit emptus dum erat paganus aut eſt emptus cauſa ſeruitij aut cauſa mercimonij in primo caſu ſi vult fieri Chriſtianus liber efficitur ſine precio. diſtinc. liiij. fraternitatem. In ſecundo vero caſu ſi infra tres menſes non expoſuit eum venalem: poſtea ſi vult fieri Chriſtianus: liberatur ſine precio: quia preſumitur quod ad ſeruiendum eum emerit. Si autem expoſuit eum venalem infra tres menſes ⁊ iſte vult fieri Chriſtianus infra iſtud ſpacium triū mēſium: vel etiam poſt dum tamē non ſteterit per dominum quominus vendiderit eum infra illud tempus liberatur reddito precio duodecim ſolidorum ab aliquo Chriſtiano: vt diſtinc. liiij. c. fraternitatem. extra eodem titulo. c. j. ⁊. ij. et vltimo. Et hoc intellige niſi dominus eum volentem cum diceret ſe velle fieri Chriſtianum circuncideret vel alterius ſecte ſignaculum imprimeret. Tunc enim propter iniuriam proprij corporis ſine precio liberatur. diſtinctione. liiij. nulla idem. per omnia et quaſi eadem verba ponit Goffredus. ¶ Addit poſtea Raymundus quod dictum eſt de ſeruis ſarracenorum cum Laurentio ⁊ Johanne ⁊ multis alijs. Idem enim periculum et hodie in vtriuſque. Quod autem apoſtolus dicit Ephe. vj. ſerui obedite dominis veſtris carnalibus: ſcilicet infidelibus ſm ſtatum primitiue eccleſie loquitur. Sed ſm Hoſtienſem in rubricella de ſeruis iudeorum et ſarraceno. verſicu. liquet. hoc intelligi debet de his qui ſeruiunt in gleba non domi. extra de cenſibus. c. omnes. **Duodecim ſolidos.** ¶ Sed cuius monete erunt duodecim ſolidi ſupradicti. Reſpondeo ſm Raymundum eodem. §. Dicunt quidam quod ſolidus ponitur pro aureo. inſtituta de pena temere litigantium. §. vltimo. his videtur conſentire Goffredus. **Hoſtienſis.** Alij dicunt quibus conſentit. Raymundus quod erunt eius monete que ibi habetur in vſu. ff. de legatis tertio. Nummis: vtrunque recitat Hoſtien. verſi. ſed cuius.

Raymund⁹

¶ Queſtio. xvij.

Sed nunquid iſte redemptus erit ſeruus redimentis. Reſpondeo ſm Raymundum. eod. §. quod non. ſed reſtituet ei precium et erit liber. argumentum inſtituta de noxalibus actionibus. §. dominus. vel ſi non habeat precium querat hoſtiatim vel ſeruiat ei aliquanto tempore ad arbitrium boni viri. argumentum. xxxvj. queſtione. j. c. de raptoribus. vel etiam quinque annis ad inſtar eius qui redēptus eſt ab hoſtibus. C. de captiuis. ⁊ poſt liminium reuerſis. l. vltima. Et hoc intellige niſi cauſa pietatis a Chriſtiano ematur. Tunc enim nō teneretur aliqd reddere nec ſeruire. quia quod pietate datur: prohibet ius ne repetatur: qđ ſemper preſumitur niſi quis contrariū fuerit proteſtatus. ff. de religio. ⁊ ſumptibus funerum. l. et ſi quis. §. ſed interdum. concordant his Goffredus et Hoſtienſis.

Queſtio.xviij.

Goffredus. Sed quid ſi plures emptores vel redemptores ſimul concurrant ad redimendum. Reſpondeo ſm Goffredum eodem titulo. epiſcopus loci eligat magis ydoneum. argumentum ad hoc ff. de accuſationibus. l. ſi plures. vel ſi ſunt pares gratificet epiſcopus cui velit. argumentum extra de iurepatronatus. cum autem aduocatus. idem Hoſtienſis.

Queſtio.xix.

Raymund⁹ Utrum Chriſtianus poſſit vendere vel emere vel habere paganum vel paganum mancipium. Reſpondeo ſm Raymundum. §. vij. quid de chriſtiano. & Goffredus eodem titulo. quod ſic vt extra eodem titulo. & ſi iudeos. xxiij. queſtione viij. diſpar. non tamen debet cum iſto morari ita quod eum habeat familiarem. xxviij. queſtione. j. ſepe. & c. nullus. Si autem ille voluerit fieri Chriſtianus poteſt nec debet eum dominus prohibere: nec poteſt. Nam ſpiritusſancti inuocatio omnia vincula ſoluit. xix. q. ij. due ſunt. Idem Hoſtienſis. verſi. ſed quid ſi.

Queſtio.xx.

Raymund⁹ Sed numquid iudeus vel paganus baptizatus remanebit ſeruus domini ſui chriſtiani. Reſpondeo ſm Raymundum quod ſic: quia ſeruitus introducta eſt de iure diuino. Geneſis. ix.
Geneſis. ix. maledictus chanaan ſeruus erit fratrum ſuorum. & xxv. diſtinctione. c. ſexto. Et per ius gentium approbata. diſtinctione. j. iusgentium. Et de iure canonico confirmata. xij. queſtione. ij. eccleſiarum ſeruos. Addit ſpecialiter Goffredus: quod in quibuſdam caſibus eſt ſeruitus ab eccleſia introducta: vt. xxxij. diſtinctio. c. eos. & xxj. diſtinctione. quidam. extra eodem titulo. iudei. & c. ad liberandam. Concordat etiam Hoſtienſis. verſi. vltimo.
Raymund⁹ Addit Raymũ. ibidem ſic dicens. vbi tamen de conſuetudine bona non eſſent Chriſtiani ſerui vt in Cathalonia: conſulerem quod dominus in remiſſionem peccatorum ſuorum manumitteret eum: vel ſaltem ne dominus nimis damnificaretur hoſtiatim peteret elemoſinam ſi non haberet aliũde quo ſe redimeret: vel ſeruiret ei ad arbitrium boni viri. argumentum. xij. queſtione. ij. cum redemptor. & C. de captiuis & poſtliminio reuerſis. l. vlti. Gloſſa etiam dicit quod male faciunt domini qui propter huiuſmodi conſuetudinem non permittunt ſeruos ſuos baptizari.

Queſtio.xxj.

Hoſtienſis. Utrum aliquando licitum ſit quod Chriſtiani ſeruiant iudeis vel paganis. Reſpondeo preter ea que poſita ſunt ſupra. Nota ſm Hoſtienſem ſub Rubric. de ſeruis iudeorum et ſarracenorum. vbi patet: quod cum prohibitum ſit quod nullum mancipium Chriſtianum ſeruiat iudeo multominus liberi eis ſeruire debent. vnde
Chriſtiani. Chriſtiani non debent eſſe aſſidue intra domum
Paganis. iudei. neque tanquam famula vel nutrix vel obſtetrix: alias Chriſtiani ſeruientes ſi diſcedere nolunt excommunicantur. extra eodem. iudei. et. c. ad hoc. Et ſi iudei eos volunt dimittere prohibetur fidelibus commercium cum eis: vt extra eodem. & ſi iudeos. in fine. et a contrario ſenſu videtur conceſſum quod huiuſmodi ſeruitia eis fieri poſſunt extra domum. vnde et poſſunt habere colonos Chriſtianos. extra eodem titulo. c. multorum. Item Raymundus. in fine tituli. eadem teneas de ſarracenis.

Queſtio.xxij.

Quid de his qui captiui detinentur a ſarracenis vide infra libro. ij. titulo. vj. de furtis. q. viij. quid ſi aliquis. & ſeq.

Queſtio.xxiij.

Pone quod iudei occupant aliquam parochiam emendo predia & domos que a parochianis Chriſtianis ſolebant inhabitari. numquid poteſt eccleſia a iudeis petere quicquid ſoluere conſueuerant Chriſtiani. Reſpondeo ſm Raymund⁹
Raymundum. §. vltimo. pone. dicit quod poteſt petere omnes decimas prediales & quicquid occaſione prediorum ſolebat recipere. Et etiam oblationes et decimas perſonales. extra de decimis. de terris. extra eodem. et ſi iudeos. extra de vſuris. quanto. Quod tamen plerique doctores nolunt concedere quantum ad oblationes et decimas perſonales propter honeſtatem eccleſie. Iudei.
Gloſſa vvillelmi dicit hic ſi nihil habent niſi vſuras non eſt honeſtum talia ab eis recipere. Secus ſi habent aliquid de laboribus ſuis & induſtria. Hoſtienſis libro. iij. rubrica. xxix. de parochijs. §. ij. In quibus. verſicu. alijs. & ſequentibus. Innuit quod iudei non tenentur ad decimas perſonales: ſed ad oblationes ad quas alique poſſeſſiones fuerunt obligate a Chriſtianis quas nunc iudei habent tenentur. ſic intelligitur extra de vſuris. quanto. ſic etiam notauit ibidem Laurentius: vt dicit gloſſa vvillelmi. infra titulo. xv. de decimis. §. vj. queritur vtrum de miniſte. in fine.

Queſtio.xxiiij.

Quid de his qui ſarracenis auferunt bona ſua. Reſpondeo ſm Raymundum libro. ij. titulo. v. de raptoribus. §. xviij. Nam de Raymund⁹
iure. in fine. vbi ſic dicit: patet etiam eos qui tempore treuge bona ſua per mare vel per terram rapiunt ſarracenis rapinam committere & teneri per conſequens ad reſtitutionem. Poſſent etiam puniri a principe cuius treugam tranſgunt exceptis templarijs et hoſpitalarijs quos non credo iuriſditioni principum in his ſubiacere: cum ſint religioſe et eccleſiaſtice perſone. et ordo ipſorum eſt ad hoc ſpecialiter deputatus.

De hereticis. Titulus.v.

Dictum eſt ſupra de iudeis et paganis: qui per infidelitatem deum non honorant. Nunc agendum eſt de hereticis qui a fide deuiantes in deum multipliciter peccant.

Queſtio

¶ Queſtio prima.

PRimo quero quot modis dicitur hereticus.
Reſpondeo ſecundum Raymundum libro
i.titulo.v.de hereticis.in principio.quatuor mo-
dis dicitur hereticus.dicit enim quaſi errans a
fide. vnde ſic diffinitur ab Auguſtino. Hereti-
cus eſt qui falſam de fide opinionem vel gignit
vel ſequitur. Gignit vt hereſiarcha: puta ar-
rius ſabellius. ſequitur vt qui hereſiarcham.
imitantur velut arriani ꝛ ſabelliani.xxiiij.q.iij.he
reticus.Item vt ait Hierony.hereticus poteſt ap-
pellari licet ab eccleſia non receſſerit: qui aliter in
telligit ſcripturã quam ſenſus ſpiritusſancti fla-
gitat a quo ſcripta eſt:vt.xxiiij.q.iij.hereſis.Item
dicitur hereticus a ſacramentis eccleſie vel a com-
Hereticus. munione fidelium diuiſus:vt eſt excõmunicatus.
iiij.q.i.Quod autem dicitur etiam hereticus per-
uerſorum ſacramentorum vt ſymoniacus qui ven-
dit vel emit eccleſiaſtica ſacramenta.i.queſtione.i.
Goffredus. quicquid per pecuniam. ¶ Hos quatuor modos
ponit etiam Goffre.lib.v.codẽ titu.et addit duos
modos dicens. Quinto modo dicit hereticus du-
bius in fide:vt extra eodem titu.c.i. Nam firmi-
ter debemus credere:vt extra de ſumma trinita.ꝛ
fide.catho.firmiter.xxiiij.diſtin.quando epiſcopꝯ.
xxiiij.queſtione.i.a parte. vnde leui argumento a
fide deuians hereticus cenſetur:vt.C.eodem titu.
l.ij.Sexto modo dicitur hereticus qui eccleſie ro-
mane priuilegium ab ipſo ſummo eccleſiarum ca-
pite traditum auferre conatur:vt.xxij.diſtinc.c.i.
omnes hos ſex modos ponit etiam Hoſtien.lib.i.
rubrica.vij.de hereticis.§.i.

¶ Queſtio.ij.

DEinde quero quid faciat proprie hereticũ.
Reſpondeo ſm Pe.ſuper.iiij.ſentẽ.di.xiij.
Petrus. hereſis diuiſio Petrus interpretatur: quia ergo
prima adunatio fidelium fit per fidem:ideo diui-
ſio a communi fide ſpecialiter hereſis appellatur.
Hereſis. quia vero nullus a diſpoſitione nominatur ſimpli
citer ſed a perfecto habitu:ideo non quicunqꝫ de-
uiat a fide ſed qui pertinaciter deuiat proprie he-
reticus vocatur. Unde ad rationem heretici duo
concurrunt.vnum eſt error in ratione qđ eſt here-
ſis initium.alterum pertinacia in voluntate quod
eſt hereſis complementum. tales ergo proprie di-
cuntur heretici. cum his concordat Tho.in ſcrip.
Thomas. ibidem. ¶ Idẽ dicit Tho.ibidẽ ꝙ lꝫ hereticꝰ ſit q
errat in his adꝰ quorum cognitionem explicitam
tenet omnis homo ſi aſſit pertinacia vt predictũ
eſt.tamen errans in his ad que explicite credenda
non tenetur:non eſt hereticus:vt ſi quis putaret
Iacob fuiſſe patrem abrahe ꝛ hmõi.ꝛ cum cogno-
ſcit hoc eſſe contra veritatem ſcripture vel catho-
lice fidei credit vt Chriſtianus. ¶ Idem dicit de
dubijs, de quibus inter doctores ſunt opiniones
quouſqꝫ per eccleſiam ſit determinatum. concor-
dat etiã his Tho.in prima parte ſumme. q.xxxij.
articulo.iij.

¶ Queſtio.iij.

QUaliter inquirendi ſint heretici.Reſpon.
Hoſtienſis. ſm Hoſtien.§.iij.qualiter deprehẽdatur. ſi
papa dat certam formam illa tenenda eſt.¶ Item
poſſunt queri per accuſationem:inquiſitionem:et
denunciationem. ¶ Item tenentur epiſcopi ꝛ ar-
chiepiſcopi ſaltẽ ſemel in anno per ſe vel per alios
ydoneos querere hereticos vbi fama eſt eos habi
tare compellere iurare quos credunt de hoc ali-
quid ſcire:vt iudicent hereticos ſi quos habent de
hoc ſubſcriptos propter particularia conuenticu-
la vel alia ſigna. extra eodem. cum ex iniuncto.
ſuſpectus autem ex diffidentia morum vel alis ſi
vocatus confitetur timore probationis ꝛ ſpera-
tur de correctione poteſt ei parcere iudex iniuncta
penitentia ſalutari:ꝛ multo fortius hoc facere de- Inquiſitio.
bet:ſi voluntarius acceſſerit ad penitentiam.ſi au
tem diffitetur ꝛ ſit infamatus ſi non poteſt conuin
ci expurgabit ſe:quã ſi non preſtat punitur vt con-
uictus. ¶ Et nota ꝙ etiam leui argumento ideſt
probabili aliquis infamatur de hereſi: vt ſi nullo
modo vult iurare vel huiuſmodi. Plura etiam
alia ponit ibidem Hoſtien.de huiuſmodi inqui-
ſitione.

¶ Queſtio.iiij.

QUaliter hereticus puniatur. Reſpõdeo ſm
Ray.eodem tit.§.ij.punitur. Hereticus pu
nitur quatuor modis.ſcilicet excommunicatione:
depoſitione:rerum ablatione:ꝛ militari perſecu-
tione. ¶ Excommunicatione: quia hodie omnis
hereticus:ſiue occultus: ſiue manifeſtus eſt ipſo
iure excommunicatus maiori excõmunicatione.
xxiiij.q.i.c.i.et.ij.extra eodem titu.ad abolendam.
¶ Depoſitione: quia indiſtincte ſiue ſit clericus
ſiue laicus papa vel imperator vel quilibet alius
inferior debet deponi ab omni dignitate: vt.xl.di.
ſi papa xxiiij.queſtione.i.qui contra pacem. extra
eodem titu.ad abolendam. damnati vero preſenti
bus ſecularibus poteſtatibus aut eorum balliuis
relinquantur animaduerſione debita puniẽdi: cle
ricis prius a ſuis ordinibus degradatis:niſi conti
nuo poſt deprehenſionem erroris ſponte ac canno-
nice recurrerint ad catholice fidei vnitatem.extra
eodem titu.ad abolendam.ꝛ conſti.excommunica
mus.ꝛ in alia excõmunicamus. Si qui autem de
predictis poſtqꝫ fuerint deprehenſi redire volue-
rint ad agendam condignam penitentiam ſunt in
perpetuo carcere detrudendi. extra eodem titulo
excommunicamus.ij.§.ſi qui.vbi etiam ſubiungi-
tur.quod credẽtes eorum erroribus heretici ſimi-
liter iudicantur. ¶ Rerum ablatione puniuntur
quia bona eorum omnia debent confiſcari eccleſie
cui deſeruiebant ſi erant clerici.idem ſi erant laici
eccleſie in temporali iuriſditione ſubiecti:aliorũ
vero laicorum bona principibus.extra eod. excõ-
municamus. diſt. viij. quo iure. ¶ Militari per-
ſecutione:quia ſi aliter non poteſt fieri manu ar-
mata ꝛ militari ſunt ab eis bona omnia que iniu-
ſte occupata detinent auferenda. Nam ſicut pro-
bat Iſidorus ꝛ alij ſancti ꝛ precipue Auguſti.nullo
iure poſſunt poſſidere. Non iure naturali:quia ſm
illud.omnia communia ſunt.diſtin.i.ius naturale
Nec iure diuino.vnde ipſe dominus.Auferetur a
vobis regnum ꝛ dabitur genti facienti fructus eiꝰ.
Item labores impiorum iuſti edent. Item omnia
ſunt iuſtorũ. xxiij.queſtione.vij. c.i.ꝛ.iij. Nec iure
humano:vt.ſ.probatum eſt.ꝛ diſtin.viij.quo iure.
Cõcordat his Goffre.§.punitur. ¶ Quod autem
dictum eſt niſi continuo poſt deprehenſionem er-
roris ꝛc.exponit wilhelmus in glo.hic qđ de con- Wilhelmus.
ſuetudine ab aliquibus hic conſeruatur de prima
de iure nō ſunt puniendi ar.extra de homicidio ex
litteris.Tamen ad cautelā propter ambiguuz du
plicitatis eſt eis aliqua penitentia iniungēda. ar.
xxiii.q.v.excōicatorum ⁊.c.interfectoribus.xxxiii.
q.ii.in lectū.Concordat etiam his Hoſti.ibidē.Ad
dit etiam ibi Hoſti.ꝙ in hoc caſu ſi culpa ſit occul
ta ⁊ penitentia debet eſſe occulta.Si vero manife
ſta ⁊ penitentia debet eſſe manifeſta.Item dicit
Hoſtien.ꝙ maior penitentia iniungenda eſt ſi in Cautela.
lecto ſuffoceť ꝙ̄ ſi in cunis:⁊ maior ſacerdoti gre
co ꝙ̄ laico. extra de peni. ⁊ re. queſitum.Item di
cit ꝙ monendi ſunt parentes qđ pueros tenellos
ſecum in vno lecto nō collocent ne negligentia q̄li
bet interueniente opprimantur vel ſuffocentur vt
ii.q.v.conſuluiſti.

Queſtio.lviii.

Quero etiam que ſit pena parricide ſecundū
leges.R̄ſ.ſecundum.Hoſtien.lib.v.Rubri.
v.de his qui filios occiderunt.§.ii.que ſit pena ei⁹
eſt vt parricida virgis ſanguineis verberatur.In
culleo.ideſt in ſacco coꝛii cocti inſutus cum cane ⁊
gallo gallinatio.i.capone iuxta vulgare cū vipera
⁊ ſymia in ꝓfundū mare iacteť vł i ānē ꝓximū iux
ꝰ ſitū regiōis vt oim elemētoꝝ vſu viuus carere

incipiat ꝛ ei celum ſupſtiti: terra mortuo auferat ſe. dū mare vel amnis primis nō inuenit beſtijs ſubijcit: vt hoc pbat. C. eo. ti. l. j. ꝛ. ff. eo. l. penult.

Queſtio. lix.

Boſti. In quibus caſib⁹ pena legis pompeie de parricidijs locū habeat. Rñ. ſm hoſti. ibidē. §. j. i quibus. In aſcendentibus ꝛ deſcendentib⁹ locum hꝫ in infinitū hꝫ etiā locū in quibuſdā collateralibus ꝛ affinibus quibuſdā. ſ. vxore viro Nuru. genero: vitrico. puigno. ſocero. pſono. vt. ff. eo. l. j. Itē qui preſtiterūt operā eadē lege tenent. ꝛ etiā duri⁹ puniunt: vt. ff. e. l. ſi ſciente. Idē goſ. dicit etiā goff. ꝙ deci etales poſite ſub hac rubrica. ſ. de his qui ſi lios occidūt locū hñt cū pat vł mater occidit filiū.

Queſtio. lx.

Alimenta. Quid ſi pater filiū vel patron⁹ libertū vel dñs ſeruū infantem vel etiā adultū vel lāguidū exponit vel ei negat alimēta. Rñ. ſm. Ray. §. xiij. ꝗ ſi pr̄ hoc ipſo filius eſt a patria poteſtate liberatus ꝛ in ingenuitatē libert⁹ ꝛ ſeru⁹ in libertatē eripitur. Illi quoqꝫ ꝗ eos ſuſcipiunt non poſſunt propter hoc in eoꝝ perſonis ſibi ius aliquod vendicare extra de infantib⁹ ꝛ lan. expoſitis. Si a patre idē Boſti. li. v. rubri. xj. de infantibus ꝛ lan. expo. §. iiij quid iuris addit ray. Quicūqꝫ talia pſumit in foro penitentiali ē tāꝙ patricida ſeu homicida iudicādus pro eo ꝙ hominē preſertim cui tanta tenet neceſſitate periculo mortis exponit inſpectis tamē circūſtātijs. ꝛ vtrū ob hoc mors fuerit ſubſecuta vł nō erit penitētia moderāda. Dicit etiā glo. hic ad intellectū pmiſſoꝝ. ꝙ libertus eſt ꝗ ex ſeruo factus eſt liber per manumiſſionē. Manumiſſor aūt patronus eius dicit: libertus aūt in caſu pdicto i ingenuitatē eripitur. ita. ſ. vt in nullo iā tenetur obligatus ſuo patrono: ingenu⁹ dicitur eim ꝗ ex libero ventre natus nullas vnꝙ ex ſua ꝯditione operas pſtare tenet. Seqꝛ in ray. tales aūt. ſ. filios ſeu ſeruos libertos infantes vł lāguidos exponētes vel eis alimēta negātes. Si homicidiū eſt ſecutū ſunt irregulares ceterū ſꝫ diſtictione quā habes. ſ. e. t. q. xxj. ꝗ ſit pena circa fi. vbi diſtinguitur de homicidio caſuali. vtrū pceſſerit culpa vel negligētia necne. Nā ſicut dicit hic gl. ſi hmoi pſonas exponēdo vel alimenta negando. fuerint in culpa irregulares ſunt Si autē in nulla culpa fuiſſent qꝛ forte nec elemoſinas dando aut querēdo nec aliter eas alere poſſent nō eſſent irregulares nec peccarent dumtamē nihil obmitterent de ꝯtingētibus.

Queſtio. lxj.

Boſt. Quero ēt hic circa materiā iſtā apud quā filius morari debeat ꝛ nutriri facto diuortio. Rñ. ſm Boſt. §. j. apud quē. Si filius ſit minor trienio. regulariter verū eſt ꝙ penes matrē dꝫ manere Maior autē triēnio penes patrē. Sed ꝛ iudex extimare debet apō quē cōmodius moret vt tñ poſt trienniū apud matrē expēſis patris alat. vt. C. de lu. matri. l. j. Item filij locupletes tenentur nutrire parentes egentes. Et ſimiliter parētes locupletes tenent alere filios egētes. Et noie parentū ꝛ filioꝝ intellige oēs aſcendentes ꝛ deſcendentes vſqꝫ in infinitū. In aut. vt liceat matri ꝛ aue. §. illud quoqꝫ. coll. viij. Nota etiā aliq̄ de hoc. §. ſequēti. Ceſſat tñ hec obligatio alendi parentes vel filios vt dicit Boſti. §. iij. quibus exceptionib⁹ ſi illi p ſe poſſunt ſuſtentari. ſiue bonis pprijs ſiue artificio.

Queſtio. lxij.

Ray Circa finem quero que circa homicidam fiat diſpenſatio. Rñ. ſm Ray. §. v. diſpenſat. Circa homicidiū iuſtitie nō diſpenſat vt poſſit pmoueri. Sꝫ ſi iā erat pmot⁹ diſpēſandū eſt. ſcꝫ diſpēſatione pape. ſm glo. in nullis ordinibus tolerari pōt. ar. l. d. aliquātos. Circa homicidiū neceſſitatis Diſpēſatio euitabilis non facile diſpenſat etiā p papā ſꝫ glo. Sed in homicidio neceſſitatis ineuitabilis datur ꝯſiliuꝫ vt non miniſtret homicida etiā in ſuſceptis ordinibus: vt. l. di. de his clicis. Non tñ deponitur ſed in ſuo ordine tolerat de iure ꝛ abſqꝫ diſpēſatōe ſm Ran. cum quo ſentio: extra. e. ti. c. ij. Sꝫ hugu. dicit ꝙ non abſqꝫ diſpenſatiōe. Circa homicidiuꝫ caſuale qñ nulla culpa preceſſit non eſt neceſſaria diſpenſatio: vt dictū eſt. ſ. q. xxj. ꝙ ſit pena. circa fi. Sed circa homicidiū caſuale culpa precedente cōmiſſum ſit diſpenſatio magna maior ꝛ maxima Magna vt pmotus ad maiorē gradū: nō in ipſo: ſed in inferioribus toleret: extra eo. t. Cōtinebat. Maior. vt ēt in ipſo gradu toleret: vt di. l. clerico Maxima vt etiā ad vlteriores pmoueat: extra. eo. lector. Circa homicidiū voluntariū. nūꝙ inuenit cum aliquo diſpenſatū. Sed potius depoſitio cū aſpa pnia. di. l. miror. ꝛ. c. ſi ꝗs viduā. Et hoc veruꝫ eſt de voluntario: tā manu ꝙ lingua cōmiſſo vt. ſ. eo. ti. q. xxj. circa pn. Concordat cū pdictis Boſti. §. v. que diſpenſatio. Idē etiā Goſ. p ola dicit etiā Boſti. ꝙ cū homicida voluntario diſpenſari pōt in beneficio: extra de cleri. pug. in duello. henric⁹. in fi. Sed ꝗs poſſit diſpenſare in iſtis ꝗre infra lib. iij. ti. xxix. de lapſis ꝛ diſpenſationibus. q. iiij. poſt hoc quero. Circa pncipiū. Glo. etiā dicit hic Glo. qꝺ ſm quoſdā indiſtincte diſpenſat ſolus papa in homicidio: vt dicit Ray. pdicto ti. de lap. ꝛ diſ. §. ij. circa pdictas. Et in hoc cōcordat gñalis ꝯſuetudo eccle. alij hoc itelligūt de homicidio volūtario.

Queſtio. lxiij.

Quid de clerico ꝗ aio iterficiēdi aliquē vulnerauit. Rñ. ſm Boſt. ibidem. ſ. §. v. ꝗ diſpēſa Boſt. tio. ꝙuis vulneratus mortu⁹ nō ſit irregularis efficit pcutiens. Sic ꝛ ſi vindictā ſanguinis dictet: ſi tñ non puenīat ad detruncationē membroꝝ ꝙuis ſanguis effuſus ſit pōt diſpenſare eps. Ad hoc extra. eo. ti. petitio. Et de clico pug. in duello. l. j. ꝛ extra ne clici vel mo. ſm aū ſanguis. Si vo puenīat ad detruncationē membroꝝ ſine homicidio papa diſpenſare pōt ꝛ ipſe ſolus: extra de corpe viciatis. c. j. ꝛ de clico debili. in. preſbyter. Inno. etiā extra de clico pug. in duel. in glo. ſup. j. e. dicit ꝙ nō ſolū propt homicidiū ſed etiā ppt membroꝝ diminutionē aut detrūcationē. incidit quis in irregularitatem. Idem dicit Boſti. ibidē in glo. vide. ſ. e. ti. q. xlvj. quid ſi clericus. infra titu. proxi. q. iiij. quid de militibus ꝛ ſequentibus.

Queſtio. lxiiij.

Quid ſi quis in infantia homicidiū committat nunquid poterit cū tali diſpenſari. Rñ. ſecundum Boſti. ibidē vſi. viii. Credo quod poſſit ꝛ deceat papā in hoc caſu canonice diſpēſare. quia potius videtur caſualis quam voluntarius: ſed cū caſuali diſpenſari poteſt. vt patet ſupra e. ti. q. lxij. circa finem quero.

Queſtio. lxv.

Utrum mutilare aliquod membrum in aliquo caſu poſſit eſſe licitum. Rñ. ſecundum Tho. Tho. in ſum. q. lxv. articu. i. Dicendum ꝙ ſicut membrum eſt pars corporis humani. ſic vnus homo pars communitatis. vnde ſicut licet occidi vnum hominem nociuum pro vtilitate communitatis. Ita et vnum membrum pro vtilitate ipſius hominis vel etiam pro bono communitatis ad quod totus ille hō ordinatur. Precidere ergo mēbrū ſanū cuꝫ

hoc ſit

hoc ſit in detrimentum corporis non poteſt eē licitum niſi prout ordinaſ ad vtilitatē ɔmūitatis. ſcʒ pro culpa minori ſicut mors infligitur pro culpa maiori. Et ideo hoc non eſt licitū alicui pſone priuate etiā volēte illo cuiꝰ eſt mēbrū qꝛ ꝑ hoc ſit iniuria cōitati. Sed tn̄ licet hoc publice poteſtati cui cōmiſſa, eſt cura ɔmunitatis. Si ꝟo mēbrū ꝓpter putredinē ſit corruptū totius corporis tūc licitum eſt de volūtate eius cuiꝰ eſt mēbrū putridū: mēbrū ꝑcidere propter ſalutē totius corporis qꝛ vnicuiqꝫ ɔmiſſa eſt cura proprie ſalutis. Eadē rō eſt ſi fiat volūtate eius ad quē ꝑtinet curare de ſalute eiꝰ qui habet mēbrū corruptū aliter autē aliquē mēbro mutilare eſt omnino illicitum.

¶ Queſtio. xvj.

Vtrū aliqū liceat mēbrū alicuiꝰ corporis abſcidere ad vitādum aliqͦd periculū aīe. Rn̄. ſm tho. ibidem ar. iij. dō ꝙ tunc pro ſalute corporis totius licet mēbruʒ putriduʒ precidere qn̄ aliter toti ſubueniri nō pōt quā per mēbri ꝑciſionē qꝛ peccatū ſubiacet voluntati ꝛ ideo in nullo caſu licet mēbrum precidere propter quodcumqꝫ peccatuʒ vitandum. vn̄ criſo. exponens illud mathei. xix. Sūt eunuchi q̄ ſeipſos caſtrauerunt propter regnū celorum dicit non membrorꝫ abſciſione. ſed malaꝝ cogitationū interēptione. maledictiōi. n. eſt obnoxius q̄ membrum abſcidit. Etenī que homicidarꝫ ſunt. talis preſumit. Et poſtea ſubdit. Non concupiſcentia manſuetior ita fit. ſed moleſtior aliunde enim habet fontes. Sperma enim in vobis eſt: ꝛ precipue a propoſito incontinendi. ꝛ vite negligētie. Nec ita abſciſio membri comprimit tēptationes vt cogitationis frenum.

De torneamentis. titu. ij.

Primus ſupra de homicidio. Sed qꝛ ex torneamentis ſepe homicidium prouenit ideo de ipſis agamus ſubſequenter. vbi primo quero.

¶ Queſtio. j.

Goff. Que dicantur torneamenta. Rn̄. ſm Goſ. li. v. t. xiij. de torneamentis in pn̄. Torneamenta dicunſ q̄dam nundine vel ferie in q̄bus milites ex edicto conuenire ſolent ꝛ ad oſtentationem viriū ſuaꝝ ꝛ audacie temere congrediūſ vt extra. e. c. j. Concordat ray. e. ti. Glo. vvil. dicit hic ꝙ torneamenta dicunſ nundine vt patet. e. t. c. j. qꝛ ad ea conueniūtur a diuerſis partibꝰ ꝛ cauſa lucri ſicut ad nūdinas. dicuntur etiā ferie ibidem ꝛ hoc a feriando

Hoſti qꝛ tunc milites vacāt ab alijs operibus rei familiaris

¶ Queſtio. ij

Quare torneamenta ꝓhibeātur Rn̄. ſm ho. ea. Ru. §. ij. propter mortes hominum ꝛ animarum pericula q̄ inde ſepe proueniūt: vt dicitur extra eo. ti. c. j. Debent enim futura pericula preuideri ꝛ debet quilibet diſcretus ſibi proſpicere i futuruʒ qꝛ debet cogitare hoc euenire poſſe. vt extra de elec. licet. Dicit etiam Goſ. hic ꝙ ludus ille noxius eſt ꝛ ideo reprobatur. vt. ff. ad legem aquili.

Glo l. Nam ludus. quis aūt ludos appellet ex quibus crimina oriuntur vt in prohemio. ff. circa finem. Dicit glo. vvilli hic ꝙ cum torneamenta prohibeantur a canonibus vt patet extra eo. t. c. j. Conſtat qͦd mortaliter peccant torneatores cuʒ faciāt cōtra prohibitionem. Si autē non eſſent prohibita nō eſſet peccatum torneare dum tn̄ hoc fieret cauſa diſcendi vſum armorum ad impugnandum infideles ꝛ ob defenſionem patrie vel rei publice Raymūdꝰ.

¶ Queſtio. iij

Que ſit pena pugnantium in torneamentis. Rn̄. ſm Ray. §. ij. pena pugnantium ibi eſt. qͦd ſi aliquis talis exercens torneamentum aliquē occiderit etiam caſu reus eſt homicidij ꝛ irregularis erit. qꝛ ludus talis noxius eſt ꝛ illicitus. ꝛ ideo quicquid ex eo ſequitur imputādum eſt ei. arg. extra de preſumptionibus. c. j. dictum eſt etiā de hoc ſ. t. precedenti. q. xix. quid iuris ꝛ. q. xxj que ſit pena. Item hi qui ibi moriuntur prohibentur in cymiterio ſepeliri. vide de hoc li. j. tit. vlti. de ſepulturis. q. iij. q̄ prohibentur. Cōcordat his Hoſt. ꝛ goff.

¶ Queſtio. iiij.

Quid de militibus qui ad torneamenta. accedunt animo pugnandi non tamē occidunt nec percutiunt cum ab alijs aliqui ſunt occiſi Nū quid tales milites poterunt promoueri. Rn̄. ſecūdū Goſ. ꝙ non eo qͦd ad rem dānatā ꝛ prohibitā Gof acceſſerunt. Idem Hoſti. §. iij. que pena. v. quid de militibus, ꝛ plenius ibi.

¶ Queſtio. v.

Quid de his qui alijs bellis interſunt nec tn̄ occidunt nec mutilant. Rn̄. ſm Goſ. ibidē ꝛ Hoſti. ꝛ ray. dō ꝙ ſi quis interſit bello licito nec occidit nec mutilat nec cām mortis preſtat ſi alias ſit ydoneus poterit promoueri nihil enim intereſt qͣſ occidat vel cauſam mortis prebeat. vt. ff. ad. l. cor. de ſic. l. nihil. Nec indigent diſpēſatione vt dicit hic glo. vvil. Si vero in bello illicito ꝛ hoīes ſunt occiſi ibi. etiam ſi non per iſtos ei imputatur propter culpam precedentem ꝛ ita non poterit ꝓmoueri. xv. q. i. c. vlti. de peni. diſt. j. ſi quis cū telo. tar. a contrario ſenſu extra de clerico percuſſore preſētium ꝛ extra de homicidio. Continebatur. Et melius vt dicit Hoſtien. ibidem li. di. Si quis poſt acceptum ꝛ. c. precedenti. Addit Ray. videtur tamen ꝙ cum talibus epiſcopus poſſit diſpenſare. dummodo nec mors nec mutilatio fuerit ſubſecuta. ar. extra de clerico pugna. in duello. c. j. ꝛ. ij. Glo. dicit non fuerit ſubſecuta per illos. ſed licet fuerit ſubſecuta per alios. Uide de hac materia ſupra titulo proximo. q. xxxj. Quid ſi plures. et. q. lxiij. quid de clerico

¶ Queſtio. vj.

Quid de illis que milites vel alij lucrantur i torneamentis nūquid poſſunt retineri. Rn̄ ſm glo. vvil. hic contra legem torneamentoruʒ lucratur quis ibi aliquis qui non eſſet de coruʒ ſocietate aliquē fugiētium caperet tenetur reſtituere illud illi a quo habuit ſi ſcit a quo aut dare pauperibus pro eo ſi habet vnde poſſit. Si autem ſm legem torneamentorum non tenetur reddere illi a quo habuit ſed in foro penitentiali inducendꝰ eſt quod idem eroget in pios vſus. Si autē nolit hāc penitentiam ſuſcipere non credo ꝙ ſit compellendus ad eam ſuſcipiendam. Sed debet ei penitentia iniungi ꝛ abſolutio impendi. Nec ex hoc ſolo quod taliter acquiſitum non vult erogare: eſt in peccato mortali

De duello. Titul. iij.

Quia ex duello ſicut ex torneamento ſepe ꝓuenit homicidiū. Ideo de duello ſubijciendū eſt: vbi pmo q̄ro.

¶ Queſtio. j.

Quid ſit duellum ꝛ vnde dicatur. Rn̄. ſm Ray. hic ꝛ hoſti. Ray.

lib.v.rub.xiiij. de cleri.pug.in duello.§.j.⁊ Goff.
eo.tit. Duellū eſt ſingularis pugna inter aliquos
ad probationem veritatis.ita videlicet vt q̄ vice-
rit probaſſe intelligatur:⁊ ſi non vicerit defeciſſe
in probatione putetur. Et dicitur duellum quaſi
duorum bellum. Dicitur etiam monomachia q̄ſi
vnica vel ſingularis pugna. Monos enim vnum
machia pugna addit Ray. Dicit etiā vulgo in ple
riſq; partibus iudiciū eo ꝙ ibi dei iudicium expe
ctatur.

Queſtio.ij.

AN duellū ſit licitū vel nō. Rñ.ſm Ray.illici
tū eſt q: nō dꝫ fieri ēt īter laicos.lꝫ eñ dauid
duellū inierit cū Golia nō tñ illud eſt pro lege ſu-
mēduꝫ.vi.ij.q.v.monomachiā. Itē q: ꝑuilegia pau
coꝝ cōcꝫ.l.nō faciūt.vt ait Hiero.xxvj.q.ij. Nō exē
plo. Itē q: eſt ꝯtra illud ꝑceptū. Nō tēptabis dñm
deū tuū deutero.vj.⁊ math.iiij. Contra ꝙ nſſo nō
Gof. faciēdū eſt.xxij.q.ij. Querit cur patriarcha. Itē ex
Hoſti. preſſe prohibetur etiā in.l.ſeculari.C.de gladiato
rib⁹.l.vnica vbi dicit cruēta ſpectacula.idcirco iu-
re ciuili ⁊ domeſtico nō placēt.q̄propter olno gla-
diatores eſſe prohibēn⁹. Nec obſtat qd crimē leſe
maieſtatis crimē ꝑduellionis appellat.q: illud nō
fit ideo ꝙ in illo crimie ⁊ nō in alijs ſit admittēdū
duellū prout q̄dā male intellexerūt. Sed q: ꝑduel-
les dicunt hoſtes vult ergo dicere crimē ꝑduellio-
nis.i.crimē hoſtile.ff.de ver.ſigni.l.quos nos ho-
ſtes. Concordat et his Gof.⁊ Hoſti. Concordat ēt
Tho.in ſum.q.xcv.art.viij.vt patuit.ſ.li.j.ti.xj.de
ſortilegijs.q.ix.quid de iudicio ferri

Queſtio.iij.

Ray. VTrum in duello cōſuetudo generalis aliquē
excuſet a peccato mortali: Rñ.ſꝫ ray. Dicūt
quidā ꝙ ſic.nō approbo:cū ſit ꝯtra preceptum dñi
vt ꝑdictū eſt:alij diſtinguunt vtrum q̄s offerat an
ſuſcipiat duellum:⁊ ſi ſuſcipit aut ſuſcipiat ſpōte:
vel delatuꝫ a iudice. Dicūt eñ eum q̄ offert ⁊ eum
Cōſuetudo. q̄ ſponte ſuſcipit peccare mortaliter. Eum vo qui
ſuſcipit iudice cōpellēte non peccare q: non ſpōte
facit illud.ſed innuitur cum alter non poſſit eua-
dere periculū corporis.vel reꝝ ſuaruꝫ.qd enim q̄s
facit ad defenſionem ſuam vel rerum ſuarum lici
tuꝫ iudicat.extra de homi. Interfeciſti hec opi. to
lerabilior eſt. Sed nec illā admicto vñ dico cuꝫ ala
no ſine exceptione ꝙ nulla conſuetudo vel verius
corruptela poteſt aliqueꝫ excuſare.q: diuturnitas
temporis nō minuit pctā ſed auget extra de ſymo.
nō ſatis.⁊.c.cū in eccleſie.peccāt ergo omnes mor
taliter ſꝫ differēter.grauiter eñ peccat q̄ ſuſcipit
etiam propter quantumcunq; metum attenuat:
tamen peccatum eius eſt multum propter pericu
lum perſone vel reruꝫ.xxxij.q.v. Ita ne.extra ꝙ me
tus cauſa.ſacris. Ille autem qui ſponte ſuſcipit⁊ il
le qui offert. Item iudex q̄ defert vel preſtat auto-
ritate Item aſſeſſores ⁊ qui dant ex hoc conſilium
auxilium vel fauorē. Item ſacerdotes qui dant be-
Glo. nedictioneꝫ.ſicut alicubi cōſuetudo eſt ſm glo.iſti
omnes peccant longe grauius. Item ſi cōtingeret
aliquem ibi mori omnibus imputaretur homici-
dium ⁊ omnes fierent irregulares.xvij.q.iiij.oñs.
⁊ ſupra de homicidio.⁊.q.lxij.quid de homicidio.
⁊.q.xxj.que ſit pena.⁊.q.lxij.circa finem quero. Cū
hac vltima opinione concordant Gof.⁊ Hoſti.⁊ re
probauit tam primam opinionem quam ſecūdā
qui circa hoc diſtinguit. Idem etiam dicit idem
Hoſt.e.ti.in glo.ſup.j.c. Addit poſtea Ray. Si
ergo alicui clerico offeratur duellum.nullo modo
ſuſcipiat per ſe vel per aliuꝫ quē ponat loco ſui:q:
de iure deponi dꝫ extra.e.ti.c.j.⁊.ij.ſꝫ defendat eū
epiſcopus ⁊ eccleſia efficaciter q: de ſua iuriſdictio
ne eſt. Nec laic⁹ poteſt aliquid ſtatuere vel iudica
re de ipſo.extra de iudicijs.at ſi clerici.⁊ de foro cō
peten.c.j.⁊.ij.xj.q.j.c.i.⁊.ij.⁊ fere per totaꝫ queſtio
nem.vtrum autem eccl̄ia ꝓpter ſcandalum dimit
tere debeat quin ꝓcedat contra laicos taliter exce
dentes. Require infra lib.iij.titu.xxx.de ſcandalo
⁊ perplexe.q.viij. Quero etiā hic glo.tamen vvil.
hic contra predictos ſolennes doctores ſentit cum
ſecunda opinione. Et dicit ꝙ illa videt rōnabilis
⁊ maxime vbi innocēs accuſat de crimine ad mor
tem.ꝙ ſi duellum oblatū recuſauerit ſtatim ſuſpē
detur.durū eñ videt dicere ꝙ talis teneat potius
ſuſtinere ſe ſuſpendi q̄ ſe defendere in duello. Et Opinio
forte diſtinguendū eſt inter ſuſcipientē duellū ob
latum in cauſa criminali:⁊ ſuſcipientē in cā ciuili
de rebus tꝑalibus:vt dicat ꝙ in ꝑmo caſu licitum
ſit ſuſcipere duellum:non offerre in ſecundo caſu
nec offerre nec ſuſcipere licet:tñ in tꝑalib⁹ debeat
quis potius qd̄libet damnū pati q̄ ſic duellū ſuſci
pere. Sꝫ cū res ſuas liceat armis defendere: caſq;
defendendo raptorem occidere ſi aliter defendere
non pōt:quare non pōt eas defendere l duello niſi
ꝙ ipſe offerat. Sed ꝙ ei a iudice offert vel potius
infertur.ꝓpter hoc credo ꝙ hec opinio rōne nō ca
reat:⁊ ſic benignior potius ſit tenēda ne videamur
omnes illos damnare qui ſe defendunt in duellis
vel res ſuas. De ſacerdote aūt non credo ꝙ liceat
ei duellum ſuſcipere vel offerre:nec in cauſa cri- Contrariū.
minali nec in cauſa ciuili:nec conſulere ꝙ offerat
vel ſuſcipiatur. Hec omnia vvill's. Contra vvillm
ſufficiat qd duellum ꝓhibitum eſt vt patuit.ſ.q.
proxima.⁊ extra de purga.vulg.per totum.⁊.ij.q.
v.monomachiam. Super quo.c.dicit glo.ſic. Cuꝫ
ergo tales peccent mortaliter non eſt eis euchari-
ſtia danda.de conſecra.diſtinc.ij.⁊ ſi non. De hac
etiā materia vide.ſ.de homi.q.xij.quid de homi-
cidio neceſſitatis.⁊ ſequenti.vide quoq; de hoc in
fra lib.iij.titu.xxj de purgatione ⁊ inquiſitōe.q.ij.
quot ſint.⁊ ſequenti.

Queſtio.iiij.

QUid de illis clericis qui afferunt reliquias
pugilibus ad iurandum:nunquid fiunt ir-
regulares ſi ſequatur homicidium in illo duello.
Rñ.ſm glo.hoc videt magiſter hic innuere ꝙ ſic: Glo.
vt patet queſtione precedenti ꝓxima:quia vident
coadiuuare.ad hoc ꝙ duellum fiat ſicut ⁊ illi qui
dicunt benedictionē. Tamen durum videtur hoc
dicere de illis qui ſolūmodo afferūt reliquias ad
iurandum. Non eſt tamen ſecurū dicere ꝯtrariū.

Queſtio.v.

QUid de epiſcopis ⁊ capitulis ⁊ abbatibus q̄
in curia regum ſubire duellum cogunt aut
res eccleſiaſticas amittere. Item quid de clerico
ſeculari qui conuenitur vel conuenit alium in fo-
ro ſeculari de feudo. Quid etiā de epiſcopis ⁊ ab-
batibus habentibus regalia ⁊ iuriſdictionem tem
poralem ſicut principes ſeculares in quoꝝ curijs
iudicantur hec duella. Rñ.ſm glo.hic ſuper ꝟ.de
poni. In omnibus hmōi caſibus ſi epiſcopi vel ab
bates offerūt vel ſuſcipiūt duella per ſe vl ꝑ alios
de ſpeciali mandato eorum aut iudicant in curijs
ſuis inter ſubditos ſuos aut preſtant autoritatem
ſpecialem iudicantibus peccant mortaliter. Et ef
ficiuntur irregulares ſi ſequitur mors. Si aūt alia
fiāt per yconomos ſeculares vel ꝑ balliuos ⁊ ꝑpo-
ſitos hmōi epoꝝ vl capituloꝝ ⁊ abbatū ⁊ clericoꝝ
ſecularium

ſecularium adminiſtratores ſine ſpeciali mandato eorum licet hmõi epi capſa z abbates peccent mor taliter z grauiter ſicut credo talia fieri ſuſtinẽdo i curijs ſuis. ſeu ballinoꝝ ſuoꝝ z diſſimilando cũ ſci ant. Nõ tñ incurrũt irregularitatẽ ex quo nõ ꝓre ſtãt ſuper hoc ſpecialẽ autoritatẽ ſꝫ precipiãt bal liuis ſuis. qđ faciant iuſtitiam in tali vl̃ in tali cau ſa qꝛ in tali generali mãdato nõ intelligit aliquid mãdare de duellis iudicãdis offerendis: vel ſubeũ dis z in hmõi caſibus. Si rex vel alius princeps vel let perſonã eccleſiaſticam compellere ad duellum aut propter recuſatũ duellũ auferre ei bona eccle ſie ſue: vel ſua debẽt epi ſe inuicẽ viriliter iuuare. Credo etiã qđ omnia mala debẽt potius tolerare z feuda z terras dimittere ꝙ̃ tali malo male con ſentire. credo ẽt ꝙ i publicis ꝑdicationibꝰ põt hoc intimari laicis ſecularibꝰ ruſticis z plebibꝰ dũ tñ mature z modeſte z q̃ſi per modũ ꝯpaſſionis dica tur ꝙ q̃ hoc faciunt nõ ſunt in ſtatu ſaluandoꝝ. Et hoc pſertim in his locis niſi ſup hoc creduntur iu ris ignorãtia laborare q̃ ignorantia epis z abbati bꝰ z ceteris eccleſiaſticis perſonis nõ ẽ tolerabilis quicq̃d ſit de ſclaribus. Et q̃ dicta ſunt intelligas: ſimiliter de iudicio ferri candẽtis z aque feruẽtis z miſſionis ſup aquas z alijs publicis iudicijs

¶ Queſtio. vj.

Pena duelli. Quae ſit pena pugnãtiũ in duello. Rñ. ſꝫ ray. pena eoꝝ eſt depoſitio ſi erãt clici. Si tñ ex

Ray. inde nec mors nec mẽbroꝝ ſit diminutio ſubſecuta poterit erga eos ſuus eps diſpẽſare: ſi alſ neceſſi tas vel vtilitas hoc expoſcat. extra. eo. c. i. z. ij. ſi tñ ſacerdos vel alius clericus in duello ſpõte oblato vel ſuſcepto ab ipſo amiſiſſet partẽ digiti. ſed non tantã quin ſine ſcandalo poſſet celebrare ſolẽniter põt quãtũcũqꝫ ſit grauis exceſſus eps cũ tali poſt peractã penitentiã diſpẽſare extra. eo. c. j. Itẽ vt di cit decre. extra. eo. t. c. ij. talis ſi mors inde ſequat: homicida eſt ſiue per ſe pugnet ſiue per aliũ nec cum tali diſpẽſat in officio ſed in beneficio haben do poterit cũ eo miſericorditer diſpẽſari. hoc autẽ bñficiũ poterit habere vt titulũ ſm Gof. Secũdũ alios habebit ipm tñ vt ſtipẽdiũ. ſicut laicus. ex tra eccleſiam ſu. xxxij. d. q̃ vero. Dicit Hoſti. ꝙ cũ tali. ſ. qñ ſequat homicidiũ ad bñficiũ habẽs curã aiaꝝ nod diſpenſabit inferior papa.

De ſagittariſs z baliſtariſs

Titulus. iiij.

Supra dictũ eſt de homicidio in genere: ſed qꝛ ſagittarij z baliſtarij homicidia ſepe committunt ideo de ipis ſubicien dum eſt.

¶ Queſtio. j.

Quero ergo qñ ꝯceſſuꝫ ſit vel ꝓhibitũ exer cere hãc artẽ. Rñ. ſm Ray. poſſunt xpiani

Ray. exercere hoc offm ꝯtra paganos z nr̃e fidei pſecu tores ꝯtra xpianos aũt z catholicos nequãꝙ̃. vñ di cit Inno. extra. e. t. c. vnico artẽ illã mortiferã z odi bileꝫ baliſtarioꝝ z ſagittarioꝝ aduerſus xpianos z catholicos exerceri de cetero ſub anathemate ꝓ hibemꝰ. Dicũt tñ q̃dã ꝙ i bello iuſto poſſit hoc of

Baliſtaria. ficiũ exerceri z ꝯtra xpianos. qꝛ i tali bello vt dicit Aug. cũ qs iuſtũ bellũ ſuſceperit vtrũ a ꝑte pugnet aut ex inſidijs nihil ad iuſtitiã intereſt. Dñs etiaꝫ iuſſit ieſuꝫ naue vt pꝫ ioſue. viij. vt cõſtitueret ſibi retrorſuꝫ iſidias. i. inſidiãtes bellatores. xxiij. q. ij

Gof c. dñs. Itẽ dicit gre. ibidẽ. q. viij. z ꝑdẽ ꝯcordat his Gof. li. v. t. xv. de ſagittarijs. Et hoſti. ea. rub. z gl. hic z ber. i glo. qđ aũt bellũ dicatur iuſtum. vide. in fra. t. proximo. q. xlv. quod exiguntur.

¶ Queſtio. ij. Ray

Quae ſit pena exercẽtiũ hoc offm cõtra ea q̃ ſu periꝰ dicta ſunt. Rñ. ſm ray. Pena eoꝝ eſt anathema vt patet ex fine decre. preallegate. q. pre cedẽti. Et dñt q̃dã ꝙ eſt canon late ſnĩe vt ipo iure ſit excõicatꝰ q̃ ꝯtra fecerit. ꝙ dicũt vbicũqꝫ talis for ma exprimit ſub pena excõicationis vel ſiſis diſt. lxiij. ſalonitane. Joã. z multi alij dñt ꝙ hmõi ꝟba non habẽt vim ſnĩe tantũ ꝯminationis. vt. C. ꝯmi nationes epiſtolas. l. i. z hec opinio verior eſt. Nõ ſunt ergo excõicati ꝑdicti baliſtarij ſed a iudice ex cõmunicãdi. Cõcordant in hoc glo. h z Gof. z Ho. z Ber. in glo. ſup eadẽ decre. z Inno. extra de ſent. ex. in glo. ſup. i. c. Hoſti. ꝟo in glo. ſup idẽ. c. z Hu. dicũt ꝙ hmõi ꝟba qñ ſit ꝓhibitio. a lege. i. a cano ne ꝯminatio eſt. xxx. di. ꝑ totũ. Qñ ꝟo a iudice tũc eſt canon late ſnĩe dicat tñ iudex hec verba profe rẽs hoc intendat. Cõcordat cũ hoc glo. h z infra. li bro. iij. t. xxxiij. de ſen. ex. ꝗ. xxvij. Itẽ dicit dñe ſup ꝟbi. equipollẽtia. Et addit hoſti. dicẽs z puto ꝙ iu dici in hoc credẽdũ ſit qñ dicit ꝙ ſic vel ſic intẽderit Sed anteqꝫ hoc declarauerit puto excuſatũ illũ q̃ ſniam nõ ſeruauit cũ ꝓbabiliter credere poterit ꝙ

ꝯminatio tñ eſſet. vide gñalius de talibꝰ ſentẽtijs infra li. iij. ti. xxxiij. de ſen. excõ. q. lxix. quid ſi dicat iudex z ſequẽtibus. Hoſti

De raptoribus ꝑdonibꝰ incendiarijs.

Titu. v.

Poſtq̃ vidimus de homicidio. quo pec cat directe in pſonã ꝓximi. Cõſequẽter dõ eſt de q̃buſdã alijs q̃bꝰ lꝫ nõ ita ſtri cte tñ in proximũ delinquat. Et primo de raptoribus.

¶ Queſtio. j.

Primo ergo q̃ro qs dicat raptor. Rñ. ſm ra. co. t. circa prin. Raptor dicit duobus modis Ray

Eſt eñ raptor hominũ z ꝑcipue feminaꝝ: z raptor reꝝ. Et dicit ꝓꝑe rapina reꝝ raptus mulieꝝ Glo. maxime virginũ. Cõmittit aũt crimẽ rapine ꝓꝑe cũ per violẽtiã. ſ. vi apte qs rapit res alienas vndecũqꝫ excepto loco ſacro vel re eccleſiaſtica qꝛ tũc cõ mittur ſacrilegiũ vt patuit. ſ. t. de ſacrilegio. ꝯmit tit ẽt crimẽ raptꝰ dupliciť videlꝫ cũ ipa puella vio lẽt rapit. ſ. vt i ꝑpetuũ teneat. Itẽ cũ nõ ipa violẽt Raptus.

rapit ſꝫ vſꝰ exꝰ ea ꝓhibẽtes violẽt vſurpat. xxxvj. q. i ꝗ. ex ho. itẽ tũc demũ ꝯmittit raptus cũ ipe raptor nõ deſpõſauerat ꝑmo puellã. xxxvj. q. j. lex illa z. q. ij. de puellis. Si qs ꝟginẽ extra e. t. cũ caꝫ itẽ raptꝰ large ꝯmittit nõ ſolũ i ꝟginẽ. Sed ẽt in viduã z ſci monialẽ. xxxvj. q. ij. raptores Si qs nõ dicã. Con cordat his Tho. in ſum. q. cliij. ar. vij. z. x. ꝓſid. tñ videt accipere raptũ ꝓ quolibꝫ illicito coitu. xxxvj q. ij. raptus eſt illicitꝰ coitꝰ a corrũpẽdo dictꝰ. vñ vt planiꝰ itelligas differẽtiam iſtoꝝ crim nota ꝙ ali ud eſt fornicatio. aliud ſtuprũ. aliud adulteriũ. ali ud inceſtꝰ aliud raptꝰ. Fornicatio lꝫ videat eẽ genus cuiuſlibet illiciti coitꝰ q̃ ſit extra vxorẽ legimã. tñ ſpãliter itelligit i vſu viduaꝝ vl̃ meretricũ. vl̃ ꝯcu binaꝝ. Stuprũ aũt ẽ ꝓꝑe ꝟginũ illicita defloratio qñ videlicet non precedẽte ꝯiugali pactione vtri uſqꝫ voluntate ꝟgo corrũpit. ¶ Adulteriũ vero eſt alieni thori violatio. vñ adulteriũ dicit quaſi ad al Adulteriuꝫ.

terius thorũ acceſſio. ¶ Inceſtus eſt ꝯſanguineaꝝ vel affinium abuſus. vel etiã vt dicit glo. hic ſancti monialium. ¶ Raptus ꝯmittitur cũ puella violẽ ter a domo patris ducitur vt corrupta in vxorẽ ha beatur. ſiue puelle ſolũmõ ſiue parẽtibus tñ ſiue vtriſqꝫ vis illata ꝯſtiterit. hec omnia q̃ ponit h ra. ob illo. ꝟ. vñ vt planius habẽtur. xxxvj. q. i. ꝗ. cũ er go. ponit etiam h Gof. li. v. tit. xvij. de raptoribus.

Iteſtus. ¶ Quod autem dicitur hic de raptu: qđ ſit vt corrupta in vxorem habeatur. Glo. dicit hic vel in cõcubinã q̃ raptus cõmittitur. vbi nihil ante de nuptijs agitur extra. c. cum cauſam.

¶ Queſtio. ij.

Tho. OCcaſione enumerationis ⁊ diſtinctionis p̃dictorum criminũ quero q̃d ſit grauius vel min⁹ graue inter peccata luxurie. Rñ. ſm Tho. in ſum. art. xij. dđ q̃ grauiſſimum inter omnia genera peccatorũ luxurie eſt vicium contra naturã. Sicut augu. dicit in li. de adulterinis ↄiugijs q̃ tranſgreditur id qđ ſm naturã determinatũ eſt tãq̃ p̃cipiũ circa vſum venereum. poſt hoc. eſt inceſt⁹ q̃ eſt ↄtra naturalẽ reuerẽtiam quã debemus perſonis coniunctis: alie autem ſpecies ſunt cõtra rectã rationẽ ex ſuppoſitione tñ naturalium p̃ncipiorum. Magis aũt repugnat rationi qđ aliquis venereis vtatur. Non ſolũ ↄtra id qđ ↄuenit pli generãde: ſʒ ẽt cũ iniuria p̃ximi. Et ideo fornicatõ ſimplex eſt minima. inter ſpẽs luxurie. Adulterium aũt grauius eſt q̃ ſtuprũ q̃ maior iniuria fit in abuſu mulieris alterius poteſtati ſubiecte q̃tum ad vſum generationis q̃ ad ſolã cuſtodiã. vtrũq̃ aũt aggrauatur per violentiã. Et ideo raptus v̾ginis eſt grauior q̃ ſtuprũ. ⁊ raptus vxoris q̃ adulteriũ hec etiã omnia aggrauãtur ſm rationẽ ſacrilegij: q̃ſi. ſ. pſona deo conſecrata rapitur. Itẽ inter peccata cõtra naturã grauiſſimũ eſt pctm̃ beſtialitatis. ſ. vbi ñ ſeruat̃ debita ſpecies. ¶ Poſt hoc aũt vicium ſodomiticũ

Sodomiticum. vbi non ſeruat̃ debitus modus concubẽdi. Magis aũt ſi nõ ſit debitũ vas. q̃ ſi nõ ſit debit⁹ mod⁹. Minus autẽ inter pctã ↄtra naturã. eſt pctm̃ molliciei qđ ↄſiſtit in ſola obmiſſione concubitus ad alterũ

¶ Queſtio. iij.

QUe ſit pena raptoris rerum. Reſpõdeo ſm Raymum. §. ij. Pena raptoris. Pena eius ſecundum leges eſt quod infra annum punitur in

Ray quadruplũ: poſt annũ in ſimplũ. ff. vi bo. rap. l. j. in quadruplo autem ipſa res continet̃ vt ibidẽ dicit̃. Et hoc ſi agatur ciuiliter contra eum. i. ad penam pecuniariam. Si vero agitur criminaliter contra eum tunc propter vim p̃uatã id eſt ſine armis illatam re⁹ deponitur. ab ordine rerum. Glo. i. ab or-

Pena raptoris. dinatione rerũ ſuarum q̃ amittit factionẽ teſtamenti. propter vim aũt publicam. i. cũ armis illatam deportatur in inſulam. ff. de vi p̃ua. l. vlti. inſti. de publi. iud. §. item pena canonica eſt multiplex. p̃ma vt excõicetur non ſolũ a ſuo ep̃o. ſʒ etiã ab illo in cuius ep̃atu rapinam fecit. extra. eo. ti. j. ⁊ vj. q. iij. placuit. Item denegat̃ ei pñia niſi reddat ablata. vel plena ſecuritatẽ faciat de reddendo: ſi tñ hʒ vñ reddere poſſit Si v̾o cũ poſſet ſatiſfacere noluit: ſʒ ↄtumaciter diſtulit accipere pñiam vſq̃ ad mortis articulũ: cũ iam non habeat vñ ſatiſfaciat tunc ſi pñiam petat dabit̃ ei etiã viaticũ ⁊ ſepultura: ſi heredes vel alij p̃pinqui velint ſatiſfacere p eo. Immo vt dicit hic glo. cõpellendi ſunt ſatiſfacere: quatenus hñt de bonis eorum quib⁹ ſucceſſerũt ⁊ ſic intelligit̃ illa decre. extra. eo. ti. in l'ris. Si v̾o decedat impenitens priuat̃ vtroq̃. ſ. ſepultura et viatico. extra eo. ti. ſup eo. Cum predictis a p̃ncipio queſtionis cõcordat Goff. Si aũt non hʒ vñ. ſ. reddat nec heredes vel p̃pinqui volũt ſatiſfacere: nec tenent̃ de ſuo niſi velint. Ille tñ fuit hñs ↄtritus et fecit qđ potuit lʒ tarde. In hoc caſu videt̃ predicta decre. Sup eo dicere expreſſe qđ priuabit̃ ſepultura. Et ita ſentiũt fere oẽs doctores ⁊ ſic ad terrorẽ. Sed de hoc caſu require plenius. ſ. lib. j. tit. xvj. de ſepul. q. vj. quid de raptore. Preſbyteri aũt qui cõtra predicta fecerunt ſepeliendo ipm vel ſiſem ab officio et beneficio debent deponi: vt in illa' decre. ſup eo. No. etiam ſm glo. hic q̃ loquit̃ de notorijs raptoribus: nõ de occultis. circa quos maxime nõ debet rigor illius decre. obſeruari. Itẽ Inno. l glo. ſup eandẽ decre. ar. de hoc extra eo. in l'ris. ¶ Itẽ raptor talis in aliquibus caſibus nõ gaudet emunitate eccl'ie: vt patuit. ſ. lib. j. ti. xiiij. de emunita. eccl'ie. q. ij. quam emunitatem. circa princ. ⁊ extra de homicidio. c. j.

¶ Queſtio. iiij.

QUero etiã vtrum rapina grauius peccatũ ſit q̃ furtũ. Rñ. ſm tho. in ſum. q. lxvj. ar. ix. dicendũ q̃ ſic. Quia violentia magis eſt ↄtra volũtatem q̃ ignorantia. Itẽ q̃ per rapinã non ſolũ in- Tho.
fertur alicui damnũ in rebus: ſed etiã vergit i quãdã pſone iniuriã. Qđ aũt homines minus vereçũdant̃ de rapina q̃ de furto. ex hoc eſt: q̃ homines ſenſibilibus inherentes magis gl'iant̃ de virtute exteriori que magis manifeſtat̃ in rapina q̃ de virtute interiori que tollit̃ per pctm̃. ⁊ ideo minus vereçũdantur de rapina.

¶ Queſtio. v.

QUe ſit pena raptoris mulierum. Rñ. ſm Ray. §. iij. pena raptoris. Pena eius ſm leges eſt vt capite puniat̃ ⁊ eius ſubſtãtia rapte applicet̃ ſi ingenuã rapuit. Si v̾o ancillam vel liberã: ſubſtã- Pena raptaris mulorum.
tiam non amittit. ſed tñ decapitat̃. ar. xxxvj. q. j. đ raptoribus. In eo. c. ponunt̃ plura exempla de hac materia. Expreſſius dicitur de decapitatione. C. de raptu virgi. l. j. vt dicit hic Gloſſa. ſm canones raptor efficit̃ ſeruus rapte: niſi velit ſe redimere. xxxvj. q. j. De raptoribus. Itẽ dʒ excõicari cũ fautoribus ſuis. xxxvj. q. ij. c. j. ⁊ iiij. Si tñ rapta velit cõtrahere cũ raptore põt. extra. e. ti. accedẽs. qđ etiã dicit̃ hic q̃ raptor efficit̃ ſeruus rapte. dicit gloſ h̃ q̃ hec pena põt intelligi in foro iudicij. Non autẽ eſt infligenda in foro pñiali. ¶ No. etiã ſm goſ. q̃ pene predicte intelliguntur ſi rapuit mulierẽ honeſtam. Secus ſi rapuit meretricẽ: vt. C. de rapt. vir. Goffr.
l. vna. in p̃n. Nec diſtinguit̃ vtrũ volentẽ mulierẽ quis rapiat an inuitã: ſponſam p̃pam vel alienã coniugatã vel non coniugatã q̃uis acrius puniri oporteat pro adulterio. ¶ Sequit̃ in Ray. ⁊ nota q̃ ſi princeps cõmittat iudici eccl'iaſtico poteſtatẽ puniendi tales. ipſe citra mortem vel truncationẽ vel ſanguinis effuſionem enormẽ. ſ. poterit iubere raptorem incarcerari: vel flagellari: ita ſcilicet q̃ flagella in vindictã ſanguinis tranſire minime videant̃ vel pena pecuniaria mulctari. quos ſi tñ i uenerint adeo enormiter exceſſiſſe. q̃ membri detrũcationẽ: vel mortẽ debeant ſuſtinere: debet reſeruare puniendos regie poteſtati. hec oĩa habes extra. e. ti. in archiepiſcopatum.

Queſtio. vj.

QUid de eo qui deflorat virginem ſolutã. nũ- Glo
quid tenet̃ cã ducere vel maritare ſm q̃ videtur dicere decretalis. extra de adulte. titu. j. Rñ. ſm glo. hic ſup ver. contrahere poteſt. Si deflorat ipſam voluntariã. non tenetur eam ducere vl' maritare. Si autẽ inuitã: aut per dolũ inductam ad cõſenſum in foro penitentiali iniũgendũ eſt ei. quod ei ſatiſfaciat vel componat cũ ea: ad penã aũt predi. decre. non tenetur niſi in foro cauſarum. Et gloſſatores exponũt eam de raptore q̃ ſeducit. i. ſeorſum ducit a domo p̃ris ⁊ extrahit virginẽ per violẽtiã.

¶ Queſtio. vij.

DEinde quero quid ſit predo. Rñ. ſm ray. §. iiij. predo. Duobus modis dicit̃ predo. Nã predo eſt qui alios iniuſte predat̃. vt ſunt qui viatoribus auferunt ſua Eſt etiam predo. miles q̃ querit

vltra

vltra ſtipendium ſibi aſſignatū. vñ Augu. propter
ea quedam ꝓuidentia ſunt militantib⁹ ſtipendia
Gof. coſtituta ne dum ſumptus querit̄ predo graſſetur.
Hoſtienſis. xxiij. q. j. militare. ¶ Idem Gof. ꝛ Hoſti. §. ij. quis
predo. Et addunt. Itē predones dicuntur ꝑlati. q̄
vt ꝓcurationē aut ſeruitiū aliqđ i impēdāt legatoꝝ
alij plus extorquent a ſubditis. ꝙ ſoluant: ꝛ in eoꝝ
damnis lucra ſectantes querunt ꝑdā potius quaꝫ
ſubſidiū in ſubiectis vt extra de immunitate eccle
ſiarum q̄ plerique. ¶ Addit hic ſpāliter Hoſtiē. qđ
quarto dicitur ꝑdo iudex pecunijs ſeu p̄ſmonijs
inhyans qui alienum ac iurgiū reputat predam
ſuam. C. ad legem iuli. repe. omnes vide. infra qō
ne proxima.

¶ Queſtio. viij.

Ray Q Ue ſit predonis pena. Rñ. ſm Ray. ibideꝫ
eadē eſt pena ꝑdonis. ꝙ ꝛ raptoris cū vterque
raptor dici poſſit vt predo contineatur ſub raptore
tanꝙ ſpecies ſub genere edita quos par facinus co
ſquinat ꝛ equat. pena debet ſimilis comitari. als
commmari. xv. q. iij. ſane.

De icendiariis. Rubricella

Incēdiari⁹. S Equitur videre de incēdiarijs. vbi pri
mo quero.

¶ Queſtio. j.

Q Uis dicat̄ incendiarius. Rñ. ſm
Raymun. §. v. incendiarius. dici
tur qui incendit autoritate propria ciuitatem vel
villam. vel manſum vel ſegetem vel rem ſimilem
malo ſtudio. ſiue pro odio ſiue pro vindicta. xxiij. q.
vltima. peſſimā. ꝛ. xij. q. ij. cum deuotiſſimam. Si
aūt faceret iuſſu eius q̄ hꝫ ptātē indicendi belliū
non iudicarē eum incendiariū ſalua diſtinctiōe q̄
habebit̄ infra. e. ti. q. xlv. que exigūt. ꝛ. q. lxix. quid
de his q̄ emerūt. Exponit glo. hic. incendiarius di
citur qui incendit. Glo. aut incendi facit aut icen
diarius ꝯſiliū vel auxiliū ſcienter impendit auto
ritate ꝓpa. Glo. cum non habeat ius mouēdi bel
lum vel indicendi vel manſum. Glo. ibi maneriū
alienū tñ. Si eñi aliqs ꝓpam ſuā domū aut ſegetē
incenderet: lꝫ peccaret re ſua abutendo: nō tñ tene
tur pena incendiarij niſi dolo malo faceret. ſ. vt ꝑ
incendiū rei ſue aliena bona incēderent̄. Idē vlri.
Ulri. lib. vj. tract. iij. c. xj. §. ſicut aūt. Qđ aūt dicit malo
ſtudio. Exponit Ulri. q̄ ſi faceret hoc ex negligen
tia lꝫ peccaret ſi illa negligentia eēt culpabilis nō
Hoſtienſis. tñ incendiarius vocaret̄. Satis ꝯcordant ꝑdictis
Hoſti. in rubricella de incendia. §. j. ꝛ goff.

¶ Queſtio. x.

Ray Q Ue ſit pena incendiarij. Rñ. ſm Ray. pena
Goffredus incendiarij ſm legē eſt vt qui dolo ignē ap
Hoſti. poſuit igne cremet̄ ꝛ ipſe aut capite puniatur. ff.
de incendio ruina naufragio. qui edes. ꝛ. l. penult.
ꝛ vlti. ff. de penis capitaliū. §. incendiarius. ff. ad. l.
cor. de ſicca. ſi qs dolo. ſm canones. Multiplex eſt
pena. Nā ōis incendiarius eccliaꝝ vel locoꝝ reli
gioſoꝝ vel cymiterij vel ſpatij ꝑuilegiati in circui
tu ecclie eſt excōicat⁹ ipſo iure maiori excōicatiōe
Qui etiā poſtꝙ fuerit denunciatus nō poterit ab
ſolui niſi a papa: vt extra de ſen. excō. tua nos. ꝛ. c.
conqueſti. Et hoc niſi in mortis periculo. Idē gof.
ꝛ Hoſti. §. re. ꝛ qua pena. Tamen ꝟba coꝝ ſūt hec
Incendiarius eſt excōicatus ipſo iure ſi eccliaꝫ vel
Pena incē locū religioſum vel cymiteriū vel ea que ſūt i ſpa
diarij. tio ꝑuilegiato. vt. xxiij. q. iiij. ſicut antiquitus incen
Glo. derit vel fregerit ꝛc. Sed qualr̄ intelligenda ſit de
nunciatio de qua premiſſum eſt. Dicit h̄ glo. q̄ licꝫ
quoſdam intelligit̄ ſi fuerit denūciat⁹ noiatim. i.
expreſſo noie. Secus vt dicūt ſi i gñali vt qñ neſcit̄
quis cōmiſerit incendiū aut etiā qñ ſcit̄. ſed tñ non
fertur excōicatio: niſi in gñali ſub hac forma. Excō
municamus oēs illos qui hoc incendiū fecerunt.
In quo caſu dicūt talr̄ denunciatū in gñali poſſe
abſolui ab epo loci. ego credo q̄ ſiue i gñali ſiue in
ſpāli denūcieṫ. Incendiarius a ſolo papa eſt abſol
uendus preſertim cum dicat Hug. ꝛ iuriſperiti qđ
qñ fertur ſnia ſub hac forma. Nos excōicam⁹ oēs
illos qui hoc vel illud fecerūt. Oēs itelligunt̄ noia
tim excōicati: q̄ ꝛ ſi non ſit ibi expreſſio noīs exp
mit tñ pfecti circūſtantiā. Credo etiam q̄ pape re
ſeruanda eſt hec abſolutio a quocūqꝫ iudice eccle
ſiaſtico ſiue epo ſiue archidiacono fiat hec denun
ciatio: aut etiaꝫ a ſimplici ſacerdote ſi habeat de
ꝯſuetudine ptātem excōicandi ꝛ denūciandi i tali
caſu. Magiſter enī non diſtinguit h̄ a quo fiat iſta
excōicatio aut denunciatio. Nec decreta. extra de
ſen. excō. c. tua nos. Qđ aūt dictū eſt de incēdiarijs
intelligas. ꝛ de effractoribus eccliaꝝ qui ſilr̄ ipſo
iure excōicati ſunt: ꝛ a papa abſoluendi. Silr̄ cum
quis ꝑ violentiā multa enormia in ecclia cōmittit
diruendo altare: vel frangendo crucē: vel enormit̄
tractando corpus chriſti ꝛ ſilia. ipſo iure eſt excō
catus: lꝫ nō frangat eccliam: tñ abſolui pōt ab epo
ſm qđ innuit̄. infra ti. de ſen. excō. q. lxxxix. In qb⁹
caſibus reſeruat̄. ver. ſcđs caſus. ꝛ ver. tertius. quia
non dicit̄ ibi q̄ ſint mittendi ad papā: tales ſicut đ
incēdiarijs ꝛ effractoribus eccliaꝝ. Hec oīa in gl.
ab illo. ꝟ. ſed qlr̄. Et ꝯcordat cū hoc Ulri. ¶ Seqt̄
in Ray. Incendiarij ꝟo alioꝝ locoꝝ non ſunt ipſo Raymund⁹.
facto excōicati ſed excōicandi. xxiij. q. vlt. ſi qs mē
broꝝ peſſimā. ¶ Iſti etiā vt dicit h̄ glo. poſtꝙ fue
rint denunciati nihilomin⁹ poterūt abſolui a ſuis
epis. lꝫ quidā dixerint: qđ etiā iſti a ſolo papa ab
ſoluendi ſint: ſed doctores cōiter ꝯtradicūt. ¶ Ad
dit Ray. tñ oēs. ſ. etiā alioꝝ locoꝝ incendiarij ha
bent̄ excōicati in quibuſdā ptib⁹ vt in theuthonia
rōne ꝯſuetudinis quā papa ſcit ꝛ tolerat. Sꝫ verū
ſola ꝯſuetudo abſqꝫ ſnia vel ꝯſtōne poſſit facere q̄
aliqs reuera excōicat⁹ ſit. dicit Ray. qđ hoc diſpu
tationi relinqt. Gloſ. h̄ dicit q̄ reuera ſine ꝯſtōne Glo.
tacita vel expreſſa non pōt. Sed intelligendum eſt
ex quo papa ꝛ prelati ecclie tales reputāt excōica
tos ꝯſtōne ſuꝑ hoc editā eſſe: ꝛ ita lata eſt ꝯſtō vel
ſnia vera vel preſumpta. Ulri. etiā. §. incēdiarij. di
cit q̄ ſola ꝯſuetudo abſqꝫ ſnia vel ꝯſtōne non pōt
aliquem ſnia excōicationis irretire cum potius ex
ſimplicitate ꝛ ignorantia iuris ꝙ ex ratione proce
dat Hoſti. autem. §. vi. circa fi. dicit q̄ conſuetudo
approbata ipſos reddit excommunicatos. ipſo iu
re ſeu in eccleſijs ſeu in villis incendium commiſe
rint dolo malo quā conſuetudinē dicas ſeruandā
cum ſit optima legum interpretes. Sed vbi nō eſt
conſuetudo de iure ſcripto aliorum locorum: incen
diarij nō ſunt excommunicati. Sequitur in Ray.
Item incendiarius abſolui non debet. niſi damno
reſarcito vel reſtituto ꝛ preſtito iuramento quod
ignem vlterius non apponet. xxiij. q. vlti. peſſimā.
extra de verbo. ſigni. ex parte. in fi. ¶ Item debet
penitere per tres annos. vt in pcallegata decret.
ſi quis domum in illo. c. peſſimaꝫ dicitur q̄ detur
ei in penitētia. vt hieroſolimis vel i hiſpania ꝑ an
num itegrū i ſeruitio dei ꝑmaneat. Cōcorda peni
tentias vel dic arbitrarias. Cum hoc vltimo ſen
tit Ulricus et gloſſa dicit hic quod hoc verius et
facilius eſt. Poſſent tamen concordari peniten
tie vt dicit hic Gloſſa ſic quod vadat hieroſolimi
am vel in Hyſpaniam contra ſarracenos moratu
rus ibi per trienniū vel ille annus integer in quo
erat ibi erit ynus de illis tribus annis de quib⁹ lo

quitur decreta. ¶ Sequitur in Raymun. Item nõ
ſolũ incendiarij.i. qui ignem appoſuerunt ſed eti
am qui mandauerunt vel dederunt conſilium. au
xilium. vel conſenſum debẽt excommunicari. vſq
ad ſatiſfactionem condignã. xxiij.q.vlti. ſi quis mẽ
brorum peſſimam. ¶ Addit hic glo. qđ nec excuſat
in hoc metus aut coactio quecumq cõditionalis
quin incidat in canonẽ. qui incẽdit ſacra loca: ꝛ qn
ſit excommunicandus qui incendit priuatum etiã
vnicum. Quo ad peccatũ aũt mortale metus hu
iuſmodi excuſat non a toto ſed a tanto.

De rapina clericorum ſpecialiter ꝛ quibus ꝛ qualiter bona eccleſiaſtica iniuſte vſurpata vel extorta ſint reſtituẽda

¶ Queſtio .xi.

Poſt hec actur⁹ de rapina clericorum ꝛ modo reſtituendi.
Prius quero an liceat clericis habere propriũ. videturq
non. Hyeronim⁹ loquens de
clericis qui dñm poſſidet: ꝛ
cuꝫ propheta dicit pars mea
domin⁹ nihil extra dñm ha
bere põt. Quod ſi quippiaꝫ aliud preter dñm ha
buit pars eius nõ erit dominus. vbi ſ͠ra. Si aurũ
ſi argentum: ſi poſſeſſiones: ſi variam ſupellecti
Raymũd⁹ lem cũ iſtis partibus non dignatur dominus fieri
Clerici proprium. pars eius. xij.q.j. clericus. Rñ. ſm Ray. §. vij. item
videt. Dico q clerici poſſunt habere propriũ. xij.q
j. epiſcopi ſint manifeſte. Si qua ergo capitula di
cant q clericus non poſſit habere propriũ intel
ligitur ſecundum ſtatum primitiue eccleſie quan
do omnes credentes nihil proprium poſſidebant:
ſed erant omnia cõmunia vel loquuntur de conſi
lio vel de religioſis qui renunciauerunt proprijs
Tho. autẽ in ſum. q. clxxxv. arti. vj. arg. iij. ſic ſoluit
ad autoritatem p̃dictam .ſ. qđ omnis pars eſt mi
nor toto. Ille ergo cum deo alias partes habet cu
ius ſtudium diminuitur circa ea q̃ dei ſunt dum
intendit his que ſunt mundi. Sic aũt non debent
clerici proprium poſſidere .ſ. vt dũ curant propria
defectum faciant in his que pertinent ad cultum
diuinum.

¶ Queſtio .xij.

Utrum clerici poſſint facere teſtamẽtũ. vł do
nare inter viuos. Rñ. ſm Ray. Si clerici ha
bent aliqua de patrimonio vel que ſibi aduenerũt
Clerici teſtari. ex ſucceſſione propinquoꝝ per hereditatẽ vel ex do
natione facta ſibi non intuitu eccleſie ſed perſone
vel de ſcriptura vel alio artificio acquiſiuerint. vel
alio modo ſimili. poteſt de illis cleric⁹ ſecularis in
dubitãter facere teſtamentũ: ꝛ donare inter viuos
xij.q.iij.c.j.ꝛ.ij. extra de teſtamẽtis ad hoc preſenti
bus. q: nos. tenet tñ vel ſi ipſe fecerit heredes eius
tenentur ipſam eccleſiam de rebus illis conſerua
re indẽnem. Si forte aliqua de rebus eccleſie expẽ
dit in meliorationẽ proprij patrimonij: vel etiaꝫ ſi
propter incuriã diligentiã ꝓpriarum rerũ neglexit
res eccleſie: ꝛ ita diminute ſunt alique vel amiſſe
propter culpã ſuam. Et ecõuerſo ſi de reb⁹ ꝓprijs
expendit aliqua in vtilitatem eccleſie poteſt ipſe
vel heredes ſui cum hoc conſtiterit recuperare de
rebus eccleſie vt ꝛ ita hinc inde fiat debita cõpen
ſatio. ꝓbat hoc greg. ij.q. vij. lator in fi. Item con
cilium Bracarenſe ꝛ toletanum. xij.q.iij.c.j.ꝛ.ij.
Idem Hoſti. li. v. rubri. xxxviij. de pe. ꝛ re. §. xxiij. q̃
bus ꝛ qualiter circa prin. Et addit. hoc aũt intelli
gas qñ grauis eſt leſio vel etiã quo ad additionez
vel diminutionẽ rerum mobiliũ vel mãcipiorum
eccleſie. vel etiã redditũum ſuoꝝ. Nec. n. prohibet
prelatus quomin⁹ poſſit de fructibus ꝛ perceptis
redditibus quos ſuos facit aliq̃ erogare. hoc .n. te
net generalis conſuetudo. Si tamẽ in hoc excede
ret, poſſet reprehendi qđ totũ cõmittendum eſt ar
bitrio boni viri. Uide etiam de hoc ſupra. li. j. ti. xv
de decimis rubricella de donationibus. q. vlt. vtrũ
prelati. Quid aũt iuris ſit de reb⁹ ſerui eccleſie qui
ad hoc manumiſſus eſt vt ordinet habebit. īfra li
bro. iij. t. xvij. de ſeruis non ordi. q. j. circa fi. v̄. nota
etiam. ¶ De rebus aũt eccleſie mobilibus vel im De rebus eccleſie.
mobilibus certũ eſt q null⁹ poteſt facere teſtamẽ
tum. tñ de fructibus perceptis ꝛ ceteris mobilib⁹
poterit in egritudine cõſtitut⁹: duꝫ tñ compos ſit
mentis moderate: nõ rõne teſtamenti: ſed elemoſi
ne ac pietatis conferre pauperibus ꝛ locis religio
ſis illis q̃ ſibi viuenti honeſte ſeruierunt ſiue ſint
conſanguinei ſiue alij extra de teſtamẽtis. Ad hoc
preſentibus, relatum. q, dicit hic glo. q clerici non
poſſunt facere teſtamẽtum etiã de mobilibus de ri
gore iuris eſt. De cõſuetudine tñ clerici alicubi fa
ciunt teſtamentũ de rebus mobilibus de fructib⁹ Ulricus.
eccleſie acq̃ſitis. Et Ulri. li. vj. tractatu. iij. c. x. dicit
q de huiuſmodi rebus teſtari nõ eſſet illicitum ni
ſi q: in fauorem eccleſiaꝝ ꝓhibitum eſt vnde etiaꝫ
q: ratio ſuadet oppoſitum. credo niſi hoc conſue
tum eſt qđ de rebus eccleſie mobilibus poſſunt fa
cere teſtamentũ. Nota etiã q dicit glo. xix. q. iij. q:
qđ clericus in poteſtate cõſtitutus teſtari poteſt li
cet de alijs ſecus ſit. C. de epis aut. preſbiteros. Idẽ
Hoſti. li. iij. Rubri. xxvj. de teſtamẽtis. §. viij. qua
liter infirmetur. v̄. q̃d ſi is. vbi dicit q filiuſfamili
as clericus de aduenticio peculio teſtari poteſt.

¶ Queſtio .xiij.

Occaſione predictoꝝ quero. quis ꝛ in q̃b⁹ de
beat ſuccedere clerico morienti. Rñ. ſm qđ
determinat decre. extra de teſtamẽtis relatũ. ij. in
bonis acquiſitis ꝑ eccleſiam ſuccedit eccleſia. Ita
Succeſſio clerici. qđ ſi fuerit de aliqua congregatione ſuccedit colle
gium qđ reꝝ illarũ debet habere canonicã portio
nẽ diſtributionẽ ꝛ curã. vbi autẽ in locũ defuncti.
tñ vnus eſt ordinãdus. is ea bona ſicut ꝛ alia ip̃i⁹
eccleſie in dei timore diſpẽſet. Si aũt habet bona
aliunde acquiſita quã ꝑ eccleſiam. talis vt dicit h̃
Ray. ſi moritur nullo cõdito teſtamẽto ſuccedunt
in omnibus bonis illis ab inteſtato ꝯſanguinei ſꝫ
iuris ordinem. Quibus deficientibus ſuccedit ec
cleſia cuius erat clericus in omnibus. xij. q. v. c. vlt.
extra de ſucceſſi. ab inteſtato. c. j. cũ dilectus in fine
Dicit tñ glo. hic qđ hoc non tenet de conſuetudine
in aliquibus locis quantum ad bona patrimonia
lia imobilia maxime .ſ. q eccleſia ſuccedat i omni
Ray. bus. ¶ Sequit in Ray. Hec aũt vera ſunt vbi res
prelati vel clerici inueniuntur diſtincte a rebus ec
cleſie. Si autẽ nõ apparet vtrũ habuerit aliq̃s res
proprias. vel ſi apparet vel conſtat aliquas habuiſ
ſe ſed non apparet q̃ vel quante fuerint. quid hic
agenduꝫ ſit. varie ſunt opiniones. Ad hoc põt di
ci q preſumendum eſt omnia eſſe eccleſie i tali du
bio niſi probetur contrarium vel dic melius. Cum
dubitatur vtrũ habuerit aliqua ꝓſumitur indiſtin
cte pro eccleſia. vt dictũ eſt donec probet ꝯtrariuꝫ.
Si autẽ cõſtat eũ res aliquas habuiſſe ſed dubita
tur q̃ vel quãte ꝓſumitur pro eo q̃ eſt in poſſeſſiõe
rei de q̃ eſt qđ. vñ ſi eccleſia poſt mortẽ prelati inue
nitur in poſſeſſione. heredibus incũbet ꝓbatio. ſꝫ
ſi heredes ſunt in poſſeſſione probabit eccleſia ar.
xij. q. iij. c. j. ꝛ. ij. ꝛ. q. v. c. j. in fi. ¶ Si tñ aliquis ex
ſeruo factus ſit clericus ꝛ inter res ꝓprias ꝛ eccleſie

diſcerni non pōt debent fieri quatuor portiones: quarum vna danda eſt epō alia eccl'ie. tertia pauperib⁹: q̄rta parētib⁹. extra de ſucceſ. ab inteſt. c. ij.

℄ Queſtio. xiiij.

Quid de prelatis eccl'iaꝝ ꝛ alijs clericis q̄ bona eccl'iaſtica pauperibus debita ꝯſumūt in vſus illicitos: videlꝫ in meretricibus hyſtrionibus ꝯſanguineis potentibus diuitibus ꝛ ſilibus. Nunq̄d tales iudicādi ſunt raptores: videt̄ ꝙ ſic. Primo q2 ꝯtractant rem alienam inuito dn̄o. ait
Hieronim⁹. eīn Hieroni. q̄cq̄d hñt clerici pauperꝫ eſt. xvi. q. j. c. viſi. Item Aug. ſi p̄uatim que nobis ſufficiāt poſſidemus non ſunt illa nr̄a ſꝫ pauperꝫ quoꝝ ꝑcurationē quodāmodo gerimus. Nam ꝓpetatē nobis
Ray. vſurpatiōe dānabili vendicamus. Ad hāc q̄ōnem
⁊ coparātib⁹.¶ Iuſſio:hic principaliter ad reſti-
tutionem totius tenetur quia eſt principaliter mo
uens hanc iuſſionem intellige quando probabili-
ter credit ex ſua iuſſione ſequutam rei ablationē:
vel noie ſuo factaꝫ ratā habuerit alˀs nō.hec Tho.
⁊ Ray.⁊ Ulri.⁊ glo.hic.¶ Cōſiliū.intellige qñ ex
hoc ſequitur ablatio vel dānū vel ꝓbabiliter ſecu-
tum creditur.tunc tenetur inſolidū alias non te- Innocētius
netur hec all.Tho.Ulri.⁊ glo.⁊ idem Inn.in glo.
extra de homici.ſuper.c.ſicut dignum.vbi etiam
dicit ꝙ ſm conſilium anime videtur ꝙ ſi dānifica
tus haberet etiam actiones contra alios ſed eas
nollet exercere ſiue ex iuſta cauſa ſiue ex iniuſta.ꝙ
conſiliarius in hoc caſu ſatiſfacere debet.niſi ſpo-
liatus.liberaliter dimitteret raptori.Idem hoſt. Conſenſus.
in glo.ibidem.vide de hoc infra.q.proxi.¶ Con-
ſenſus intellige de conſenſu de quo loquuntur le-
ges humane ⁊ quem ordinant.Ideſt vbi affectus
in opere cooperationis oſtenditur.Talis ſi tantū
cooperatur quod ſine eo non poſſet damnū illud
fieri tenetur inſolidum.Si autem ſine eo fieret re
ſtituat ꝗtum nocuit:ſiue per ſe ſiue per familiam
ſuam vel per ſuos aut ꝗtum de rebus illis habue
rit vel expendit.hec dicunt Ray ⁊ Tho.⁊ Ulri.vt
patuit.ꝺ.in prin.huiuſmodi.q.idem etiam Inno.
⁊ hoſt.in glo.vbi.ꝺ.¶ Collige etiā ex hoc ꝙ ſi plu- Iohan.lect.
res damnum faciunt ſimul ⁊ tamē vnus ſine alio
vel plures ſine iſto feciſſent ꝙ tenetur ſoluere pro
rata ꝑ portione ſua.hoc eſt ꝗtum cōtingit eum de
damno vniuerſo ſi non poteſt diſtingui damnum
quod ipſe intulit ab eo ꝙ aliꝗ intulerūt.Huic con
cordat ray.§.xxi.ſed quid ſi principalis.⁊ glo.ibi.⁊ Hoſtienſis.
Ulri.c ix.§.qñq; autem.Concordat etiam Inno.⁊
Hoſt.in glo.vbi.ꝺ.⁊ addunt ꝙ in hoc tantum eſti-
matio habenda eſt vt qui ſtrennuor eſt ⁊ qui timo
rem incuſſit hoſtib⁹ in plus teneatur.¶ Si autem
vadit cū raptorib⁹ vel furibus ⁊ nō cooperatur eis
ad aliqđ damnum faciendū non videtur teneri in
aliquo ſi nihil recepit de rebus illis ablatis.Ca-
ueat tamen ꝯſcientie ſue in hoc ſi paratus erat de-
fendere:ſi forſan illi ſpoliandi res ſuas a predoni-
bus defendere voluiſſent:⁊ propter ſuam pñtiam
⁊ ſociorum eius non audebant reſiſtere ſpolianti-
bus vel domos ſuas incendētibus.Et ſi ſic non po
teſt eſſe liber a reſtitutione.¶ In hoc etiam expreſ
ſe conſentit Inn.in glo.vbi.ꝺ.Et Hoſt.ibidem Et
addunt ꝙ ſi aliꝗ etiā non animo ledēdi vel defen-
dendi ledentes vadūt cum aliꝗs.Immo ⁊ ſi animo
pacificandi vadunt non excuſantur niſi ſignificēt
hoc aduerſarys quia alias aduerſariꝗ timore eoꝝ
non audēt res ſuas defendere vnde idē eſt ac ſi iu-
uarent.Et palpo.i.adulator laudans.ſ.raptorem:
quaſi ſtrennuum.⁊ hmōi hic ſi ex hoc ſequutū eſt
damnum tenetur inſolidum alias non hoc alleg.
Tho.⁊ Ulri.⁊ glo.¶ Idem per oppoſitum intelli- Innocētius.
gas de detractore vel vituperatore:vt patet circa
prin.hmōi.q.¶ Recurſus:vel receptans.i.qñ ali-
quis eſt receptor latronum vel furum vel predonū
Et tuetur eos ne cogantur reſtituere vel dolo ma-
lo celat rem raptam vel furatam ita ꝙ ex hoc im-
peditur reſtitutio.Talis tenetur inſolidum.hec
Tho.Ulri.⁊ glo.¶ Participans.ſ.in crimine la-
trociniꝗ vel furti.i.qui malefactoribus hmōi ſe ſo-
ciat ad ſpoliādū hic non tenetur niſi ꝗtum ad eū
peruenit vel ꝗtum nocet cauſaliter vel occaſiona
liter Suppoſitis tamen his que predicta ſunt de
conſenſu.⁊ in prin.q.hec Tho.⁊ Ulr.in glo.ibidē.
¶ Uel participans in re accepta.Illud ſolum te-
netur reſtituere.Et hoc ſi ſcienter emit vel recepit
Secus ſi ignorāter.Circa hoc ergo diſtingue.ſ.qđ
habet infra eo.titu.q.lxxiij.quid de emptoribus.

¶Si autem ſine tali aſſociatione non fuiſſet rapi
na facta vel furtum tenetur inſolidum.Sicut aūt
Mutus. dictum eſt.¶Mutus.i.qui videt furtū fieri ⁊ do
loſe tacet cum ſine periculo ſuo ſolo verbo poſſet
impedire ⁊ non facit non tenetur reſtituere niſi ex
officio ad hoc teneať vt reclamet hec Tho.in ſum
ma ⁊ in ſcrip.⁊ Ulri.⁊ glo.ibidem.¶Non obſtās
i.qui facto poſſet reſiſtere ſine ſuo periculo ⁊ non
facit hic ſimiliter non tenetur niſi ex officio ſuo te
neatur obſtare ⁊ nō faciat ⁊ ex diſſimulatione ſua
latrones inualeſcant.Sicut ſunt principes qui ex
officio tenentur iuſtitiam conſeruare.Quia reddi
tus quos habent ſunt ſtipēdia ad hoc inſtituta vt
iuſtitiam conſeruent in terra:vnde tenentur reſti
Thomas. tuere hec Tho.⁊ Ulri.⁊ glo.ibidem.¶Non ma
nifeſtās.i.qui ſcit vbi res rapta vel furata eſt ⁊ nō
indicat etiam cum de hoc requiritur.hic ſimiliter
nō tenetur reſtituere.niſi ex officio ad hoc teneať.
hec Tho.Ulri.⁊ glo.ibidem.¶No.tñ ꝙ peccat q̄
furtum iudicari debet.vnde Inn.non fur ſolū ſed
ille etiam reus tenetur qui furti conſcius querēte
poſſeſſore.i.dño non indicat.extra de fur.qui cum
fure.

¶Queſtio.lxv.

Raymund⁹ SEd quid ſi ꝑncipalis vel etiā aliq̄s alius eo
rum qui tenentur inſolidum ſatis fecerit de
toto damno dato.Nunquid alij liberanť.Rñ.ſm
Ray.§.xxi.ſz quis principalis.vtiq̄z quo ad ipſum
damnum vel intereſſe omnes liberantur intelligo
quo ad dāmnificatum:quia bonafides non patitur
vt bis idem exigatur.ff.de reg.iur.bonafides.Idē
Hoſt.ver.ſed quid ſi vnus.Idē Tho.⁊ vt dicit hic.
glo.intereſſe hoc comprehēdit ⁊ expēſas ⁊ incōmo
da que incurrit quis occaſione damni ſibi illati.
¶Addit Ray.ille tamen cui ſatis fit credo ꝙ pōt
⁊ debet ꝯtum ad iudicium anime cedere actioni.
illi qui totum ſoluit non vt ab vno inſolidum ex
cepto principali:ſed pro partibus petat a ſingulis
Sed non tenetur quo ad iudicium ꝯtentioſum:q̄
qua fronte poteſt petere ceſſionē qui ex ꝯtumacia
ſua punitur.ff.de admi.tu.ſi plures.ij.⁊.ff.de tut.
⁊ ratio.diſtrah.l.j.§.nunc tractemus.Hoſt.verſi.
quod dicit.ſic ponit dicas ꝙ ſiue ceſſio facta ſit ſi
ue non.alij qui nihil ſoluerint ad releuandū illum
inſolidum ſatiſfecit pro ſuis partibus ſunt effica
citer inducendi.Nam ſoluens vtiliter geſſit ne
gocium eorum ergo tenentur habere ratum.qđ
fecit ⁊ ei ſatiſfacere.arg.ff.de nego.geſt.cum pecu
niam.⁊.l.ſoluendo.⁊.l.pōponius.in fi.Concordat
Hoſtienſis. etiam his Hoſti.in glo.ſuper.c.ſicut dignū.extra
de homici.Tho.in ſum.arti.vij.dicit ꝙ principa
liter tenetur reſtituere qui eſt principalis in facto
principaliter quidem precipiens.Scđario autem
exequens ⁊ ꝯſequenter alij per ordinem.Et ſi prin
cipalis ſoluit omnes ſunt liberati.ſ.qui fuerint ab
eo ad damnum faciendum inducti.Si alius reſti
tuit illi qui ſunt principales in facto ⁊ ad quos res
peruenit tenentur illi reſtituere videtur ſatis con
Innocētius. cordare.Inno.vt ſtatim patebit.Dicit Inn.in glo.
ſuper.c.ſicut dignum.vbi.ſ.quod ſi ſpoliatus libe
raliter dimitteret raptori tunc credo cōſiliatorem
liberari:quia liberatus eſt ille qui principaliter
tenebať ⁊ qui res habuerat.Sed ſi ꝯſiliarius abſo
lutus eſſet per ſpoliatum non crederem liberatos
alios ad quos res peruenerūt niſi expreſſe intelle
xerint eos liberare.Neq̄z etiam illum qui rapinā
fecit etiā ſi de rapina nihil habuerit.quia natura
liter ⁊ etiam de iure diuino ꝯueniens eſt ꝙ ſubla
to principali tollatur acceſſoriū:ſed non eſt econ
uerſo.extra de conſti.tranſlato.immo plus dici
mus ꝙ etiam ſi liberaliter libereť principalis ra
ptor non propter hoc liberatur ꝯſiliarius quin de
beat reſtituere ſi quid ad eū ꝑuenit de rapina niſi
alius pro eo ſatiſfeciſſet.Nam etiā in hoc caſu in
conſilio anime dicendum eſt conſiliario ꝙ ſatiſfa
ciat illi principali qui pro eo ſatiſfecit non autem
offenſo.quia ei iam ſatiſfactum eſt.Secus aūt ſie
ret in iudicio contentioſo.¶Poſt ſupradicta cir
ca principium.q.Addit Ray.hoc tamē non eſt ob
mittendum qđ lȝ ꝯtum ad deum de magna equi
tate dicam eos taliter liberari dūmodo de pecca
to aliter recte ꝯteantur ⁊ peniteant poteſt tñ ab
eis exigi pena quadrupli:vt dictum eſt.ſ.eo.ti.q.
lij.Que ſit pena rap.rerum.Et pena vnius non li
berat aliū.xij.q.ij.cum deuotiſſimā.vnde cōſulerē
qđ ad cautelam quilibet etiam poſt ſatiſfactionē
damni.peteret humiliter remiſſionē de pena ma
xime.Cum illa detur pro iniuria:vt in illo.c.cum
deuotiſſimam.Idem dicit Hoſt.ver.vbi.ſ.Sed vt
dicit hic glo.bonum conſilium ſed non tenetur.
Quia hmōi pene non debentur niſi tunc demum
cum fuerint adiudicate.¶Item dicit Ulri.tit.vj. Ulricus.
§.ſic etiam.⁊ Tho.arti.iij.¶Addit Ulri.⁊ glo.ad
petendum autem remiſſionē de illata iniuria etiā
poſt reſtitutionē damni tenetur fur ⁊ raptor per ſe
vel per interpoſitā perſonam ſuppreſſo vel expreſ
ſo nomine ꝑſone ſm ꝙ qualitas negocij expoſcit.

¶Queſtio.lxvj.

QUid ſi plures fuerūt raptores quaſi pares
quorum nullus induxit alium ad eundum.
Nec erat aliquis domin⁹ alterius ſed quilibet per Raymund⁹
ſe iuit.Rñ.ſm Ray.ibidē ad hoc.credo dicēdum
ꝙ ſi vadunt in ſimul quaſi ſit vnus exercitus:qui
libet tenetur inſolidum.Et eſt ratio quia in tali ca
ſu quilibet iuuat alios ⁊ facit eos fortiores.Et oēs
ſunt coopatores.facit ad hoc extra de homi.ſicut
dignū.Alias ſi non iuerunt ſimul:ſed q̄libet per ſe
ſeparatim faciebat damnū q̄libet tenetur pro eo
quod fecit.Concordat his omnino Hoſt.ver.quid Hoſtienſis.
ſi venter.¶Hoſt.aūt ꝙ hic dicitur qđ tenetur qui
libet inſolidum.Intellige ſm glo.hic ⁊ Ulri.quan
do vnus ſine alio non auderet vel non poſſet dam
num facere:alias quilibet tenetur tantum pro par
te damni quod intulit.

¶Queſtio.lxvij.

QUid de his qui nec adiuuant nec in aliquo
conſentiunt.Sed datur eis aliquid de rapi
na vel furto:vel accipiunt:aut comedunt inde aut
bibunt vel induunt aut in alios vſus ponunt:num
quid omnes tales reſtituere tenentur.Reſpon.
ſm Ray.ibidem.qui dono accipiunt.Precipue tenē Raymund⁹
tur ad reſtitutionē.Hoſt.dicit hoc verum niſi con
ſumpſiſſent anteq̄ intelligerent rei veritatē.C.de
rei vendi.l.certum eſt.¶Qui vero comedunt vel bi
bunt:aut induunt vel in alios vſus neceſſarios ex
pendunt:vt vxor ⁊ ceteri familiares tenenť de oīb⁹
que ſic expenderūt niſi in caſu cum agunt cauſam
ſpoliatorum monendo ⁊ inducendo pro poſſe ipm
raptorem ad reſtitutionem faciendam.tunc enim
non tenentur.Nam qui alterius negociū gerit vti
liter etiā ignorātis ⁊ abſētis licite recipit expēſas.
Et hoc ſiue ſecuta fuerit vtilitas ſiue non.vnde ſa
tis videtur per hoc qđ fratres predicatores.qui va
dunt ad raptores vt eos inducant ad penitentiam
⁊ reſtitutionem faciēdam.Cum hoc faciant in ge
nerali predicatione aut perſuaſione ſpeciali.ſicut
hic dicunt.glo.⁊ Ulri.excuſenť.ſi comedant apud Glo.vlric⁹.
illos maxime ſi commode nō poſſunt apud alios
inuenire:vt expreſſe hic dicitur.extra de ſen.excō.
cum voluntate probantur hec etiā extra de accu.
ex parte.xj.q.iij.quoniam multos.ff.de nego.geſt.
l.ij.⁊.l.

l.ij.ꝛ.l.pōponius.ꝛ.l.ſed an.Et hoc intelligas cū moderamine videlꝫ ſi habeatur ſpes ꝓbabilis de correctione illius.Item ſi propter eorum expēſas ipſi raptori non ſubtrahaſ facultas reſtituēdi vel in toto vel in magna parte.arg.ij.q.vj.anteriorū.

Hoſtienſis.

§.illud.Idem Hoſt.ver.quid de his.ꝛ ſeq.¶ Glo. dicit hic quod non tenetur in caſu predicto de his qui comederunt eo.ſ.tempore quo circa taliū correctionem laborauerint. Non enim credo ꝙ vxor ꝛ familia poſſunt viuere per totū annū.de rebus raptis pro vna ammonitione vel duabus. Tn̄ ſm Vlri.ꝙdiu continue inſtat horis oportunis pro reſtitutione facienda tam diu lꝫ vti rapina.

¶ Queſtio.lxviij.

Quid ergo faciet vxor vel familia raptoris ſi non habetur ſpes de correctione eius vel videt virū vergere ad inopiā ꝛ quaſi non ſit ſoluēdo.

Raymund⁹

Rn̄.ſm Ray.ibidē ad hoc dicit.Qꝺ ſi ibi ſint aliq̄ de iuſto de illis ſeꝑatim pōt expēdere ſi vo nō ſint ibi alia niſi de rapina. nullo modo comedat ſed aliūde ſibi victū q̄rat vel ab amicis ei⁹ ꝛ ꝯſanguineis ſuis vl' laborādo manib⁹ ſuis:vl' alio quocūq; modo:honeſto tn̄:puta q̄rēdo elemoſinas hoſtiatim:vt dicit glo.ꝛ Hoſt.idem dico.Si aliqua ſunt ibi de iuſto:ſed ita mixta ſunt ꝙ nō poſſunt diſcerni:vel lꝫ poſſint diſcerni.marit⁹ tn̄ iniq̄tate plen⁹ non ꝑmittit eā comedere niſi de rebus raptis.Si aūt nihil inuenit:nec ab amicis nec aliūde ne fame moriaſ.reſtat ei triplex auxiliū.vnū ſi pōt habere de dote:vel de ſpōſalitio.¶ Nam vt dicit hic glo. recuparc pōt dotē etiā ꝯſtāte mr̄imonio qn̄ vir vergit ad inopiam:vt.C.de iur.dot.l.vbi.de hoc infra li.iiij.ti.vlti.q.ij.que ſint.ꝛ.q.x.qꝺ ſi.ſpōſalitiū aūt

Vxor raptoris.

vel idem dici pōt ꝙ dos vel ſpōſalitiū appellat donationē ꝓpter nuptias.de hoc ergo viuat:ſi pōt. ¶ Scḋm remediū eſt vt denūciet talibus qui poſſunt ꝓdeſſe ꝛ nō obeſſe.Et ſi neceſſe eſt ꝛ ꝓbari poteſt etiā epō vt ipſe cōpellat eum paſcere vxorē de iuſto.ij.q.j.ſi peccauerit.xxij.q.v.hoc videtur.extra de iureiu.quēdamodū.vel tradat ei ſpōſalitiū vel partē vel cōmittat alicui ꝑſone honeſte que de honeſto lucro ꝓuideat ei.extra de pigno.ex literis.et de dona.ꝓpter nuptias.ꝛ de dote poſt diuor.reſti.

Remedia.

ꝑ noſtras.¶ Terciū auxiliū eſt ſi eſſet in arto poſita ꝙ nec inueniret que comederet etiā elemoſinas nec poſſet vlterius ſine ꝑiculo ſuſtinere neceſſitatem famis.Tūc enim ſi aliud nō haberet poſſet et de rapina ꝛ de alijs vn̄cūq; poſſet viuere: qꝛ neceſſitas non hꝫ legē.de ꝯſe.di.j.ſicut.de ꝯſe.di.v.diſcipulos.quicq̄d tn̄ ſic expēderit.doleat in aīo ꝛ ꝓponat firmiter quācito poterit quicq̄d inde expēderit reſtituere.Et vtaſ parcius vt pōt ad ſubleuādā ſolā neceſſitatē:vt dicit Vlr.in omni tn̄ caſu teneſ vxor viro debitum reddere ꝛ econuerſo:niſi ſubſit aliud impedimētū.xxxiij.q.v.ſi dicat.ꝛ.c.ſcḋꝫ.ꝛ.c.

Vlricus.

vna.¶ Cōcordat p̄dictis a prin.q.Vlr.§.pter aūt.

Hoſtienſis.

ꝛ Hoſt.ver.quid ergo p̄dicta in ſumma recitat ſꝫ Ray.Addit aūt qꝺ duo pria remedia mortua ſunt vel inania ſunt quādo tātus tyrānus eſt maritus. ¶ No.etiā ꝙ dicit gl.hic ꝙ q̄uis vxor de re rapta in ſpecie:vt de oue rapta vel boue aut fetu ei⁹ etiā nato vel ꝯcepto apud raptorē niſi ſit caſus vltime neceſſitatis comedere nullo modo debeat tn̄ ſi ſit res ēpta de re rapta poterit inde comedere.etiā ſine caſu vltime neceſſitatis tn̄ cū ꝓpoſito reſtituēdi.vel faciat ſm ꝙ dictū eſt.ā.ſ.eadē.q.vbi ponitur triplex auxiliū.¶ Sed Vlri.dicit plane ꝙ cū res furtiua vel rapta vēdita eſt tunc cum in precio vitium furti vel rapine purgatū ſit per hoc ꝙ emēs volūtarie dando trāſtulit dñiū illud preciū licite pōt q̄libet ab eo accipere nec teneſ reſtituere niſi ipſe ſit nō ſoluēdo.¶ Item ꝙ ſupradictū eſt ꝙ nō lꝫ vxori vti reb⁹ ꝑmixtis cum rapina dicit Vlri.ꝙ non ſolū vxor licite pōt vti hmōi reb⁹ ꝑmixtis.ſed etiā idē credit de alijs q̄buſcunq; hoīb⁹ quib⁹ vbi aliquid de ſuo daret niſi per hoc fieret nō ſoluēdo. Et idē dicit hic glo.dūtamē in mente habeat viuere de licite acq̄ſitis.Et addit ſi aūt non eſt ſoluēdo qꝛ quicq̄d hꝫ non ſufficeret ad ſatiſfactionē.Idem dicendū eſt ꝙ in p̄cedēti caſu qn̄.ſ.nihil eſt ibi niſi de rapina vide aliqua de hac materia infra eo.lib. titu.vij.de vſur.q.lvj.Sed quid de eo qui filiā.circa ſi.

¶ Queſtio.lxix.

Quid de his qui emerūt de rapina vel furto.

Raymund⁹

Rn̄.ſm Ray.§.xxij.circa illos.Diſtingue:qꝛ aut ſciebāt rapinam eſſe aut ꝓbabiliter credebāt aut credebāt de iuſto eſſe vel de hoc nihil cogitabant.ſ.vtrum eſſet rapina vel non vtrū de iuſto vel nō.Et qꝺ dico de rapina idē intellige de furto.In primis duob⁹ caſib⁹ ſubdiſtingue.Quia aut emit

Ementes de rapina.

quis mala fide.i.cupiditate acq̄rēdi ſibi.i.vt haberet aut bona fide.i.volūtate reſtituēdi quaſi gerēs vtiliter negociū illi⁹ cui fuerat ablata res quā ipſe videbat perire vel in talē caſum deuenire qꝺ non poſſet poſtea recuperari:vel ſi poſſet non ſine magna difficultate.In prio caſu.ſ.qn̄ mala fide emit: teneſ indiſtincte ad reſtitutionē.Nec liberaſ vendēdo vel alias alienādo rem alteri vel etiā ſi res pereat morte vel alio caſu ſimili vel ſi ſibi violenter auferatur vel furtiue ſubtrahaſ vel alio ſimili modo.Et etiā ideo:qꝛ furtū cōmittit ꝯtractādo rē alienā inuito dño.ff.de fur.l.j.Et fur ſemꝑ eſt i mora reſtituēdi:vt.ff.de ꝯdi.fur.l.ſi pro fure.§.condictio.ꝛ.l.pe.vnde nec precium qꝺ dedit pōt repetere ab illo cuius res eſt nec expēſas ſuas ſi quas ibi fecit.Et omnē vtilitatē quā ex illa re habuit teneſ reſtituere.Et ſi reſtituat etiā rem deteriorē quā ad ipſum ꝑuenit non liberaſ.Et ſi aliquo tp̄e medio fuit res melior q̄ fuerat tp̄e emptionis ſiue cum poſtea vēdidit alteri ei⁹ qꝺ plurimi fuit erit ꝛ eſtimatio faciēda.ff.de fur.l.in re furtiua.ff.de cōdi. fur.l.q̄ iumēta.ff.cōmo.ſi vt certo.§.ſꝫ interdū.C. de rei vēdi.certū.Qꝺ dixi de primo emptore.intelligo de ſcḋo ꝛ milleſimo ſi per tot manus trāſiret res talis cum mala fide vt dictū eſt de primo emptore.ff de mino.ſed vbi.Idem dicūt Hoſt. ſub.§. quid de preda.ꝛ Vlri.c.vj.§.in aliquib⁹.ꝛ ſequētibus. Idem dicit Vlri.ꝙ non ſolū reſtituere teneſ vtilitatē quā habuit ſed etiā quā habere potuiſſet ꝛ incōmoda que ſuſtinuit a tp̄e.ſ.emptionis.Et breuiter teneſ ad oīa ad que raptor vel fur tenebaſ niſi fur vel raptor reſtituēdo liberet eum.¶ Idē dicit

Vlricus.

Vlri.ꝙ ſi res reſtituitur ſufficit qꝺ ſit adeo bona: ſicut fuit qn̄ ablata fuit.Si aūt rem non habet facienda eſt eſtimatio ſm tp̄s in quo plus valuit.vide infra eo.tit.q.lxx.quid ſi res.No.etiā qꝺ dicit

Gloſſa.

glo.infra eo.li.ti.vij.de vſur.§.xvij.Item queritur vtrū.ſuper ver.fure vel raptore.Qꝺ dr̄ ꝙ fur ꝛ raptor nō deducūt expēſas nec operas ſuas hoc quidem intellige ſi agaſ in foro iudicij in foro aūt penitētiali non credo hūc rigorē eſſe ſeruādū iniquū enim eſſet aliquē locupletari cum dāno alterius poſtq̄ ei plene ſatiſfactū eſſet de dāno illato.

¶ Queſtio.lxx.

Quid ſi pricipalis ſeu primus raptor vel emptor reſtituit plene rei eſtimationē cum toto intereſſe.nunq̄d ceteri qui emerunt vel dono acceperunt liberanſ.Rn̄.ſm Ray.ibidem. Satis

Raymund⁹

credo ꝙ ſic q̄tum ad reſtitutionē faciēdā dño rei. Tn̄ credo dicēdū.de puro ꝛ ſano ꝯſilio qꝺ quicq̄d

inde ex lucro habuerūt ſiue totum ſi fuit ſibi res
gratis data: ſiue qđ ſupeſt deducto precio dato ꝑ
ea re ſi fuit res empta dꝫ cum ɔſilio eccleſie eroga
ri in vſus pauperū. ⁊ agat penitentiā quilibet ta-
lis de furto. xiiij. q. v. qui hereticis. aliquid de ma-
Gloſſa. lo facite inde bonū. ⁊ §. ſeq. Glo. dicit hic qđ id qđ
predictū eſt de erogatione in vſus pauperū ɔſiliū
eſt nō neceſſitas. qꝛ ſi plene ſatiſfactum eſt dño de
re ſua licite pōt res illa remanere penes poſſidētē
Nec intelligitur iam ex prima cauſa ſed ex volun-
tate dñi poſſidere. ar. ff. de euic. ſi ſeruus. §. duplex
ff. de precar. certe. §. iulianus ait. ⁊ idem dicit etiā
Hoſt. ver. quid ſi raptor. Cōcordat etiam Ulri. Si
autem aliquid deeſt prime reſtitutioni. reſtituēdū
eſt dānum paſſo: vt dicit Hoſt. Addit etiam Hoſt.
ibidem. vel dicit qđ etiam vbi plenarie ſatiſfactū
eſt talis penitētia iniūgēda eſt. ſ. qđ eroget paupe-
ribus vt puniatur in eo in quo deliquit.

¶ Queſtio. lxxi.

Contra venditorem. Sed nunquid emptor rapine vel furti ſatiſfa
ciens ſpoliato poterit ſibi ɔſulere de precio
Raymund⁹ ſoluto aduerſus venditorē? R̄ñ. ſm̄ Ray. ibidem.
qđ non niſi qñ emit expſſe fecerit ſibi caueri de euic
tione. obſtat enim ei turpitudo ſua. C. de rei ven.
ſi mancipiū. x. q. ij. §. hoc ius. in fi. C. de euic. ſi fun-
dum. Idem Hoſt. ver. ſed nunquid emptor. ¶ Qđ
etiam a domino rei emptor maleſidei non poſſit
precium exigere vt predictū eſt expreſſe dicit C. de
fur. Inciuilē inquit rē deſideratis vt agnitas res
furtiuas niſi prius ſoluat quam preciū ſolutū fue
rit a dñis curate ergo cautius negociari. ne nō tm̄
in damna hmōi ſed etiā in ſuſpitionē criminis in-
cidatis. Et addit Ulr. §. dixi autem. vnde cum hoc
ſit contra ius diuinum ⁊ humanū qđ aliquis rem
alienam ipſo inuito deteneat. ſciēter vel qđ in cau-
tela alienatio rei ſine culpa ſua ſit damnoſa patet
ꝙ nulla ɔſuetudine vel ſtatuto poteſt hoc licitū fie
ri. ſ. ꝙ non reſtituat aut qđ precium exigatur. Idē
dicit Ray. infra ti. ſe. de fur. §. vij. itē quid ſi aliqs.

¶ Queſtio. lxxij.

Raymund⁹ Quid de emptore boneſidei. R̄ñ. ſm̄ Ray. ibi
dem ſi aliquis a raptore vel ab alio rem de
rapina vel furto emit bona intentione. non vt ſibi
lucretur ſꝫ vt ſpoliato reſtitueret vt expoſitū eſt. ſ.
Boneſidei emptor. q. lxix. quid de his qui emerūt poteſt a ſpoliato pe
tere illud ꝙ dedit pro ipſa re bona fide. Et etiam
quicquid expēdit poſtea ad ɔſeruationē illius rei
niſi forte cum re illa lucratus eſſet aliqđ. vnde poſ
ſet facere dictas expenſas. Et breuiter quicqđ ſibi
adeſt ex illa re vt penſio merces. fructus vel ſimile
illa tenetur reſtituere. Et qcqđ ſibi adeſt vt preciū
⁊ moderate expēſe: pōt repetere vel cū eo ꝙ ex ipſa
re ſibi aduenit vſqꝫ ad concurrētē cōpēſare quātita
tem Ratio predictor eſt quia vtiliter geſſit nego-
cium illius abſentis ſpoliati: vt in ſimili. ſ. dictū
eſt. q. lxvij. quid de his qui nec. Cōcordāt his Ulri.
§. dixi aūt. ⁊ Hoſti. ver. quid ſi quis. ⁊ dicūt etiā qđ
oia pdicta poteſt petere etiā ſi res ſine culpa ſua
Hoſtienſis. pereat: vel amittatur. ¶ No. etiā ſm̄ Hoſt. ibidē.
Fructus. quod lꝫ in iudicio anime credatur tali emptori de
ɔſcientia ſua in iudicio tm̄ ɔtentioſo non crederet
ei niſi publice hoc ꝓteſtaretur. ar. ff. de neg. geſt. l.
nenſenius. ⁊ C. de fur. lib. ij. extra vt benefi. eccle.
Ulricus. c. vnico. ¶ Si autem iſte boneſidei emptor poſtꝙ
emerat ad reſtituēdū: vt dictū eſt. fecit inquirit dili
genter ⁊ nō potuit inuenire cui⁹ eſſet res illa dicit
Ray. ibidē. hic ɔſulo qđ quicqđ res illa valet vltra
id qđ iſti emptori debetur cum autoritate eccleſie
erogetur in pias cauſas pro anima illius cui⁹ res
fuit. Et ɔſulo qđ hoc publice fiat vt euitetur oīns
ſuſpitio. ⁊ ſic credo qđ erit liberatus quia etiā in
hoc geſſit vtiliter negociū illi⁹ ⁊ eſt ar. ad hoc. xij.
q. ij. quatuor. circa fi. Idem Hoſt. ⁊ Ulri. ¶ Et qđ
dicit hic Ray. Conſulo ꝙ erogetur ⁊c. dicit gl. hic
credo ꝙ non ſolum ſit cōſiliū: ſed neceſſitas. Et in
hoc ɔcordat Hoſt. qui dicit ꝙ fieri debent hic. Tñ
ſi pauper eſſet ſibi relinqui poſſet a ꝓlato ſicut alij
pauperi: vt dicunt Ulri. ⁊ Hoſt. de hoc infra.

¶ Queſtio. lxxiij.

Quid de emptorib⁹ prede vel rei furtiue qui
ſciebant vel credebant de iuſto eſſe qđ eme-
bant. ¶ Quid etiā de his qui ementes hmōi ha-
bebant animū indifferētē vel nihil ſuper hoc cogi Raymund⁹
tauerunt. R̄ñ. ſm̄ Ray. ibidē. Excuſant iſti: ſed di
uerſimode. Nam qui ſciebāt vel ꝓbabiliter crede
bant eſſe de iuſto: ſimpliciter non tenent in aliquo
durāte. ſ. bona fide ꝙtū ad illos q̇ credebant. Qui
ꝟo temere credebāt vel ignorabāt ignorātia craſſa
⁊ ſupina. vel ꝓpt fatuā ſimplicitatē nihil ſup hoc
cogitabāt tenētur ad reſtitutionē dicit hic glo. qđ
ignorātia craſſa ⁊ ſupina dr̄ per methaphorā hoīs
craſſi vel ſupini qui non videt etiam ea que ad pe-
des eius ſunt vel prope. ¶ Sequit in Ray. ad hoc
autē vt ſcias plenius hanc diuerſitatē diſcernere.
Diſtingue cum Augu. in radice. ſ. in ipſo raptore.
Diſtingue a quo iſti emerūt quia aut ille erat dñs
aut ſubditus. In primo caſu tene qđ dixi. ſ. eo. ti. q.
xliij. Sequitur videre de bellis. In ſecundo ꝟo ca
ſu diſtingue qꝛ cum ſubdit⁹ mouet bellū pro dño
ſibi mandante aut ſcit bellū iuſtū: aut ſcit iniuſtū:
aut dubitat. In primo caſu non tenetur ad reſtitu-
tionem illorum que accepit ab hoſtibus niſi iuxta
dñi edictū. nec peccat niſi habeat corruptā intētio
nem: vt habitū eſt. ſ. q. pxi. ꝓdicta. ſequitur videre. Bellum iniuſtum.
In ſcđo caſu tenetur ad reſtitutionē qꝛ plus debuit
timere deum ꝙ hominē. In tertio ꝟo caſu. ſ. cū du
bitat non tenetur excuſat enim ꝓpter bonum obe
dientie lꝫ forte peccet dñs contra deum male preci
piendo. xxiij. q. j. quid culpatur. vbi dicit Aug. ⁊ eſt
ſumptum de li. contra manicheū. vir iuſtus ſi forte
ſub rege ſacrilego militet. recte pōt illo iubēte mi
litare vel bellare ſm̄ qđ iubetur vel non eſſe cōtra
preceptū dei certum eſt: vel vtrum ſit certū non eſt
ita vt fortaſſe reum faciat regem iniqtas imperā-
di. Innocētē autem militē oſtendat ordo ſeruiēdi.
Idē Ulri. §. de ſubditis. ¶ Hoc intellige ſm̄ glo. Gloſſa.
hic qñ dubitat an aſſint ɔditiones que reqruntur
ad bellū iuſtū vel non. De his cōditionib⁹ habitū
eſt. ſ. q. xlv. qđ exigunt. ¶ Sequit in Ray. Sic er-
go procede circa emptorē: quia ſi ſcit venditorē iu-
ſte ⁊ ex iuſto bello habuiſſe licite pōt emere: nec te
netur ad reſtitutionē. Qui ꝟo neſciebat eſſe de bel
lo iuſto ſed credebat ꝓbabiliter. nam oēs vicini
ſui vel maior pars vel ad minus ſapiētes ita crede
bant prout ipſi emptori videbat ipſe non tenet re-
ſtituere durante hac bonafide. Sed ſi poſtea ſciat
rem eſſe de rapina dꝫ reſtituere. ⁊ ſi iudicialiter. i.
per ſñiam iudicis reſtituat poterit a vēditore etiā
inuito preciū repetere. xij. q. ij. vulterane. Si ꝟo re-
ſtituat ſimpliciter. i. ſine iudicio in foro penitētia-
li: tūc nihilominus in foro penitētiali tenebat ſibi
vēditor ad intereſſe. Sed in iudicio ɔtentioſo non Maior pars.
poteſt cogi ad hoc. ff. de euic. ſi rem. extra de emp.
⁊ vendi. c. ſi vēditori. Illi qui emerunt de rapina in
iudicio aīe dicūt ſe illud feciſſe ignoranter ignorā-
tia iuris que in tali caſu non excuſat. vel etiā igno
rantia facti. craſſa ⁊ ſupina. videlicet qꝛ omnes vi-
cinos vel pro maiori parte vel etiam paucioreſ: ſꝫ
ſapiētiores audiuerāt dicētes illud bellum eſt in-
iuſtum. ⁊ contra deum vel forte quia eccleſia ꝓhi-
bebat vel

bebat vel excōicabat publice autores ⁊ participes
illius belli tenentur ad reſtitutionē.xij.q.ij.qui et
humanis.extra de ord.ab epi.qui renū.epi.requiſi
uit.in ſi.xvj.q.j.ſi cupis.ver.non multum diſtat in
vitio decipere vel decipi poſſe xpianū.Hoſti.ver.
quod autem dictum eſt.⁊ ſeq.⁊ver.ſi aſcit.omnino
Miles. cōcordat cum predictis a prin.q.¶Quod autem
ſupradictum eſt qđ excuſatur miles.Si probabili
ter dubitat an bellum ſit iniuſtum vel non addit
Hoſtienſis. Hoſt.ver.quod ſi ꝓbabiliter.dicens hoc dicas ve
rum ſi inquiſiuit ꝗtuꝫ potuit ⁊ peritiores ꝯſuluit
⁊ ſuper dubius remanſit alioquin affectator igno
rantie ſicut non expers ſcientie punitur.extra de
clan.deſpō.cum inhibitio.§.ſi quis vō.Nec excu-
ſatur propter timorem amittēdi feudum vel incur
rendi dampnum aliud temporale.xxij.q.v.Ita ne.
Licet metus culpam attenuet quo ad penitētiam
iniūgendam circa ieiuna ⁊ orationes.extra quod
me.cau.ſacris.Cum ergo ad bellum requirat au-
toritas iuris ⁊ iudicis.dici poteſt.qđ ⁊ ſi iudex er-
rauerit:ad pugnantis tamen ꝯſciētiam recurrat.
Et in hoc caſu.ſ.de milite qui ſcit bellū iuſtū vel
iniuſtum aut dubitat.Secus autem in foro contē-
tioſo niſi error iudicis aperte detegeret.hec hoſt.
Raymundꝰ ¶Item no.ſm Ray.li.ij.ti.vj.de fur.§.vij.Itē qđ
ſi aliquis emit.Nō emptor bonefidei qui poſtea
comperit rem eſſe vitioſam.ſ.furtiuā vel rapinam
poteſt retinere expenſas quas exiſtēs bonefidei fe
cit circa rem conſeruandā vel meliorādam ⁊ non
tenetur de fructibus perceptis durante bonafide.
extra de reſti.in inte.requiſiuit.extra de re.ecc.ali.
vel non.ad noſtram.ff.de acqui.rer.do.bonefidei
emptor.Idem Hoſt.li.v.rub.xviij.de fur.in rubri-
cella.de condi.furti.§.iij.⁊ inꝗtum.Idem etiam
Gloſſa. Ulri.c.vij.¶Quod aūt predictum eſt qđ non te-
netur de fructibus ꝑceptis.Glo.hic addit ⁊ ꝯſum
ptis.Si enim extarent adhuc teneretur ad reſtitu
tionem eorum ex quo inciperet habere malam fi-
dem.Idem Ulri.Sequitur in Ray.Item ſi duran
te bona fide ipſius periit res nō tenetur.Idem cre
do ſi alienauit durante.ſ.bona fide in vtroqꝫ caſu
ꝓpter bonā fidem.In ꝑlo etiā qꝛ nō erat in mora.
In ſcđo autē quia non deſijt dolo poſſidere ⁊ quia
precium ex re furtiua redactum non eſt furtiuum.
ff.de fur.qui vas.§.vlti.extra de alie.iudi.mu.cau.
c.j.arg.ibi a ꝯtrario ſenſu.Idem Hoſt.ver.quid ſi
quis.in ſumma ergo nota qđ malefidei poſſeſſor
re perdita vel in alium tranſlata:tenetur ad veruꝫ
precium cum circunſtantijs ſupradictis.q.lxix.qđ
de his qui emerunt.⁊ infra.q.lxx.quid ſi res.ſed
bonefidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem ſi habet
Sin autem tenetur tantum de lucro inꝗtum locu
pletior factus eſt.Et non plus quia non tenetur de
conſumptis:vt dicit glo.ff.de peti.here.Si poſſeſ-
ſor.§.reſtituere.⁊.l.ſi rem.⁊.l.vtrū.vide de hac ma
teria infra eo.ti.q.cxxxiiij.quod conſilium.

¶Queſtio.lxxiiij.

Raymundꝰ Cui ⁊ qualiter reſtituēda eſt res rapta vel fur
tiua.Rn̄.ſm Ray.li.ij.titu.vj.de fur.§.xiij.
qualiter autē.reſtituenda eſt ei cui res ſubtracta
eſt dummodo ſua interſit ex cauſa honeſta.rem nō
eſſe ſubreptam vt puta quia habebat in re ius pi-
gnoris vel vſum vel ſimile.ff.de furt.§.is cuius.ſi
enim ⁊ ipſe fur eſſet vel raptor non ſibi ſed dño eſ
ſet reſtituēda vel illi cui prius fur vel raptor ſubri-
puerat ſi ſua interat:vt dictū eſt ex cauſa honeſta
rem non ſubripi.¶Caute tñ hoc fiat:ita qđ non
perdatur perſona ⁊ fiat reſtitutio per mediū peni
tentialem vel aliam religioſam perſonam.Sup-
preſſo nomine furis vel raptoris ſi occultū eſt.idē

Ulr.c.vj.§.reſtitutio.vbi addit Ulr.ꝙ in hoc caſu Ulricus
cū.ſ.res alicuiꝰ cuius non intereſt ſubtracta ad ali
quem peruenit illam vō domino reſtituit tunc dꝫ
ei cui res ſubtracta eſt inſinuare per ſe vel per me-
diam perſonam ſine determinatione ſue perſone.
qđ ab illo debito liberatus ſit.aliter enim ei eſſet
cauſa damni ſi ꝯtingeret eum poſtea hoc reſtitue
cum alijs iniuſte poſſeſſis.¶Tamē ſi reſtituat cui
ſubtraxit lꝫ minus benefaciat cū ſcit ad quem res
de iure pertinet immo peccat grauiter eo qđ non
reddit ꝙ ſuum eſt ei qui ius habet in re tamen li-
beratur:ita qđ non tenetur ei reſtituere.cuius in-
tereſt eo ꝙ non tenetur ei reſtituere niſi:rōnē rei et
non ratione alicuius iniurie quam ſibi intulerit.⁊
ideo deobligatur quando rem transfert in ſtatum
priſtinum in quo eam reperit.Idem etiam dico de
eo qui ſubtraxit laico decimas quas iniuſte perce
pit vſurpando ius eccleſie qđ melius facit ſi reſti-
tuit eccleſie ⁊ hec ſm glo.§.ix.item quid ſi aliquis
ſuper ver.idem ſi non timeatur ſcandalū per peri
culum ſoluentis.Concordat etiam glo.ibidem cū
omnibus ꝑdictis.¶Addit ibidem Ulri.Idē etiā
credo in vſura quia licꝫ ibi transferatur dñium tñ
quia competit repetitio ⁊ ad hoc poteſt compelli. Ulricus.
Ideo plenius ius in hoc hꝫ verus dominus.ſ.qui
ſoluit vſuras ꝙ vſurarius.Glo.tamen ibidem di
cit quod quia in vſura transfertur dñium ſi ipſa
res vſuraria adhuc apud furem vel raptorē in ſpe Gloſſa.
cie remanet ipſam reddere debet iudeo vel vſura-
rio.Si autem conſumpta eſt fieri poteſt qđ dictuꝫ
eſt.Sed dictum Ulr.magis etiam in hoc placet ſi
cut in furto ⁊ rapina.De quibus etiam glo.conce
dit.Simile etiam quoddā ponit Ray.infra eo.li.
ti.vij.de vſur.§.xvj.Sed pone.qđ xpianus:vt pate
bit eo.tit.ſ.de vſur.q.lxix.ſed pone qđ xpianus:vi
de infra proxi.de modo etiā reſtituēdi.vide infra.

¶Queſtio.lxxv.

Quid ſi res rapta vel furtiua pereat caſu for
tuito.nunquid raptor vel fur poſtea tenebi
tur ad reſtitutionē.Rn̄d.ſm Raymun.§.vj.item
quid ſi res vtiqꝫ fuit in mora reſtituendi.Item nō
liberatur reddēdo rem deteriorē.Item tenetur re- Raymundꝰ
ſtituere rem cum omnibus fructibus.Et ſi melio-
rauit eam paſcendo fortem equum vel porcum fur
tiuum vel raptum vel ſimile non poteſt petere vel
retinere expenſas.Item cum reddit eſtimatio rei
quia forte res perijt:fiet eſtimatio ſm illud tēpus
in quo plurimi valoris fuit res.Probātur hec ex-
tra de reſti.ſpo.grauis.vbi dicitur ꝙ debeat reddi
res.cum fructibꝰ perceptis ⁊ quos percepiſſet ſpo
liatus ſi ipſe poſſediſſet.Sunt etiam hec expreſſa.
ff.de ꝯdi.furt.l.in re furtiua.Gñaliꝰ loquit alia
lex ꝙ tenetur talis ad omnia danma ⁊ lucra perce
pta ⁊ percipiēda.ff.de rei ven.ſi nauis.§.generali-
ter.idem vō.§.ſic etiam.¶Quod dictum eſt hic
qđ non poteſt petere vel retinere expēſas.etiam ſi
rem vitioſam meliorauit.dicit glo.hic qđ hoc ve-
rum eſt.Si agatur in forma iudicij.Si aūt in foro
penitētiali agatur iſte rigor non eſt obſeruandus.
Sed ex quo plene ſatiſfactū eſt damnum paſſo ini
quum eſſet illum locupletari cum detrimēto alie-
no.Idem Ulr.Et addit ꝙ ſi res eadem reſtituitur
ſufficit qđ ſit adeo bona ſicut fuit qñ ſubtrahebat
fere in omnibꝰ eſt idem de fure ſeu raptore quo ad
reſtitutionē ⁊ de emptore:vt habitum eſt.ſ.eo.tit.
q.lxix.quid de his qui emerūt.Sequitur in Ray.
Eſt tamen caſus in quo non tenetur fur de caſu for
tuito cum obtulit rem domino loco ⁊ tpe cōgruo.
⁊ dñs noluit accipere iam enim purgauit moram
vt in illa lege in re furtiua.Idem Ulri.§.tenetur.

¶ Queſtio.lxxvj.

Quid ſi aliquis furatur vel rapit rem ab vſurario vel auaro vt inde faciat elemoſynam.

Raymund⁹ Rñ. ſm Ray. §.ix. item quid ſi aliquid. dico furtū ſiue rapinam committi. Non enim facienda ſunt mala vt veniant bona quecūꝙ. xxx. q.j. noſce. Item de talib⁹ dicit Aug. xiiij. q.v. forte hmōi cogitatio dyaboli calliditate ſuggeritur. Nam ſi totum tribuat qđ abſtulerat. addit poti⁹ peccatū ꝙ minuat quia aufert ſibi copiam reſtituendi. Idem Augu. ibidem. q.v. Nec enim ſi agris inique aut perperam inuaſis ita quis vtatur: vt ex eorum fructib⁹ largas elemoſynas faciat. Ideo rapinā iuſtificat. Patet ergo ꝙ tenet̄ reſtituere. Idem Ulri. §. ſi vo. Idem Hoſt. ver. ſed nunquid.

¶ Queſtio.lxxvij.

Quero etiam qualiter vel ꝗtuȝ reſtituet qui impediuit aliquē a ꝓſecutione alicuius beneficij.

Thomas. Rñ. ſm Tho. in ſum. q.lxij. arti.ij. ar.iiij. dicendum ꝙ cum aliquis impedit aliquē a conſecutione alicuius beneficij: aut hoc fit iuſte puta ſiue tendens in honorē dei, vel vtilitatē eccleſie procuret quod detur alicui perſone digniori ⁊ tūc nullo modo tenetur ad reſtitutionē vel ad aliquā recompenſationē vel hoc fit iniuſte puta ſi intendat eius nocumentū quod impedit propter odium vel vindictam aut aliud hmōi: et tunc ſi impedit ne prebenda detur digno conſulens ꝙ non detur anteꝗ ſit firmatū qđ ei detur: tenetur quidem ad aliquā recompenſationē penſatis conditionib⁹ perſonarum ⁊ negocij: ſm arbitrium ſapientis. Non tñ tenetur ad equales. quia ille nōdum fuerat adeptus ⁊ poterat multipliciter impediri. Si vo iam firmatum ſit ꝙ alicui detur prebenda: ⁊ aliquis propter cauſam indebitā procuret ꝙ reuocetur. Idē eſt ac ſi iam habitam ei auferret. ⁊ ideo tenetur ad reſtitutionē equalis: tñ ſm ſuam facultatē. ¶ Et

Ulricus. dicit Ulri. li.vj. tracta.iij. c.v. §. ſimiliter. ille quod tenetur eum ꝓmouere ad idem vel equalēs beneficium ſi poteſt: vel ſaltem ad beneficiū quale pōt ei ꝓcurare. hoc enim ſufficit ratione dubij. cum impediuit eum ante beneficij ꝓſequutionē. ¶ Dicit etiam Ulri. ibidem ꝙ idem iudicium eſt in eo qui impedit aliquem a conſequutione cuiuſcunꝙ muneris: ꝙ honeſte reciperet ab alio. ¶ Concordant cum predictis a prin. q. Tho. ⁊ Pe. In ſcrip. ſuis ſuper. iiij. ſenten. diſt.xv.

¶ Queſtio.lxxviij.

Raymund⁹ Quid de eo qui aliquem ex odio eligit ad aliquam dignitatem. Rñ. ſm glo. di.lxxiiij. ſuper. c. honoratus tenetur ei ad om̄e dānum qđ inde ei accidit. C. ſi propter inimicitias, creatio facta ſit l. vna. lib.x. Idem innuitur ibi in textu decreti.

¶ Queſtio.lxxix.

Quid ſi aliquis fraudauit aliquē re ſua cum plus ſm cōmune forum valet ſiue ſit frumentū: ſiue vinū: ſiue aliud ⁊ vult ei reſtituere eandem numero vel ſpecie cum minus valet ſm commune forū.

Albertus. Rñ. ſm Alb. in ſcrip. ſuper. iiij. ſentent. di.xvj. patet ex his que dicentur infra eo. ti. ti. vlti. de nego. ſecu. q.j. que negocia ſint licita vel non: qđ non ſatiſfecit niſi lucrum temporis in quo plus valuit apponat quia non damnificauit eum in tantū: ſed in maiori precio: qđ tunc pro illa re haberi poterat ſm communem forum.

¶ Queſtio.lxxx.

Qualiter ſatiſfiet pro his que reſtitui nō poſſunt vt mutilatio membri ⁊ hmōi. Rñ. ſm

Ulricus. Ulri. ibidem. §. pe. in his que reſtitui non poſſunt ſicut ſunt mutilatio membri ſtuprum et ſimilia in quibus dānum nec in ſe nec in equiualenti reſtitui poteſt. ſatiſfiet per recōpenſationem faciendam ad arbitriū boni viri. Et idem dicit Tho. in ſum. ibidē arti.ij. ar.j. Idem etiam in ſcrip. vbi ſ. Tho. ⁊ Pe.

¶ Queſtio.lxxxj.

Qualiter reſtituet qui ſemina agri alienius effodit vel qui alteri infert damnū per hoc ꝙ non ſoluit debitum ſuo tempore. Rñ. ſm Ulri. Ulricus.
ibidem. §. vlti. predicti non tenentur ad reſtituendum damnū totum quia dubium eſt in his qualiter fructus agri profeciſſent. Et an fenerator dānū vel lucrum fructus agri in mercatione habuiſſet. Sed reſtituet tantum: ꝗti fructus agri in illo dubio vendi potuiſſent: vel pro ꝗto mercator in illo dubio lucrū ſuum vendidiſſet. Satis concordat cū

Thomas. his Tho. ibidē arti.iiij. ¶ Et dicit ibi Tho. generaliter quod quicunꝙ aufert alicui: illud qđ actu habebat tale damnū ſemper reſtituendū eſt ſm cōpenſationem rei equalis vt ſi deſtruxit domū alicuius reſtituat ꝗtum valuit domus. qui aūt damnificauit aliquē impediēdo ne adipiſcatur qđ erat in via habendi tale damnum non oportet recompenſare ex equo quia minus eſt aliquid in virtute: ꝗ habere in actu. qui aūt eſt in via habēdi aliqđ habet illud ſolum ſm virtutem vel potentiam. Et ideo ſi redderet̄ ei vt haberet hoc in actu reſtitueretur ei hoc quod eſt ablatū non ſimplum ſed multiplicatum: ⁊ hoc non eſt de neceſſitate reſtitutionis. Tenetur tamen aliquam recōpenſationē facere. ſm ꝯditionem perſonarum ⁊ negocioꝝ. Sic ille qui ſparſit ſemen. nondum in actu hȝ meſſem. Et qui habet pecūiā nondū in actu hȝ lucrum: ſȝ ſolū in virtute ⁊ vtrūꝙ poteſt multiplr̄ impediri.

¶ Queſtio.lxxxij.

Utrum ille qui tenetur aliquid reſtituere teneatur hoc ſtatim facere. vel poſſit differre.

Thomas. Rñ. ſm Tho. ibidem. arti.viij. dicendū ꝙ tenetur ſtatim reſtituere. Sicut enim accipere rem alienā eſt peccatum cōtra iuſtitiam ita etiam detinere eā quia per hoc qđ aliquis detinet rem alienā inuito dño impedit eum ab vſu rei ſue. ⁊ ſic ei facit iniuriam. Manifeſtum eſt autem qđ nec per modicū tp̄s licet in peccato morari: ſed ꝗlibet tenetur peccatum ſtatim deſerere ſm illud Eccl̄ia.xxj. quaſi a facie colubri fuge peccatum. Et ideo quilibet tenetur ſtatim reſtituere vel petere dilationē ab eo qui poteſt vſum rei ꝯcedere. Concordat ꝑdictis Ray. eo. ti. §. xliiij. forma reſtituendi. vide infra eo. titu. q.lxxxvj. Quid fiet cum debitor.

Eccleſiaſtici.xxj.

¶ Queſtio.lxxxiij.

Quid ſi ſciatur perſona cui eſt reſtitutio facienda ſed tamē eſt abſens in remotis partibus vel neſcitur in quo loco ſit.

Raymund⁹ Rñ. ſm Ray. lib. ij. tit. vij. de vſur. §. xvj. ſed pone ꝙ xp̄ianus. ad hoc dico ꝙ cum neſcitur vbi ſit. Nec etiā ſperatur qđ de facili poſſit ſciri: vt addit hic Glo. tunc detur pauperibus cum autoritate eccleſie. Cum aūt ſcit̄ mittatur ei: ſi aliquomodo fieri poteſt fideliter ⁊ ſecure. Sed ſi non poteſt. detur pauperib⁹ vt ſupra dictum eſt cum autoritate eccleſie. ar. ij. q. vj. anteriorum. Et melius. ar. extra de vſur. cum tu. Idem Tho. in ſum. q. lxxviij. arti.iiij. ar.ij. Et Hoſt. lib. v. rub. xix. de vſur. §. ix. que pena. ver. eſt aūt. ⁊ ſeq.

Gloſſa. ¶ Qđ autem hic dicitur mittatur ei. Gl. dicit hic ſemper faciēdū eſt cum commode fieri poteſt. penſande ſunt tamen circumſtātie. ſ. quātitas rei debite: ⁊ remotio loci: ⁊ expenſe que fierent pro mittendo ⁊ paupertas vel diuitie illius cui faciēda eſt reſtitutio: quia tam modica poſſet eſſe rei reſtituēde ſumma ⁊ tante expēſe que fierēt in mittēdo. ⁊ tam

diues ille

diues ille cui faciēda eſt reſtitutio ꝙ nullo modo
deberet velle ꝓ re tam modica primū tm̄ grauare
⁊ tunc non oportet ꝙ mittatur. Et in talib⁹ ad ar-
bitriū boni viri recurrēdū eſt. Satis ꝯcordāt cum
his Tho. ⁊ Ulri. c. vj. §. ſi ꝟo deeſt. ¶ Addit etiam
Tho. ꝙ ſi res eſſet magni valoris ⁊ nō poſſet com
mode illi tranſmitti. deberet deponi in aliquo lo-
co tuto ⁊ ꝺſio ſignificari. vide infra tit. vij. de vſur.
q. lxviij. deinde quero cui.

¶ Queſtio. lxxxiiij.

Generaliter quero. quis modus vel forma ſer-
Raymund⁹ uabitur circa reſtitutionē faciēdā in iudicio
anime. Rñ. ſm Ray. §. xliiij. forma reſtituēdi. Cir-
Forma reſti- ca reſtōnem faciēdā. tenēda eſt hec forma. Semꝑ
tutionum. faciēda eſt regulariter ſpoliatis vel eoꝝ heredib⁹
ſi ꝑſit inueniri prout dictū eſt. q. preced. iij. q. ſ. rein
tegrāda ſunt oīa ſpoliatis ⁊ fere per totā. q. ⁊ extra
de reſti. ſpo. fere per totū. fallit tñ hoc cum is qui
dedit pecuniā cōmiſit turpitudinē in dādo tūc eñ
non fiet reſtitutio vt dictū eſt. ſ. eo. ti. q. xviij. quan
do illi. Et ſeq. Itē dicet̄ de hoc infra eo. ti. q. cxxxix.
Thomas. quid ſi accepit. ⁊ in plurib⁹ alijs locis. Idez Tho.
Hoſtienſis. in ſum. q. lxij. arti. v. Idem etiam Hoſt. in rubri. de
pe. ⁊ re. ſub. §. ſed que forma. ⁊ addit. Intelligas ſa-
tiſfactū ex quo ex corde remiſerūt q̄litercūqȝ ſatiſ-
factū fuerit: et etiā ſi donauit is cui erat reſtitutio
facienda: lȝ aliqui dicāt ꝯtrariū cum tñ ſit ꝑſona:
que donare poſſit. Que donatio ex quo perfecta eſt
Gloſſa. poſtea ex penitētia non reuocatur. Nō autē hic de
de reſtitutione faciēda heredibus. dicit glo. hic ꝙ
hoc intelligendum eſt qñ ſpoliat⁹ fecit teſtamētū
⁊ certā ſn̄iam retinuit: quia voluit eſſe ꝯtentus. Si
aūt mādauit ī teſtō diſtribui ꝑ executores q̄cq̄d ad
ipm ſpectabat de mobilib⁹ debitis. tūc faciēda eſt
reſtitutio exequutorib⁹ ei⁹ ꝓ rata ⁊ liberis ei⁹ ꝓ ra
ta: ⁊ vxori ei⁹ ꝓ rata ſi vxorē habebat. ⁊ ſi vxor vel li
beri debebāt habere in reb⁹ illis aliquā portionē:
aut de iure: aut diſpoſitione teſtatoris. Si aūt con
tempſit facere teſtamētū faciēda eſt reſtitutio in-
ſolidum heredi vel illi qui alias dȝ ei ſuccedere ab
inteſtato ſiue de iure ſiue de ꝯſuetudine. Si autem
non potuit facere teſtamētū ꝓpter ꝑoccupationē
mortis. tunc ad ꝯſiliū eccleſie fiat reſtitutio paupe
ribus pro anima eius ſi eſt conſuetudo loci. quod
pro taliter decedente faciat eccleſia teſtm̄: alioq̄n
totum reſtituat̄ heredi. Et hec forma ſeruāda eſt
quotieſcūqȝ faciēda eſt reſtitutio defuncto. ¶ Se-
Raymund⁹ quitur in Ray. Si autem non inueniunt̄ ſpoliati
vel etiam ignorant̄. tunc cum ꝯſilio ⁊ autoritate ec
cleſie ſiue penitētialis diſtribuat̄ in pias cauſas.
⁊ maxime in elemoſynā pauperū vel redēptionez
captiuoꝝ. Et hoc in illa villa: vł ſi villa neſcit̄ ſaltē
in illa dioceſi vbi rapina facta eſt. cum ꝯſilio epī il
lius dyoc̄. vel capellani ville ſi diſcretus eſt. ar. di.
lxxxvij. diuine. di. lxxxviij. c. epſ. ⁊ c. gubernationē
xij. q. ij. conceſſo. c. quatuor. vj. q. iij. placuit. ⁊ op.
ar. extra de rap. c. j. ¶ Scd̄m glo. hic hmōi incerta
ſeu vaga reſtitutio fieri dȝ de conſilio epī qui eſt
procurator pauperū. ⁊ hoc ſi retinuit ſibi hmōi re
ſtitutionē vt fiat de ꝯſilio eius ⁊ ſi cōmode haberi
poſſit vel de ꝯſilio eius: cui hoc cōmiſit. Nec oȝ ꝙ
talis reſtitutio fiat in eadem villa niſi commode
fieri poſſit alias ſi multū remota ſit vel ex alia iu-
ſta cauſa. Credo ꝙ ſufficiat alibi hoc fieri.

¶ Queſtio. lxxxv.

Quero etiam qñ diſtributio vage ſiue incer-
te reſtitutionis reſeruāda ſit epō. Et qñ per
Gloſſa. cōfeſſorē fieri pōt. Rñ. ſm gl. li. iij. ti. xxxiij. de pe.
⁊ re. §. xix. Pone ſuper ver. iuramēta. Credo ꝙ vbi
pauperib⁹ faciēda eſt reſtitutio. pro eo quod neſci-
tur tibi factum eſt dānū ſi modica eſt ſumma pōt
penitēs ad arbitriū ꝯfeſſoris illud pauperib⁹ ero-
gare vbi aūt eſt magna ſumma. dȝ ad arbitriū epī
reſeruari qui pauperū eſt diſpēſator niſi alicui diſ
creto ſpecialiter ſuper hoc commiſerit vices ſuas.

¶ Queſtio. lxxxvi.

Quid fiet cum debitor non eſt ſoluēdo. Rñ.
ſm Ray. ibidē. ſ. §. forma. diſtingue aut ſim Raymund⁹
pliciter non pōt ſoluere aut pōt ſed non abſqȝ ma-
gno periculo ſuo ⁊ ſue familie. ¶ In p̄io caſu pōt Debito non
recte agere penitētiā: lȝ non reſtituat dūm̄ doleat ſoluendo.
⁊ ꝓponat reſtituere: q̄cito poterit. xiiij. q. vj. ſi res.
alī. C. de ceſ. bo. l. j. ¶ In ſecundo aūt caſu ſtudeat
penitētialis rectificare voluntatē eius hoc modo
dicens. Si aliud remediū nō poterit haberi. quid
eligitis de his duob⁹. ſ. vel vt reſtituatis bona que
habetis ⁊ ſic liberemini a peccato ⁊ dyaboli ſerui
tute ⁊ efficiamini filij dei per adoptionē ⁊ partici
pes regni celeſtis per ſpem: vel vt retineatis bona
⁊ ſic remaneatis in peccato ⁊ in dyaboli ſeruitute:
ac emorientes deſcēdatis in ꝓfundū inferni. Si rñ-
deat primū dicatur ei vt petat dilationē a ſpolia-
tis: vel aſſignet eis certam partē de redditib⁹ ſuis
amicabiliter de qua ſibi ſatiſfaciāt ſucceſſiue. Et
de hoc faciat eis bonā cautionē. Si ꝟo omnes de-
negent ſibi delationē. ⁊ poſtulent ꝙ ipſe cedat bo-
nis. tunc credo qđ tenetur abſqȝ dilatione ſatiſfa-
cere vel cedere q2 fur ⁊ raptor ſemper ſunt in mo-
ra ⁊ ideo ſemꝑ augent peccatū. ff. de ꝯdi. fur. in re
furtiua. ⁊ ar. extra de ſimo. cum in eccleſie. vide de
hoc. ſ. eo. ti. q. lxxxij. verſ. ille qui tenetur. ¶ Con-
cordat omnino predictis Hoſt. verſi. quid ſi is qui Hoſtienſis.
tenet̄. ⁊ ſeq. ¶ Idē etiā dicit Ray. eo. ti. §. xxiij. ſed Raymund⁹
quid ſi hmōi perſone. ſemper enim dȝ facere poſſe
ſuum. xiiij. q. vj. ſi res. glo. willel. dicit ibidē etiam
vſqȝ ad vēditionē hereditatis ⁊ oīm bonoꝝ etiam
ſi oporteat ipſum ⁊ familiā ſuaȝ mēdicare. ¶ Idē Ulricus.
etiā dicit Ulri. c. vj. in prin. vbi ait. Quod facultas
reſtituēdi ſemꝑ eſt quamdiu debitor hȝ per qđ ſa-
tiſfacere pōt vſqȝ ad mēdicā paupꝑtatē vel extremā
neceſſitatē in qua etiam ſine omni culpa accipit vi
te neceſſaria. Hoſti. ibidē dicit ꝙ omnino excuſat
nota paupertas. hoc aūt eſt qñ cedit bonis. Ideo-
qȝ ſacerdos tali dȝ ꝯſulere quod cedat bonis. Si de
paupꝑtate dubitat. Addit poſtea Ulri. dicēs. Qñ er
go ſic eſt facultas: dȝ ſaltē facere qđ pōt. ſ. ꝙ inſtet
pro remiſſione debiti apud euȝ cui intulit dānū. ſ.
per ſe. Si peccatū eſt manifeſtū ⁊ alie oportunita-
tes ſuffragant̄: vel per mediā ꝑſonā ſi eſt occultū.
Et ſiue ille remiſerit ſiue non deo obligatus eſt
debitor. quia qđ habuit hoc fecit. Si autem nō pōt
habere copiā eius a quo venia petēda eſt excuſat̄.
Concordat etiā his Tho. in ſum. arti. viij. vbi dicit
ꝙ ſi non pōt ſtatim ſoluere ab inſtāti reſtitutione
liberatus eſt per impotētiā. Sicut etiā totaliter a
reſtitutione eſt abſolutus ſi oīno eſt impotens: dȝ
tñ remiſſionē vel dilationē petere ab eo cui dȝ per
ſe: vel interpoſitā ꝑſonā. ¶ Cōcordat etiā ray. ver. Raymund⁹
ꝓxi. ⁊ addit. Et ſi iſti bene ꝯtrito ⁊ dolēti etiā illud
modicū quod hȝ reſtituere niſi aliter poſſit ꝯſule-
re anime ſue ſpoliatus intuitu dei ⁊ elemoſyne et
remittit totū vel partem liberat̄. Addit etiaȝ glo.
ibidē. Qđ cū ſic exhibet ſe veraciter ⁊ ſine ſimula
tione ⁊ fraude ad ſatiſfaciēdū ꝓpoſſe vel ad peten
dum remiſſionez ꝙ tunc dȝ exprimere quātitatez
dāni ſi ſcit illā. ¶ Item ray. §. forma. in fi. Idē di-
cit qđ. ſ. ſ. ꝙ ſi ſpoliati miſericorditer ⁊ grat̄ remi
ſerit totū vel partē bene ꝯtrito ⁊ ſine dolo ⁊ fraude
petenti poterit tanq̄ elemoſinā recipere ⁊ ſic erit
in ſtatu ſaluandoꝝ. vide de hoc aliqua infra li. iij.

titu.xxx.de ſcandalo ⁊ perplexitate.q.vj.vtrū tem
Hoſtienſis. poralia.circa fi.addit etiam Hoſti.ꝙ etiam ſi de-
bitor non poteſt ſatiſfacere omnino vel ſi cedat bo
nis aut ſi reſtituit nihilominus pro trāſgreſſione
diuini precepti in rapina vel furto eſt ſalutaris pe
nitentia iniūgēda.⁊ in hoc trāſgrediunt̄ ſepe plu-
rimi peccatores qui reputāt ſibi reſtitutionē ſuffi
cere ad ſalutē ⁊ tranſgreſſionē ſiue ipſum peccatū
non ꝯfitentur.De hac materia.⁊ q̄ntum ad forum
coutētioſum ſiue iudiciale.dicit idem Hoſt.li.iij.
rub.xxiij.de ſol.rubricel.de ceſſio.bono.qḋ ſi debi-
tor non hʒ vnde ſoluat ⁊ cedat bonis non detrudit̄
in carcerē:vt.C.qui bo.cede.poſ.l.j.nec excōican-
dus eſt.Et ſi excōicatus ſit abſoluat̄.recepta ydo-
nea cautione de ſoluēdo debito ſi ad pinguiorē for
tunam deuenerit.extra.de ſol.odoardus.Sed nec
tunc ꝯdēnatur niſi in q̄ntum facere poteſt habita.ſ.
ratione ne egeat.Nec enim fraudādus eſt alimen
tis quotidianis ſm̄ leges.Talis etiam non debet
aliqua pena mulctari:vt extra de vſuris.cum tu.
¶ Item infra eo.§.ſ.xliiij.forma reſtituendi.dicit
Raymund⁹ Ray.ſic.vbi aūt non poſſunt ſciri ꝑſone ſpoliatoꝝ
debet penitēs ſimpliciter abſq̄ pacto ⁊ cōditione
totum qḋ habet reſignare in manu epi:vel penitē
tialis diſcreti ⁊ tunc ipſe ſi viderit eum pauperē ⁊
egentem det ſibi partem vel etiam totum ſi tantā
viderit neceſſitatē ne aliter ipſe cum vxore ⁊ filijs
fame pereant.Et ſi quid reſiduū fuerit pauperib⁹
alijs diſtribuat.Et iſte faciat quicquid boni po-
terit orando ⁊ alijs modis pro his quorum fuerāt
res.Et ſi poſtea poterit aliqua lucrari iuxta poſſi-
bilitatē ſuam eroget in vſus pauperū pro anima-
bus eoꝝ.arg.ad hoc.xij.q.ij.gloria epi.aurum ha-
bet eccleſia.Et require de hoc in caſu ſimili.ſ.li.j.
Raymund⁹ ti.xv.de deci.q.xxxix.quid ſi aliquis.¶ Et idē etiā
dicit Ray.§.xxiij.ſed quid ſi hmōi ꝑſone.Et addit
ibi.glo.ꝙ in omni tali caſu paupertatis ſiue epus qui
diſpēſator eſt pauperū dilationem det vel partem
remittat vel etiam totum:prout viderit expedire
ſicut et alteri pauperi.ſemper tamen ita ꝙ q̄ntum
poteſt vtilius gerat negociū illius cui eſſet reſtitu
tio facienda ſi perſona eius nota eſſet ita.ſ.qḋ illa
reſtituēda expendatur in vſus tales qui magis ei
poſſent perficere quo ad eū.Et dicit gl.in.§.xliiij.
forma.Quod in hoc caſu.ſ.extreme neceſſitatis.lʒ
debitor ſit indignus ꝓponendus eſt tn̄ ſanctis ⁊ iu
ſtis perſonis non tam indigentib⁹:alīs ſi equaliter
indigerent deberet ꝓponere meliores vt ꝙ vtilius
Gloſſa. poſſet gereret negociū ſpoliatoꝝ.¶ No.etiam qḋ
dicit hic glo.qḋ nō eſt neceſſe ꝙ fiat hmōi reſigna
tio in manus penitentiarij.dum tn̄ alias paratus
ſit ad arbitrium eius vel alterius boni viri ſatiſfa
cere vel etiam epiſcopi.

¶ Queſtio.lxxxvij.

Quid ergo de illis qui reſignāt omnia bona
ſua in manus penitētiarij promittentes qḋ
tantum faciant dāmnificatis qḋ tenebūt ſe ꝓ paga-
tis quia putant ꝙ pro modico quitabunt eos:q꞉
totū credūt ſe amiſiſſe.¶ Quid de illis qui ſi vel-
lent dimittere ſupfluas expēſas poſſent rapta re-
ſtituere.¶ Quid etiaʒ de illis qui non reſignarēt
in manus penitētiarij niſi crederent qḋ penitētia-
rius reſtitueret eis pro toto vel pro parte qſi neſci-
tur cui faciēda eſt reſtitutio.Nunq̄d tales ſunt in
Gloſſa. ſtatu ſaluandoꝝ.Rn̄.ſm̄ glo.§.xxiij.ſed quid ſi hu
iuſmodi perſone.Credo ꝙ non.oportet enim ꝙ bo
na fide ⁊ ſine fraude faciat raptor quicquid pōt vt
damnificatis ſatiſfaciat ſi nouit eos:aut pauperi
bus eroget ſi non nouit eos alias:non eſt abſoluē-
dus a penitētiario ſi conſiſterit ei de eius impeni-
tentia vel praua intētione.Non eſt tamen neceſſe
vt reſignatio huiuſmodi fiat in manu penitētiarij
vt predictum eſt in fine.q.precedentis.

¶ Queſtio.lxxxviij.

Quid cū creditores vel ſpoliati ſunt plures:
⁊ cum petit qui non eſt ſoluēdo dilationem
inter ſe diſcrepant quia alij volunt dare dilatio-
nem quinquennij alij autem non:ſed petunt bono
rum ceſſionem.Rn̄deo ſm̄ Ray.§.xliiij.forma Raymund⁹
reſtituendi.in hoc caſu maiori parti ſtandū eſt.Et
intellige maiorem partem vbi eſt maius ⁊ fortius Creditores
debitū.vnde dicit hic glo.ſi vni creditori plus de- diſcrepātes.
beatur q̄ reliquis omnib⁹ qui forte ſunt.x.vel plu
res ſtabitur volūtati illius ſoli⁹ de dilatione quin-
piſcat priuilegio ꝯceſſo nō vtit.extra de poſtu.ꝓla.
bone.ij.§.fi.Tale etiā priuilegiū ad ſucceſſorē non
trāſfert niſi hoc exprimat ſicut fit.extra vt li.pen.
c.j.Talia eciā ad alios nō extēdunt niſi in caſu ſpi-
rituali fauore legati aplice ſedis aliud dicat extra
de offi.dele.qm̄.§.pe.ꝛ fi.ꝓbant ſupdicta extra de
inſti.cū veniſſent.ff.de re.iur.priuilegia. ¶ Cōiter
ꝑſonale voco qḋ certis ꝑſonis cōiter certis ex cau-
ſis ꝛ in certis articulis ꝯcedit ꝓprijs noib⁹ nō exp̄ſ-
ſis vt pōt poni exēplū i minorib⁹.xxv.ānis q̄ gaudēt
ꝑuilegio reſtitutiōis in itegrū.ff.de mino.l.j.ꝛ per
totū.Itē in abſentib⁹ cauſa reipublice.Et i mulie-
rib⁹ que ꝑuilegiate ſunt quo ad fideiuſſores ex be
neficio velleyani.ff.ꝛ.C.ad velle.per totū.Et alia
multa ſimilia exēpla inuenire poteris in corpore
vtriuſq; iuris. ¶ Singulr autē ꝛ cōiter corporale
eſt illud qḋ alicui vniuerſitati corpori vel collegio:
ſic ꝯcedit qḋ ꝗlibet ſingularis de illa vniuerſitate
pōt de tali priuilegio ſe iuuare.ſic extra de ſen.exc.
ꝯtigit.extra de fo.cōp.ſi diligēti.Cōiter ꝟo tm̄ cor
porale dicas illud ꝙ ſic cōpetit vniuerſitati qḋ no
mine ipſius pōt allegari priuilegiū ꝛ quo ipſa vni
uerſitas pōt ꝛ nō vniuerſitatis ipſius ſinguli ſe iu
uare ſic.xij.q.ij.qui manumittit. ¶ Ergo corpora-
lia priuilegia hic appellant ea que ꝯceſſa ſunt vni
uerſitatib⁹ corporis collegijs:puta clericis. Item
ꝑdicatorib⁹ ꝛ minorib⁹:vt extra de exceſ.ꝓla. ni-
mis iniqua.ꝛ.c.nimis praua.ꝛ extra eo.c.iij.ꝛ plu
rib⁹ alijs.Tale priuilegiū cū collegio perit:vt ſu-
pradictū eſt.e.q.ver.reale.Nec ꝯcedi pōt quouſq;
collegiū fit.extra de eccle.edi.ad audientiā.ij.Itē ex
ꝑdictis pꝫ ꝙ priuilegiorꝫ.Aliud ꝑpetuū aliud tꝑa
le.qḋ ꝑpetuū eſt ad ſucceſſorem trāſit.C.de decu.ne
q; dorotheū lib.x. ¶ Itē priuilegiorꝫ aliud limita-
tum aliud indeterīatū. Limitatū terminos ſuos
non trāſgredit lineas aūt ex quatuor ꝯſiderat.ſ.ex
ꝑſona ex cauſa ex loco ſiue re ꝛ ex tꝑe.xxix. di.c.j.ꝛ
ij. ¶ Indeterminatū aūt ſemꝑ ꝛ vbiq; locū hꝫ niſi
aliq̄d detrahat.extra.c.dilecti.ꝛ.c.antiq̄.§.ꝓuice.
Et breuiter que ꝛ qualia dicatur ſpecies.ex lectiōe
priuilegij:nec aliter apparebit:vt extra eo.porro.
ꝛ in pluribus alijs locis.

Corporalia.

Determi-
natum.

¶ Queſtio.clxij.

QUis poſſit priuilegiū ꝯcedere ꝛ cui.Rñ.ſm
Hoſt.§.iiij.q̄d poſſit.ꝛ ſeq. papa ꝛ imꝑator,
qui ſup ius ſunt.Nec aſtrigunt legib⁹ vnus tm̄ in
ſpiritualib⁹ alius in tēporalib⁹.regulariter ꝙuis
ꝛ caſualiter papa quo ad tēporalia poſſit priuile-
giuꝫ ꝯcedere ſꝫ imꝑator nunq̄ quo ad ſpiritualia.
¶ Pōt etiā ep̄s priuilegiū ꝯcedere extra de relig.
do.ꝯſtitutus.extra de cēſi.cū venerabilis.xvi.q.ij.
vias.extra eo.ti.cū olim.ij.R.j.dūmō hec faciat
de ſui capituli volūtate.extra de iurepatro.paſto-
ralis.ſm Goffre.extra de exceſ.ꝓla.ſicut vnire.
¶ Multofortꝰ patriarcha:extra de cleri.nō reſi.
in ecc.cū ad hoc. ¶ Et breuiter intelligi pōt quod
quicūq; pōt ꝯſtitutionē facere ꝛ q̄tenus ꝛ in quib⁹
pōt.Et priuilegiū ꝛ indulgētias dare pōt. ¶ Sꝫ ꝛ
maioritas dignitas ꝛ ꝑoritas tꝑis dāt priuilegiū.
¶ Quinimmo ꝛ ꝯſuetudo ꝑuilegiatā ſeu priuatā
legē inducit. ¶ Cōcedit aūt regulr ſubdito tm̄.i.ei
quē ꝯſtitutio ꝯcedēs arctare pōt i caſu tñ.etiā alij
ꝯcedit ſicut imperator ꝯcedit priuilegia eccleſijs.
¶ Ro.etiā ſm Ber.extra de cenſi.in glo.ſup.c.cū
inſtātia.Qḋ eccleſia Romana non ꝯſueuit aliquē
cōtra ſe priuilegiare.ar.C.de ſacroſan.ecc.iubem⁹

Hoſtienſis.

Concedens
priuilegiū.

Cōſuetudo.

Bernard⁹.

nullā.ꝛ ar.extra de ꝑſcri.cū ex officij.Hoc eſt ꝯtra
eos q̄ dicūt vel pori⁹ fingūt ſe habere ꝑuilegiū.qḋ
poſſint iudicare de reſcri.pape.ꝛ ꝙ abſq; eorꝫ exa-
minatione ꝛ approbatione nō ſit ſm ea ꝓcedēdū.

¶ Queſtio.clxiij.

QUis poſſit ꝑuilegiū interꝑtari.ꝛ q̄liter ſit
interꝑtādū.Rñ.ſm Hoſt.§.vj.q̄d operet.ſi
obſcurū ſit non pōt illud interꝑtari inferior illo q̄
ꝯceſſit qꝛ ei⁹ eſt interꝑtari cuius eſt ꝯdere ſeu ꝯce-
dere.ergo quouſq; ille rñderit:negociū ſuſpendet:
extra de ſen.excō.inter alia.extra de iudi.cū veniſ-
ſent.Inno.in glo.ſup idem.c.ſcilꝫ cum veniſſent.
Dꝫ aūt diligēter ꝯſiderari tenor ꝑuilegij.extra.c.
porro.ꝛ.c.recepimus.Et potius eſt intētioni priui
legij inſiſtēdū quā verbis.j.q.j.marchion.xxxviij.
di.ſedulo.ꝛ.ff.de legi.l.ſcire.extra de ꝟ.ſig.c.itelli
gētia.ꝛ.c.in his.Et tñ ſi fieri pōt latiſſime interꝑe-
tādū eſt:extra de dona.cū dilect⁹.ad fi.ff.de ꝯſtitu.
prin.l.bñficia.niſi ꝑiudicet iuri alieno qꝛ tūc redu
citur ad ius cōe ſi fieri pōt.extra de ꝯſue.cū dilect⁹
§.pe.ꝛ fi.Dūtñ aliq̄d operet alias eñ nō eſſet ꝑui-
legiū:vt ꝑdictū eſt.ā.ea.rubrice.l.q.j. ¶ Item dicit
Hoſti.infra.§ vij.qualiter amittat.ꝟ.q̄d ſi priuile
giū.qḋ ſm Gof.dici pōt qḋ vbi verba āmbigua ſunt
null⁹ pōt de ambiguo iudicare niſi qui dedit priui
legiū vt dictū eſt.Tñ ſi verba clara ſunt ꝛ indubi-
tata.tūc pōt aliud cognoſcere abſoluēdo.ſ.vel con
dēnādo.extra eo.ti.c.recepim⁹.qꝛ in incertis non
in certis locus eſt ꝯiecturis.ff.de ver.obli.l.ꝯtinu⁹
Tñ poſtea papa pōt ius ſuū ꝓſequi.extra de ſen.ꝛ
re iud.ſuborta.ad fi.Cōcordat etiā in his tñ Goff.
Inno.vbi.ā.ꝛ Ber.ibidē in glo.

Hoſtienſis.

Interꝑtatio

Hoſtienſis.
Goffredus.

¶ Queſtio.clxiiij.

QUaliter amittat priuilegiū.Rñ.ſm Hoſt.
§.vij.q̄lr amittat.Aliq̄n amittit vnico actu:
aliq̄n ſpacio decēnij:aliq̄n ſpacio.xxx.annorꝫ vl.xl.
aliq̄n tꝑe limitationis elapſo:aliq̄n per ſnlam cō-
tra priuilegiū.De his.v.caſib⁹ habes pleniſſime.
ā.li.j.ti.xv.de deci.q.xliij.itē q̄ro. ¶ Itē ſexto tollit
primū priuilegiū per ſcḋm faciens mētionē exp̄ſſam
de priore.extra de ꝑſcrip.veniēs.ſm Gof.Idē mo-
naldus ipſe tñ Hoſti.li.j.rub.iij.de reſcri.§.vij.qḋ
cui ꝑiudicet.dicit ꝙ ſibi videt ꝙ priuilegiū ſpāle
deroget generali.puta ſi aliq̄s ex priuilegio ꝑcipit
oēs decimas alicui⁹ parochie ꝛ aliq̄s de parochia
impetrat imunitatē.ar.ꝙ valet.extra de deci.a no
bis.Multas tñ diſtictiones ponit ibi de hac mate
ria. ¶ Sequit in rub.de priui.§.vij.vbi per⁹.Septi
mo tollitur per ꝯcedētis reuocationē.ar.ff.de iud.
iudiciū ſoluit.Qḋ tñ facere nō decet ſine cā.Ex cau
ſa tñ pōt ꝛ dꝫ fieri reuocatio puta qñ enormē leſio
nem incipit inferre alij.vñ ſi religioſis ꝯcedat pri
uilegiū de nō dādis decimis.ꝓpter nimiā paupꝑta
tem q̄ laborabāt demū in tm̄ ditent poſſeſſionib⁹
qḋ enormiter ledant parochie ꝛ ipſi etiā ſi decias
dēt de ſuis redditib⁹ poſſunt alias cōmode ſuſtēta
ri ceſſabit priuilegiū:tum ꝓpter ſcādalū:tū ꝓpter
enormē leſionē iuris parochialis.tū qꝛ cauſa ꝑui-
legij ceſſat.Sic itellige extra de deci.ſuggeſtū.ꝛ.c.
nuꝑ itē.Si q̄s nō ſeruat priuilegia ſuperioris ꝯceſſa
ſubditis ſuis etiā ipſi⁹ nō ſeruātis priuilegiū me-
rito decurſat.i.reuocat.extra.c.dilecti.itē reuocat
ſi ecclia ſit ſeruitorib⁹ deſtituta.No.tñ ꝙ ſi ſupior
ex certa ſciētia ꝯfirmauit indulgētiā inferioris nō
puto ꝙ poſtea ſine ꝯſenſu ſuperioris poſſit ipſam in
ferior reuocare.Jō imꝑator vel rex ꝑuilegiū ꝯceſſū
eccl'ie.ꝛ ꝑ dñm papā quē ꝯſtat ſupiorē eſſe oīb⁹ ex
certa ſciētia cōfirmatū nō poterit reuocare.xxv.q.
ij.ꝑuilegia.j.ꝛ.ij.ꝛ.l.ſeq. ¶ Octauo tollit ꝑ renū-
ciationē ꝓpriā ꝛ exp̄ſſam.extra de deci.nuꝑ qḋ in-

Amiſſio pri
uilegij.

Caſus.

telligas q̄tū ad ius tāgēs renūciātē tm̄.ſec⁹ ſi pa-
pā vł aliū tāgat.vn̄ nec clic⁹ pōt renūciare cuilibʒ
ꝑuilegio ſuo etiā ſi iurauerit:vt pʒ extra de fo.cōp.
Bernard⁹. ſi diligēti.Et vt dicit Ber.in glo.extra de reli.do.
ſup.c.cū dilect⁹ fili⁹.Abbas ſine ꝯſenſu ꝯuēt⁹ pui-
legio renūciare nō pōt.extra de arbitris.c.cūtꝑe.
Abuſus. ¶ Ultio amittit̄ ꝑ abuſuʒ qđ exponi pōt ꝑ nō vſuʒ
vł ꝑ ꝯtrariū vſū.puta aliq̄s ꝑuilegiat⁹ ē ne decias
det quolibet āno petunt̄ ab eo quolibet āno dat vł
exēpt⁹ ꝯuenit̄ ſepe ⁊ ſepi⁹ corā ordiario ⁊ ip̄e rn̄det
nec allegat aliq̄d ꝯ ꝑuilegio exēptiōis vł allegat ⁊
nō oſtēdit.Certe huic merito dici pōt.Priuilegiū
meret̄ amittere q꞉ ꝑmiſſa tibi abuſus es ꝑtāte.xj.
q.iij.ꝑuilegiū.neceſſe eſt tn̄ qđ ꝑſcriptio.xxx.ānoꝝ
ꝯtra ꝑuilegiū ſit ꝯpleta.extra.e.ſi de terra.Immo
vł ꝑ.xl.ānoꝝ.extra.e.accedētib⁹.de hoc dic vt ꝑdi
cta.q.xiij.decimis.ver.ſi in fauorē eccleſiarū.

¶ Queſtio.clxv.

Sed q̄d cū aliq̄s allegat ꝑuilegiū ⁊ oſtēdit.ſʒ
is cui oſtēdit̄ nō acq̄eſcit q꞉ forte potētior eſt
Hoſtienſis. Rn̄.ſm̄ Hoſt.ibidē ꝟ.ſʒ q̄d ſi.Certe nō pōt nec dʒ
ei īputari violētia.ff.cōmo.ad eos.Non obſtāte ſi
dicat̄ ꝙ nō fuit vſus ⁊ qđ ꝯtrariū factū eſt.Quō ei
vtit̄ ꝑuilegio niſi allegādo ⁊ de ip̄o fidē faciēdo cer
te ꝯ cetero mihi īputādū nō erat.niſi forte ſn̄ia fer
ret̄ ꝯtra me:⁊ nō appellarē.extra de ſn̄ia ⁊ re iudi.
ſuborta.Sʒ tu qui ꝯtrauenis temeritate ꝓpria pu
niendus es:vt extra eo.dilecti.

¶ Queſtio.clxvj.

Hoſtienſis. Utrū exēpt⁹ ſi delinq̄t ab alio puniri poſſit q̄
a papa.Rn̄d.ſm̄ Hoſt.ibidē ver.ſi exēptus.
talr̄ dixit.quot exēpt⁹ ſi delīq̄t notorie puniri pōt ꝑ
ordiariū.ſi occulte a ſolo papa punit̄.¶ Johānes
dixit ꝙ ſi deliquāt circa rē ī q̄ ꝑuilegiat⁹ eſt nō pōt
puniri niſi ꝑ papā.puta ſi male ſe hʒ ī offō vel dila
pidat bona monaſterij.Sʒ ſi delīq̄t circa rē nō exē
ptā:alijs nō exēpt̄ ꝑiudiciū īferēdo tūc puniri pōt
Exemptus. ꝑ ordiariū.extra.e.tuaꝝ.Sʒ ꝯtra eſt eadē decreta.
tuaꝝ.§.verū.¶ Un̄ ꝑdictis reprobat̄ ibidē ſubiū
git ſibi dici pōt īdiſtīcte qđ exēpti puniri nō pn̄t.ꝑ
īferiorē papa.xvj.q.j.frater nr̄.Et expſſuʒ vr̄.extra
de ſup.neg.ꝓla.ſicut nobis.§.ſi.ibi mādām⁹ q̄ten⁹
niſi a iuriſditōe tua exēpte ſint eccl'ie ſuꝑdicte ꝑdi
ctos exceſſ⁹ ſtudeas rōnabilr̄ emēdare.Ergo a cō
trario ſi exēpte ſunt nō lʒ emēdare:ſʒ poti⁹ eſt hoc
ſūmo pōtifici nūciādū ſicut expſſū habet̄ extra de
ſtat.mo.in ſingulis.§.ordinet̄.⁊ c.ea q̄.§.hec eadē.
Contraria. ¶ Cōtraria aūt iura q̄ dicūt ꝙ ordiari⁹ punit eos
ſic itelligi pn̄t qđ hoc ſit autoritate ꝑncipis ⁊ ī cer
tis caſib⁹.Et ſm̄ hoc oēs alie opiniōes caſſant̄.Sʒ
ne videar tātoꝝ doctoꝝ ſn̄ias vno ꝟbo tollere velle.
diſtīgue ſic.aut in ꝑuilegio exēptōis hoc expſſe cō
tinet̄.qđ q̄tūcūq; delīq̄t a nemie citra ſedē aplicā
iudicet̄ vel puniat̄ vel alia q̄cūq; ſn̄ia ꝟba.Idē ex-
pſſe inuētia ⁊ tūc ſtādū eſt ꝑuilegio ſicut ſonat.ex-
tra.e.ti.c.porro.Aut ī ꝑuilegio h̄ nō ꝯtinet̄ expſſe ⁊
tūc puniri pōt niſi ſpecialis dignitas tueat̄ tales.
Diſtinctio Jo.lecto. ¶ Sʒ ⁊ hoc pōt diſtīgui q꞉ ⁊ ſi hoc ſpālr̄ ī ꝑuilegio
nō teneat̄ ſʒ ſimplr̄ eximit̄.puta q꞉ dr̄ in priuilegio
qđ cēſuʒ ꝑſtat ad iudiciū ꝑcepte libertat̄:vt extra
e.ti.c.recepim⁹.In caſu iſto aut delīq̄t ī re vł circa
rē ꝑuilegiatā nō ꝑiudicādo alij aut ꝑiudicādo.Itē
aut notorie aut occulte.¶ Si exēpt⁹ delīq̄t circa rē
ꝑuilegiatā ſine ꝑiudicio ꝑuato alteri⁹ referēdū eſt
pape.Et ſic loq̄t̄ extra de ſta.mo.ea q̄.§.hec eadē.⁊
ſi.ſta.¶ Si aūt alij ꝑiudicat ⁊ palā ſiue notorie de-
līq̄t corrigi pōt ꝙ male facit ꝑ cēſurā eccl'iaſticā:
vt extra.e.patētib⁹.⁊ c.tuaꝝ.§.verū.Ergo ꝑ excōi-
cationē ſuſpēſionē officij ⁊ bn̄ficij vt ibi dicit.⁊ pʒ
extra de ꝟb.ſig.q̄rēti.q̄d ꝑ cēſurā.Nō tn̄ ꝑ depoſi-
tionē vel bn̄ficij priuationē vt in dicta decre.ea q̄.
§.hec eadē.¶ Si ꝟo occulte delīq̄t ſiue manifeſte
nō tn̄ notorie hoc delictū citra ſedē aplicā nec exa-
minari poterit nec puniri.Et ſic intellige.xvj.q.j.
frater nr̄.niſi forte teneat capellas nō exēptas rōne
q̄rū teneat̄ ire ad ſynodū vel aliq̄d aliud facere q꞉
tūc puniri poſſet quo ad ipſas capellas ſi nō face-
ret qđ deberet.extra.e.ex ore.§.ſi.ſm̄ hāc diſtictio-
nem iura ſaluant̄ ⁊ diuerſe opiniōes ad ꝯcordiā re
ducunt̄.Et ꝯpꝓbāt̄ hec ī decre.dn̄i Innocētij q̄rti.
Innocētius. extra.e.ti.c.volētes.hec Ho.¶ Addit etiā Inno.in
eadē dec.ꝙ exēpti q̄ntacūq; gaudeāt libertate:ni
hilomin⁹ tn̄ rōne delicti ſiue ꝯtract⁹ aut rei de q̄ cō
tra ip̄os agit̄ rite pn̄t corā locoꝝ ordinarijs ꝯueni
ri ⁊ ſic illi quo ad hoc ſuā ī ipſos iuriſdictionē pn̄t
ꝓut ius exigit exercere.⁊ hoc niſi ī loco exēpto cō-
miſſuʒ ſit delictū vł ꝯtract⁹ init⁹ aut res litigioſa.
Nec vbi habēt domiciliū pn̄t ꝯueniri ſi alibi deli-
Bernard⁹. quāt vł ꝯtrahāt vł res ip̄a ꝯſiſtat.¶ Scḋʒ gl.Ber.
qđ dr̄ h̄ de loco exēpto itelligi dʒ tā de monaſterio
q̄ de cimiterio ⁊ domib⁹ monaſterij ⁊ ꝯ atrijs ⁊ de
ortj̄ ⁊ areis q̄ ſūt iuxta eccl'iā.ar.xvj.q.j.neceſſaria
Innocētius. ⁊ c.nulla.⁊.xvij.q.iiij.diffiniuit.¶ No.etiā qđ idē
Inno.iiij.⁊ plures alij ſūmi pōtifices ꝑ ſpālia ꝑui
legia ꝯceſſerūt q̄buſdā religioſis vt hec ꝯſtō volē-
tes ad eos nō extēdat̄ ī ꝑiudiciū alicui⁹ ꝯceſſe liber
Delegato. tatis:vt ꝑdicatorib⁹ minorib⁹ ⁊ ciſtercienſib⁹.Dele-
gato aūt aplice ſedis a latere miſſo dixit Johānes
ꝙ nō pōt iudicare de exēpt̄ q̄ imediate ſubſūt dn̄o
pape ⁊ ꝙ meli⁹ facit ſi abſtineat.Sʒ Ber.extra de
offi.le.ī gl.ſup.c.qđ trāſlationē.dicit ſic.ego credo
ꝙ pōt cognoſcere ꝯ cauſis q̄ ꝯtra ip̄os mouēt̄:q꞉ ꝑ
ꝑuilegia illa eximūt̄ ſolū a iuriſditōe epoꝝ:ſʒ nō
pape vel legatoꝝ ei⁹ ⁊ ſic vident̄ de facto ſuari q꞉
papa eoꝝ iudicia ſibi ſpālr̄ nō reſeruauit.Sec⁹ tn̄
eſt vt dicit idē Ber.e.ti.de offi.le.ī gl.ſup.c.de illis
legat̄ q̄ rōne eccl'iarū vł dignitatū ſuarū offm̄ hn̄t
legatiōis vt archiep̄s Cātuar̄.⁊ ſiles.¶ De ꝑuile
gijs etiā quorūdā religioſoꝝ habebit̄ īfra li.iij.ti.
xxxiij.de ſenten.excōi.in rubricel.de interdic.

De aduocatis. Rubricella.

Sequit̄ videre de aduocat̄.vbi p̄rio q̄ro.

¶ Queſtio.clxvij.

Raymund⁹ Quę ſint in aduocatis attēdēda.Et
ſpālr̄ q̄s poſſit eſſe aduocat⁹.Rn̄.
ſm̄ Ray.ī ti.de rapto.§.xxxix.circa aduocatos.In
Aduocatus. iudicio ale ſunt q̄tuor principalr̄ circa aduocatos
attēdēda.ſ.ꝑſona:cauſa:mod⁹ aduocādi:⁊ ſalariū.
¶ Perſona vt nō ſit heretic⁹ vel excōicat⁹ vł paga
nus.iij.q.j.c.j.extra de here.ver.gētis.de pe.diſt.j.
nemo vł ī foro.vbi etiā habes ꝙ peccat iudex ⁊ pu
niri dʒ q̄ ſciēter tales admittit.¶ Itē qđ nō ſit mo
nach⁹ vel regularis vł alia religioſa ꝑſona.Tales
eīn peccāt aduocādo:niſi ꝓ monaſterio de māda-
to ꝑlati ſui hic faciāt.xvj.q.j.monachi.ij.extra de
poſtu.ex parte.¶ Itē ꝙ nō ſit cleric⁹ in ſacris ordi
nibus ꝯſtitut⁹ vel etiā in minorib⁹ dumtn̄ ſit bene
ficiatus.Talib⁹ eīn ꝓhibita eſt aduocatio.corā iu
dice ſeculari niſi in cauſa ꝓpria vel ꝓ eccl'ia ſua vł
ꝓ ꝯiūctis aut miſerabilib⁹ ꝑſonis q̄ ꝓpas cāas ad-
miniſtrare nō pn̄t.extra de poſtu.clerici.⁊ c.cū ſa-
Clericus. cerdotis.¶ Sʒ an corā eccl'iaſtico iudice pn̄t clici
aduocare.Dicūt q̄dā ꝙ ſic.ar.a ꝯtrario ſenſu illi⁹
decre.clerici.vbi dicit̄ quod corā ſeculari iudice in
negocijs ſecularib⁹ aduocati fieri non ꝑſumāt.Et
ego ſat̄ admitto niſi de ꝯſilio vellit ceſſare.Except̄
ep̄is ⁊ etiam ſacerdotib⁹ quibus videtur ſimplici-
ter īterdictū

ter interdictū niſi in p̄dictis caſib⁹.ſ.in ꝓpria cauſa vel eccl'ie ſue vel ꝑ ꝯiūctis aut miſerabilib⁹ pſonis: vt.xv.q.v.deniq̄.lxxxvii diſt.perlatū. Et expſſi⁹ in illa decre. Cū ſacerdotis. intelligo etiā in caſib⁹ p̄dictis ꝯceſſis ꝙ per hoc diuinū officiū cui tenentur intereſſe nō īpediaſ.ar.diſt.xci.cleric⁹. ¶ Itē
Aſſeſſor. nō dꝫ eſſe iudex vel aſſeſſor in cauſa illa ī qua vult eſſe aduocat⁹:q2 duo officia in eadē cauſa ꝓhibit⁹ eſt exercere. iiii.q.iiii.c.i.⁊.ii. Lex vt dicit glo.hic reddit cauſam hmōi ſic.ne dū ad vtrūq̄ feſtinat: neutrū bene peragat. ⁊ infra. Nec enī credēdū eſt facile duab⁹ neceſſarijs reb⁹ vnū ſufficere. ¶ Sūt ⁊ alie pſone ꝓhibite q̄s heres.iii.q.vii.§.tria. Sed ille p̄notate ſpeciali⁹ ꝑtinent ad iudiciū aīe. Illas tñ pſonas ꝓhibitas explicat hic glo.ꝑ verſus dicēs.
Uerſus. Non cuicūq̄ daſ vt poſtulet imo vetaſ. Addictus pene:als ſeru⁹:ſurd⁹ puer actor harene. Luminibus caſſus mulier muliebria paſſus. Addict⁹ pene eſt q̄ capitali crimīe vel calūnia publici iudicij dānaſ:vt dꝛ in illo.§.tria. Puer ītellige vſq̄ ad.xvii. annos. Actor harene eſt q̄ ꝓ pecunia pugnat cū beſtia dentata. hec in glo. Itē cleric⁹ nō aſſumat cauſaꝫ ꝓ extraneis ꝯtra eccleſiā a qua obtinet bñficiū Cōtra quā ſi aduocat⁹ vel ꝓcurator eſſe p̄ſumit tāq̄ ingrat⁹ pōt:maxie ſi cleric⁹ ſit eiuſdē eccl'ie beneficio hmōi ſpoliari. extra de poſtulādo. cū ſacer
Hoſtienſis. dotis.§.cleric⁹. Satis cū ſup̄dictis ꝯcordat Hoſti.
Ulricus. li.i.rubꝛi.xxxvii.de poſtulādo. Cōcordat etiā Ulri. oībus p̄dictis Ulri.lib.vi.tracta.iii.c.xiii.§.ſi ſr et ſequentib⁹. Dicit etiā Inno.extra de poſtu.in glo. ſuꝑ vlti.c.ꝙ ſi q̄s als habeat bñficiū de eccleſia: ſꝫ nō ſit cleric⁹:vel ſi ſit laycus ꝙ dꝫ priuare bñficio ſi cōtra eccleſiā aduocet.

¶ Queſtio.clxviii.

Sed q̄ntum ad vltimū caſuꝫ:nūq̄d reputabiſ ep̄s extrane⁹ reſpectu capl'i aut capl'm reſpectu ep̄i:aut vn⁹ de canonicis reſpectu ep̄i vel capl'i
Gloſſa. R̄ñ.ſm glo.hic cū pene ſint reſtringēde ⁊ ampliāde.credo ꝙ nō. Ex hoc qñ nō litigaſ de iure ꝙ iſti vel illi habēt inq̄ntū ſunt canonici:vel ep̄s illi⁹ eccleſie. Sec⁹ forte ſi vnus de canonicis ageret cōtra capl'm vel ep̄m petēdo aliq̄d iure hr̄ditario.⁊ ali⁹ canonic⁹ eius eſſet ꝓcurator in cauſa illa vel aduocatus pro eo.

¶ Queſtio.clxix.

Quid ſi cleric⁹ bñficiatus eſt in diuerſis eccleſiis:nūq̄d pōt p̄ſtare patrociniū vni ꝯtra
Bernard⁹. aliā. R̄ñ.ſm Ber.extra de poſtulando.in glo.ſup c.vlti.vbi dicit ꝙ nō videſ ꝙ poſſit:ſed in hoc caſu neutrā iuuet vel offendat:vt ī hoc.c.⁊.xiii.q.v.deniq̄.ſꝫ Inn.ibidē in glo.dicit ꝯtra. ¶ Addit Ber. ꝙ ſi eſſet p̄lat⁹ in vna eccleſia videſ ꝙ rōne p̄lationis poſſet cōtra aliā p̄ſtare. Et idē dicit Innocen. ¶ Addit etiā Inn.ibidē ꝙ ſi neceſſario officio fungatur vt tutor patrociniū p̄ſtare pōt.ff.de poſtulā. pretor.⁊.l.vlti. Itē ⁊ pro p̄ori eccleſia pōt agere contra ſcḋam.argumē.extra de iureiuran.tua.⁊.c.intellecto.

¶ Queſtio.clxx.

Quādo iudex ex officio ſuo teneaſ aduocatū
Hoſtienſis. dare vel nō. R̄ñ.ſm Hoſti.ibidē dicendū ꝙ aliqñ poſtulat q̄s etiā inuitus.ait eñ p̄tor. Si non habēt aduocatū ego dabo.ff.de poſtul.l.i.§.ait pretor.qḋ ītelligiſ de his q̄ ipm habere nō pñt vl' ꝓpt paupertatē:vel ꝓpter potentiā aduerſe partis.ff.de offi.ꝓcōſu non q̄cunq̄.§.ſi. Si ergo iudex hoc alicui p̄cipiat ⁊ ſubiect⁹ ſine cauſa deneget ſuū patrociniū p̄ſtare caret foro.i.pōt ei ꝑ iudicē interdici: ita ꝙ in ꝑpetuū nō aduocabit.C.eo.ti.ꝓuidendū.
Azo. ¶ Dixit tñ Azo ꝙ obedire teneſ ita demum ſi ſibi cōpetēs ſalariū ꝯſtituaſ pro facūdia ſua. Nō cōcedo hoc tñ moderamīe adhibito circa clericos ſaltem ꝙ nō diues eſt is cui daſ.ſed ꝑ potētiā aduerſarij ipm habere nō pōt ꝯſtituaſ ei ſalariū tēporale. Si aūt pauꝑ eſt gratis aduocet ⁊ a deo expectet remunerationē. his aūt q̄ als poſſunt habere non puto aduocatū dandū ꝑ iudicē ſed ipſi ꝑ ſe ⁊ ſuam pecuniā ſi maluerint q̄rant. ff.de rebus eoꝝ q̄ ſub tu.ſunt.l.magis puto.§.in primis ergo.

¶ Queſtio.clxxi.

Cuiuſmodi cauſam poſſit ſibi aduocat⁹ aſſumere:⁊ q̄d ſi ſciēter aſſumit cauſam iniuſtā.
R̄ñ.ſm Ray.ibidē. aduocat⁹ nō aſſumat cauſam iniuſtā vel deſperatā.⁊ ſi ſuſceperit ab initio ignoranter:⁊ ſi in ꝓceſſu iudicij cognoſcit cauſam talē dꝫ eā relinq̄re.C.de iudi.rem nō nouā. Et idē ſtatuit Grego.decim⁹ in ꝯcilio Lugd̄.in ti.de poſtulādo.c.ꝓperādū. Dicit etiā Tho.in ſum.q.lxxi.arti. Raymund⁹
iii.ꝙ ſi aduocat⁹ ſcienter defendit cauſam iniuſtā abſq̄ dubio grauiter peccat:q2 illicitum eſt alicui cooperari ad malū faciēdū:ſiue ꝯſulēdo:ſiue adiuuando:ſiue qualitercūq̄ ꝯſentiēdo. Ro.i. Digni ſunt morte.nō ſolū q̄ faciūt ⁊c. ¶ Ad reſtitutionē etiā teneſ eꝛ⁹ dāni qḋ ꝯtra iuſtitiā ꝑ eius auxilium altera pars incurrit. Si aūt ignorāter iniuſtā cauſam defendit putās eſſe iuſtā excuſaſ ſm modum quo ignorātia excuſari poteſt. ¶ Si vo in p̄ncipio credit cauſaꝫ iuſtā eſſe ⁊ poſtea ī ꝓceſſu appareat eā eſſe iniuſtā nō dꝫ eā ꝓdere:vt ſcꝫ aliā partē iuuet vel ſecreta ſue cauſe alteri parti reuelet. Pōt tñ ⁊ dꝫ cauſam deſerere:vel eū cui⁹ cauſaꝫ agit ad cedendū inducere:ſiue ad cōponendū ſine aduerſarij dāno. Hec oīa Tho. ¶ Nota etiā qḋ Gregori⁹ decim⁹ vbi.ſ. inter alia hoc quoq̄ ſtatuit aduocātes in foro eccl'iaſtico debēt ſingulis annis iurare ꝙ nō foueāt niſi cauſam iuſtam. Et idem de procuratoribus. Gregori⁹.x. Thomas. Cauſa iuſta

¶ Queſtio.clxxii.

Qualis ſit debitus modus aduocādi. R̄ñ.ſm Ray.ibidē. Modus debit⁹ eſt vt nō ꝓducat falſa inſtr̄a:nec teſtes falſos vel corruptos:nec mētiatur:nec falſas leges:nec als iuris vel facti ꝓbationes inducat:nec dilationes non neceſſarias in grauamen partiū q̄rat. Itē ꝙ fideliter inq̄ntū iuſtitia ꝑmittit cauſam ſui cliētuli foueat nihil de contingētib⁹ obmittēdo.iii.q.vii.§.ſi q̄s aūt ex li.⁊ ar. extra de teſtib⁹.intimauit. C.de iudi.ꝓperādū.§. illo ꝓculdubio.iiii.q.iiii.c.i.⁊.ii. Itē non ꝓcaciter vel dicēdo ꝯuicia vel vociferādo aduocet:q2 ꝑ hoc impediſ ꝓceſſus iuſtitie.dicēte ꝓpheta Eſa.xxxii. Erit cultus iuſtitie ſilētiū. ⁊ Salomon ꝓuer.xxii. contra tales dicit. Ejice deriſorē. Et exibit cum eo iurgiū.v.q.iiii. in loco.iii.q.vii. Si q̄s adeo ꝓcax fuerit. Idē dicit Tho.in ſumma.arti.iii.argu.iii. Nō aduocato defendēti cauſaꝫ iuſtā licitū eſt prudenter occultare ea q̄bus impediri poſſet ꝓceſſus eius. Non aūt licet ei aliqua falſitate vti.vide.ſ. q.proxima. Modus aduocandi.

¶ Queſtio.clxxiii.

Quale ſalarium poſſit exigere vel recipere. R̄ñ.ſm Ray.ibidē.ſalariū moderatū petat ſiue ab initio cū facit pactū ſiue ex poſtfacto ſi ab initio nō fuerit determinatū q̄ntū eſſet. Attēdiſ aūt hic moderamē ſalarij circa quatuor. Primum eſt q̄ntitas cauſe. Scḋꝫ labor aduocationis. Tertiū ſcientia facūdia ⁊ honeſtas aduocantis. Quartū ꝯſuetudo regionis. iuxta hoꝝ q̄tuor ꝯſiderationē vel maius vel minus poteſt ⁊ dꝫ taxari.iii.q.vii.§. apud vrbē.⁊ ar.xii.q.ii.vulterane.⁊.c.ꝯceſſo.extra de p̄ben.de multa.ver.circa ſublimes ⁊ literatas Raymund⁹ Salariū aduocati.

pſonas ꝛc. Ille em̄ gradu ceteros antecedit quē la
boꝛ prolixioꝛ ꝛ ſtipendia lōgioꝛa fecerint anteire.
diſt. lxj. miramur. Et facit op. arg. ad hoc. ff. de va
rijs ꝛ extraoꝛ. cog. l. j. §. honoꝛaria. Concoꝛdat his
Thomas. Tho. arti. iiij. idem Ulri. ¶ Gregorius th̄ decim⁹
Ulricus. in. c. vbi. ſ. pcipit Ne aliq̄s aduocat⁹ in quacunq̄
cauſa vltra. xx. libꝛas turoñ. pcuratoꝛ vo vltra. xij.
libꝛas turoñ. recipere pſumāt noīe ſalarij vel etiā
ſub coloꝛe palmarij. i. victoꝛie. Et ſi q̄d vltra predi
ctam ſummā receperint nequaq̄ dñium illi⁹ acq̄
rēt ſʒ ad reſtitutionem tenent. nec eis aliq̄d de hoc
remitti pōt in fraudē hmōi ꝯſtitutionis. ꝛ nihilo
min⁹ aduocat⁹ huius ꝯſtōnis trāſgreſſoꝛ ab aduo
cationis officio triēnio ſuſpēdat. pcuratoꝛ vo ex
tunc ſibi ſciat cuiuſlibet pcurationis in iudicio li
Raymund⁹ cētiā denegatā. ¶ Seq̄tur in Ray. caueat aūt ante
oīa aduocat⁹ ne petat emolumētū ſiue ſalariū cū
graui dāno litigatoris. iij. q. vij. §. arcent. ¶ Itē ex
quo cauſa eſt incepta nullū faciat pactū cum liti
gatoꝛe quē in ꝓpriā recepit fidē: q2 poſſet occaſio
eſſe magni piculi. iij. q. vij. §. ppterea nō licet. Nā
Gloſſa. ſm glo. hic q̄ſi videret cauſam in periculo tunc co
geret clientulū ſuū inire pactū cū eo ꝛ dare ei ſala
rium ad debitū. Idē Ulri. ¶ Hoc etiā intrepide
teneas q̄ adhibitis circūſtātijs ſupdictis licite pōt
Aduocatus. ꝛ ſine peccato aduocat⁹ petere ſalariū. vñ Augu.
Nō licet iudici vēdere iuſtū iudiciū ꝛ ſi licet aduo
cato vēdere iuſtū iudicium ꝛ iuriſcōſulto rectum
cōſiliū. xj. q. iij. nō licet. Dign⁹ eſt operari⁹ merce
de ſua. Luce. x. Nec tenet aliq̄s ſuis ſtipēdijs mili
Hoſtienſis. tare. j. Coꝛinth. ix. idē Ulri. Tho. ꝛ Hoſti. vbi. ſ. qd̄
aūt dicit Augu. q̄ iuriſcōſulto licet vēdere rectum
ꝯſiliū. intellige q̄ñ laboꝛat in voluēdo libꝛos ꝛ ſtu
dendo: ꝛ reſpiciēdo acta: ꝛ diſputādo foꝛte cū alijs
peritis. alſ ſi ſine laboꝛe poſſet reſpōdere. credo q̄
nihil deberet recipere: imo q̄ gratis accepit a deo
gratis dare. Idē Ulri. ꝛ Hoſt. in rubꝛi. de peni. ꝛ re.
ſub. §. qd̄ de aduocatis. ver. ſed ꝛ pauperi. dicit hic
nō intelligo q̄ñ petēs ꝯſiliū diues eſt: q2 ꝛ ſi nō la
boꝛat mō: laboꝛauit tñ ſtudēdo ꝛ addiſcēdo: ergo
pōt exigere ſalariū cōpetēs: vt in. c. nō licet. ꝛ. xiiij.
q. v. nō ſane. ¶ Itē no. ſm Hoſt. in rubꝛi. de poſtu
lando. §. ij. q̄s poſtulare. ver. ꝛ illud qd̄ nō licet pa
ciſci cū aduocato de certa pte litis ſcʒ quota. puta
decima vel cēteſima: alſ interdicit ꝯ et foꝛis ꝛ etiā
remouend⁹ eſt a cōione alioꝝ patrocinatoꝝ. C. de
poſtul. l. ſi q̄ aduocatoꝝ. Sed de quota licet dū mo
do nō excedat ꝯſtitutā ſummā ſcʒ cētū aureos ſm
Centum au- leges: ſed ſm Grego. xiij. viginti libꝛas. ¶ Itē ad
reos. dit Hoſti. ibidē circa fi. Si incertū pactū eſt de ſa
lario pōt aduocat⁹ imploꝛare officiū iudicis vt pro
modo facūdie ꝛ ſciētie iuxta ꝯſuetudinē foꝛi ꝛ pro
quātitate negocij ſeu qualitate ſalariū reddat: dū
modo non excedat legitimū modū. ff. de var. ꝛ ex
traoꝛdi. cog. l. j. §. in honoꝛarijs.

¶ Queſtio. clxxiiij.

Utrū aduocat⁹ teneat pſtare patrocinium cau
Raymund⁹ ſe pauperū. R̄ñ. ſm Ray. ibidem dicit q̄ pro
miſerabilib⁹ pſonis que ꝓpter defectū aduocati
nō poſſunt ꝯducere amittūt cauſas ꝛ grauant in
iuſte: intelligo q̄ teneat aduocare ꝛ de ſua ſciētia
elemoſynā dare. xj. q. iij. paup. vbi ſic dr̄ paup dum
Patrocina- nō hʒ qd̄ offerat audiri ꝯtēnit ſed etiā cōtra veri
ri paupib⁹. tatē opprimit cito violat auro iuſtitia: nullāq̄ re⁹
ptimeſcit culpā quā redimere nūmis eſtimat. idē
Thomas. Ulri. ꝛ Hoſti. ¶ Sʒ Tho. in ſumma arti. j. pfecti⁹
hoc determiat dicēs qd̄ cū pſtare patrocinium cauſe
pauperū ad opus mīe ptineat. Idē eſt hic dicēdū
qd̄ ꝛ de alijs operib⁹ mīe dr̄. Null⁹ em̄ ſufficit oīb⁹
Auguſtinus indigētib⁹ mīe opē impēdere. Et ideo ſicut Aug.
dicit in pꝛimo de doctri. xpiana. Cū oīb⁹ pdeſſe nō
poſſis his potiſſime ꝯſulēdū eſt q̄ p locoꝝ ꝛ tēpoꝝ
vel quarūlibet reꝝ oppoꝛtunitatib⁹ ꝯſtricti⁹ tibi q̄ſi
quadā foꝛte iūgunt. Dicit aūt p locoꝝ oppoꝛtuni
tatib⁹: q2 nō tenet hō p mūdū q̄rere indigētes q̄b⁹
ſubueniat ſʒ ſufficit ſi eis q̄ ſibi occurrūt mīe op⁹
impēdit. vñ dr̄ Exo. xxiij. Si occurreris boui ini
mici tui aut aſino errāti reduc eū. Addit aūt ꝛ tē
poꝛū: q2 nō tenet hō future neceſſitati alteri⁹ pui
dere ſed ſufficit ſi in pſenti neceſſitate ſuccurrat.
vnde dr̄. j. Io. iij. Qui viderit fratrē ſuū neceſſitatē
patiētē ꝛ clauſerit viſcera ſua ab eo ꝛc. Subdit aūt
vel quarūlibet reꝝ: q2 hō ſibi ꝯiunctis quacūq̄
neceſſitudine: maxie dʒ curā impēdere. ſm illud
j. Thymo. v. Si q̄s ſuoꝝ ꝛ maxie domeſticoꝝ curā j. Thymo. v.
nō hʒ fidē negauit. ¶ Quib⁹ tñ ꝯcurrētib⁹ ꝯſiderā
dū reſtat vtrū aliq̄s tātā patiat neceſſitatē q̄ nō in
ꝓmptu appareat. q̄ñ ei poſſit aliter ſubueniri. et
in tali caſu tenet ei op⁹ mīe īpēdere. Si aūt appa
reat q̄ñ ei aliter ſubueniri poſſit vel p ſeipm vel
per aliā pſonā magis ꝯiūctā: aut maioꝛē facultatē
habentē nō tenet ex neceſſitate indigēti ſubuenire
ita q̄ nō faciēdo peccet q̄uis ſi ſubueniret in tali
neceſſitate laudabilr̄ faciat. vñ aduocat⁹ nō tenet
ſemp cauſe pauperū pꝛocinū pſtare ſʒ ſolis ꝯcur
rētib⁹ ꝯditionib⁹ pdictis. alioq̄n oporteret eū oīa
alia negocia pretermittere ꝛ ſolis cauſis pauperū
iuuādis intendere. ¶ Et idē dicendū eſt de medi
co q̄tum ad curationē pauperū. de quo etiā ſubiū
git hic Ray. q̄ tenet gratis de medicina ſua curā
ꝛ ꝯſiliū īpēdere pauperi lāguido. vñ Symach⁹ pa
pa nō eſt grādis dr̄a vtrū letū. i. moꝛtē iferas vel
admittas. i. iferri patiaris. Moꝛtē em̄ lāguentib⁹
pbat infligere q̄ hāc cū poſſit excludere nō exclu
dit. lxxxiij. di. in pn. Nota ibidem in glo. plura q̄ñ
ſcʒ medic⁹ etiam diuites teneat curare. ſed intelli
ge ſm Tho. vt. ſ. de aduocato.

¶ Queſtio. clxxv.

In q̄bus caſibus teneat aduocat⁹ ad reſtitu
tionē. R̄ñ. ſm Ray. ibidē ad reſtōnem tenet Raymund⁹
oīm que aliq̄ ꝯtra quos pſtabat patrocinū ꝓpter
ipſius pertinaciā iniuſte amiſerūt. tenet etiā illis
q̄bus pſtitit auxiliū ſi ꝓpter ſuā infidelitatem vel
negligētiā vel imprudentiā amiſerūt cauſam. idē
Hoſt. in rubꝛi. de peni. ꝛ remiſ. vbi. ſ. Glo. dicit de
imprudētia hoc intelligo q̄ñ iactabat ſe prudentē
alſ nō. ¶ Itē vt dicit Hoſti. ibidē. Si aduocat⁹ p Hoſtienſis.
cauillationē ſuā abſtulit aduerſario bonā cauſam Aduocatus.
vel ipſum grauauit in aliquo petēdo dilationē ſu
perfluā: vel allegādo falſo ꝯtra ꝯſcientiā: vel faciē
do ponere duplicē vel cauilloſam: vel per inſtru
ctionē falſi teſtis: vel q2 induxit clientulū ſuum ad
negādū veritatē tenet inſolidū quo ad verū inter
eſſe. ¶ Gregoꝛi⁹ etiā decim⁹ in ꝯſtitutione ſupra Gregoꝛi⁹. x.
dicta ſtatuit q̄ aduocat⁹ id qd̄ iniqua aduocatiōe
vel ꝯſilio recepit tenet duplū reſtituere. Et nihilo
minus de dānis tenet leſis ſatiſfacere. Et idē ſta
tuit de pcuratoꝛe. Seq̄tur in Ray. tenet etiā ſi ex
toꝛſit ſalariū, vnde nō debuit extoꝛq̄re: vel ſi vltra
quā debuit hēre extoꝛſit. alſ ſi abſq̄ fraude ꝛ dolo
ipſius aliqua eſſent ei ſpōte oblata a ſuo clientulo
ſi accipiat nō dico eū teneri ad reſtōnem. Et idem
dico de iuriſcōſulto. xiiij. q. v. non ſane. in fi. ꝛ. q. vj.
ſi res. Et pōt adduci ad hoc p ſilē q̄ habes. ſ. e. ti.
q. cxiij. vtrū iudices. Satis etiā ꝯcoꝛdat Hoſti. cū
predictis: vt patet. ſ. q̄ōne. clxxiij. quale ſalarium.
¶ Item dicit Hoſti. vbi. ſ. q̄ ſi aduocatus in cul
pa fuit pro tāto q̄ nō fuit idoneus ad aduocandū
vt religioſi in caſu nō cōceſſo vel in ſacris ꝯſtituti
tenet reſtituere. Et addit. tñ in hoc caſu non credo

ſi alſ

ſi alſ aduocat⁹ diligenter ſuū officiū exeqtur niſi in culpa ſit amiſſionis cauſe ꝙ debeat reſtitutio fieri illi a quo recepit. ſed alſ eſt ei iniungendū vt illud expendat ad pias cauſas.

℄ Queſtio.clxxvi.

QUero etiam quare nō eſt peccatū aduocato cōmittere ſe diſcrimini inuādo vnū in preiudiciū alteri⁹ qñ dubitat verū clientulus ſu⁹ dicat ei verū de meritis cauſe. cū dicat Ambro. ꝛ ſi non pōt alteri ſubueniri niſi alter ledaꝛ cōmodius eſt neutrū iuuari ꝙ grauari alterū. xiiij.q.v. denicꝫ. Cū etiā q̄ ſubdit⁹ nō ſcit illius de quo dubitat vtrū iuſtū moueat bellū nō debeat cōmittere ſe diſcrimini inuādo eū. R̄ñ. ſm glo. hic aliud eſt in bello aliud in foro cauſarū. In bello em̄ virib⁹ nituntur bellātes nō iure: ſed in cauſis iure nituntꝛ litigantes ꝛ ſub iudice qui cauſam examinat.

In dubijs cauſis.
Gloſſa.

De teſtibus. Rubꝛicella.

POſtꝙ dictū eſt de iudicib⁹ ꝛ aduocatis cōſequēs eſt vt etiam de teſtibus aliqua ſubijciantꝛ ad inſtructionē confeſſorum ꝗuis hec materia magis ſpectet ad forum contentioſum.

℄ Queſtio.clxxvij.

Goffredus.

QUero ergo primo q̄s poſſit eſſe teſtis. R̄ñ. ſm Gof.lib.ij.ti.xx. de teſtibus ꝛ atteſtationibus. Teſtes eſſe poſſunt q̄ nō ꝓhibentꝛ in teſtib⁹ autem.vij. potiſſime ꝯſiderāda occurrūt. vñ ꝟſus Conditio: ſexus: etas: diſcretio: fama. Et fortuna: fides: in teſtibus iſta requires. ℄ Conditio: qꝛ ſeru⁹ a teſtimonio repelliꝛ. ſeruata tñ diſtinctione. C.e. ti.l. ſi ꝟo dicaꝛ. Aliqñ tñ admittiꝛ vt deficiētibus alijs ꝓbationib⁹ ſed cū tormētis tunc admittitur vel ſi qraꝛ de facto ipſi⁹ ſerui: nō tñ pro dño nec cōtra dñm: vt.iiij.q.iij.§.in crimiali.ver.itē ſi ſeru⁹.

Teſtis.
Femina.

℄ Sexus: qꝛ femina nō admittiꝛ i cauſa crimiali: vt.xxxiij.q.v.mulierē. In ciuilib⁹ aūt admittiꝛ: vt xv.q.iij.§.ex eo. In crimialib⁹ ꝟo mulieres admittuntꝛ ad teſtimoniū cū ciuiliter agiꝛ de crimie etiā cōtra clericos: vt extra eo.ti.qm̄ tam literis. addit Hoſti.ea.rubri.§.ij.ver.ſexus. ꝙ ſm leges nō admittiꝛ mulier in teſtamētis: vt inſti.de teſtamētis §.teſtis. Inno. etiā extra de verbo.ſig.in glo. ſup.c. forus.dicit ꝙ femina in cauſis crimialib⁹ in teſtamētis teſtis eſſe nō pōt: vt in dicto.§.ꝛ.xxxiij.q.v. mulierē. Idem Ber.in glo. ibidē. Idem etiā dicit glo.xv.q.iij.ſup.§.ex eo. vide de hoc.ſ.e.ti.q.ciiij. qualiter ꝯficiaꝛ.

Hoſtienſis.
Etas.

℄ Etas: qꝛ minor.xiiij.annis nō admittiꝛ in ciuilib⁹: vt.iiij.q.iij.c.j. In criminalib⁹ aūt minor.xx. vt ibidē.§.item in criminali. ver.itē in teſtimoniū. Diſcretio: qꝛ non admittiꝛ furioſus ꝛ mentecaptus. Fama: vt extra eo.teſtimoniū. Nam ſi vita bona defuerit fide carebit. extra de ver.ſig.forus.in fi. ℄ Fortuna ſcꝫ vtrū ſit locuples vel egen⁹: vt.iiij.q.iij.§.item in criminali. in ver.ſi teſtes. ℄ Fides: qꝛ infidelis cōtra fidelē nō admittitur: vt.ij.q.vij.ſi heretic⁹.xxiiij.q.iiij.ipſa pietas. ℄ Ideo aūt dixi ſeptē potiſſime qꝛ ꝛ alia cōſiderāda ſunt ſcꝫ an ſit odioſus ex crimine vt in auꝛ.e.ti. §.ſi ꝟo odioſi. ℄ Itē nō admittiꝛ q̄s ad teſtimonium in cauſa ſua principalr vel ſcdario: vt.C.de teſtibus.l.olbus. vnde vēditor in cauſa rei vēdite nō admittiꝛ pro emptore: quia propria venditoris cauſa videtur. Necꝫ debitor in cauſa pignoris pro creditore: vt.ff.de appel.l.ab executore. §.alio cōdēnato. Fallit hoc in legatarijs ꝛ fideicōmiſſarijs qui ferūt teſtimoniū in cauſa teſtamēti cū agiꝛ de hereditate nō de legatis ꝛ fideicōmiſſis. ℄ Item fallit in collegijs ꝛ corporib⁹ quoꝝ aliq̄ in cauſis vniuerſitatū ferre teſtimoniū poſſunt.xiiij.q.ij.ſuper prudētia. extra eo.ti. inſup.ꝛ.c.cū nūci⁹. et hoc ideo: qꝛ cauſe vniuerſitatū nō ſunt ſinguloꝝ ꝛ ſi cōmode ꝯtingat ſingulos: vt.xij.q.ij. q̄s manumittiꝛ.

Fallencie.
Collegium.

℄ Itē obſcuri ꝛ ignoti nō admittuntꝛ vel admittūtur cū tormētis ſeu verberib⁹ inferēdis a iudice ſi adminiſtrator ſit: vt in auꝛ.eo.ti.§.ſancim⁹. Item executores negocioꝝ vt extra eo.ti. inſup. Itē non admittiꝛ q̄s in cauſa cōi: qꝛ cauſa cōis duoꝝ vtriuſꝙ eſt: vt arg.ff.de ritu nup.l.illud. Et idē dico in ſocio criminis ꝛ participe: vt.iiij.q.iij.§.itē in criminali.in verſi.itē liberi. extra eo.titu.veniēs. nec obſtat extra eo.ti.qm̄. Nā illud ſpāle eſt in cauſa denūciatiōis. vel ibi admittuntꝛ ſocij criminis ad ꝓſumptionē: vt extra de adulte.ſignificaſti. Nam ꝛ iudex recuſari poteſt in cauſa conſilii cū litigatore: vt extra de iudic.cauſam. Crediꝛ tñ ſociis criminū i exceptis: vt.lxxix.di.ſi q̄s pecunia.vi.q.j.ſi q̄s cū militib⁹.xv.q.iij.nemini. extra de ꝯfeſſis.c.j.

Ignoti.

℄ Itē generalr parētes ꝛ filij in infinitū cōtra ſe teſtimoniū nō ferūt: vt.C.eo.ti.l.parētes. Itē ꝛ pro ſe teſtimoniū nō ferūt. Gnaliter em̄ verū eſt ꝙ pr filio ꝛ fili⁹ patri ydoneus teſtis nō eſt: vt.iiij.q.iij. §.itē in criminali.in ver.itē teſtis. ff.eo.ti.l.teſtis. Idē etiā de matre. ℄ Cauſalr tñ admittūꝛ ad teſtimoniū pater ꝛ mater pro filio ſcꝫ cū queriꝛ de etate vl̄ de natiuitate. extra q̄ fil.ſint legi.c.trāſmiſſe. ꝛ.c.per tuas. Itē vbi agiꝛ de impedimēto matrimonij ratione ꝯſanguinitatis vel affinitatis: vt extra eo.titu.quotiēs. Ceterū ſi agaꝛ an matrimoniū ſit cōtractū vel nō tunc admittiꝛ: vt.ff.de teſta.l.q̄ teſtamēto.§.per cōtrariū. Itē pater ꝛ fili⁹. Item duo fratres i eodē teſtamēto teſtes eſſe poſſunt: vt.iiij. q.iij.§.itē in criminali.in ver.itē pater. ℄ Quedā tñ ꝑſone ſunt q̄ aduerſus ꝯiūctos ſuos teſtimoniū dicere non cogunꝛ: vt in eodē.§. in ver.item.l.iuꝛ.

Parentes.
Liberi.

℄ Itē de domo actoris vel accuſatoris teſtes produci nō debēt. Suſpectū eſt enim in ea re domeſticum teſtimoniū: vt.iij.q.v.per totum.iiij.q.iij.§. item in criminali. ver.item.ꝛ iure ciuili. ℄ Item omnes qui ſuſpecti ſunt in iudicando ſuſpecti ſunt ꝛ in teſtificando: qꝛ teſtes abſꝙ infamia ꝛ ſuſpitione eſſe debent: vt.ij.q.vij.teſtes. Hoſti.tñ dicit ꝯtra ſcꝫ ꝙ multa repellunt iudicē q̄ nō repellerēt teſtē. hi tñ oēs q̄ repelli poſſunt de iure admittendi ſunt: ſi is cōtra quē ꝓducunꝛ eoꝝ in teſtimonio i alio iudicio vſus fuerit: niſi inimicicias poſtmodū exortas docuerit: vel aliq̄d aliud legitimū poſt emergēs ſeu corruptionē: vt.iiij.q.iij.§.itē in criminali. in ver.item ſi q̄s teſtib⁹.ꝛ.C.eo.ti.l.ſi q̄s teſtib⁹. idē Hoſti.ver.eſt tñ notādū. ℄ Nota etiā ſm Ber.ꝛ Hoſt. extra de reb⁹ eccle.nō alie.in glo. ſup.c.ſi q̄s ꝑſbyteroꝝ. qꝺ teſtis q̄ ſubſcribit ſciēter noīe ꝓprio ſibi ꝑiudicat: nec pōt poſtea reclamare Sec⁹ ſi ſubſcribit noīe alieno: qꝛ per hoc nō intelligiꝛ cōſentire. De hoc etiā extra de his que fiunt a prela.ſine ꝯſen.cap.in glo.ſup.c.quāto. ℄ Ex hoc collige ꝙ nō fit ꝑiudiciū alicui ſi aliq̄d ſit eo ꝑſente ꝛ nō ꝯtradicēte niſi aliqꝺ ſignū det ꝯſenſus ſui. ℄ Addit Hoſti.§.vbi.ꝫ.repelluntꝛ ꝙ qui ꝓcurator fuit in principali vel aduocat⁹ nō pōt eſſe teſtis in cauſa appellatiōis: vt dicit Inno.qrt⁹ extra eo.ti. fraternita. R.j. Itē de domo iudicis nec teſtis nec accuſator ꝓduciꝛ.iiij.q.iiij.c.ſi. ℄ Item repelluntꝛ domeſtici generalr iure ciuili.iij.q.v.per totū. Dicuntur aūt domeſtici coloni aſcriptitij filij ſerui ꝛ mercēnarij ꝛ hi q̄ de familia ſunt alicui⁹. extra eo. titu.in lr̄is.ꝛ in glo. Ber.ibidē. ℄ De vxore etiā dicit Hoſt. ꝙ repellēda eſt qꝛ nemo de domo ꝓpria teſtē pōt ꝓducere. ff.eo.ti.l.penul. Alij tñ cōtra qꝛ

Bernard⁹.
Hoſtienſis.
Vxor.

ſpāliter nō habeť. ¶ Nota etiā φ ſicut per teſtes ꝛ
per inſtr̄a aliq̄ ꝓbanť: ita ꝛ ſcriptura librorꝫ anti-
quorꝫ faciat fidē: vt extra de ꝓbationib⁹. cū cauſaꝫ.
ꝛ ſm̄ Her. in glo. ibidē. ꝛ extra de ꝑſcrip. ad audiē-
tiam. Item ſi reperiať ſcriptura in aliqua colūna
vel lapide et ſtať. xxiiij. q. ij. ſane. ij. Hec ōia talia
faciūt plenā fidē. ſed illa tm̄ q̄ ſub cuſtodia publi-
ca remanēt ꝛ fideli. Alia aūt adminiculū ꝑſtant.

¶ Queſtio. clxxviij.

Quotus numer⁹ teſtiū reqrať. R̄ń. ſm̄ Hoſt.
ꝛ Gof. ibidē duo teſtes ad min⁹ ſunt neceſ-
ſarij: vt. ff. eo. ti. l. verius. ꝛ. iiij. q. ij. §. itē in crimi-
nali. in ver. item. ver. in plurib⁹ tm̄ cauſis reqritur
maior numer⁹ teſtiū. Nā in depoſitione cardina-
liū epōꝝ reqrunť. lxxij. teſtes. Si ꝑſbyter ſit. xliiij.
Si dyacon⁹ ſit. xxvj. Si ſubdyacon⁹ vel inferior ad
min⁹. vij. vt. ij. q. v. ꝑſul. ꝛ. c. nulla. Itē in teſtamētis
ſm̄ leges reqrunť. vij. teſtes rogati. que tm̄ leges
videnť correcte. extra de teſtamētis cū eſſet. ꝛ. c. re-
latū. Et hoc q̄dam intelligūt in foro eccleſiaſtico
ſec⁹ in ſeculari. Itē exigunť. v. teſtes in codicillis:
vt. C. de codicillis. l. vlti. in fi. Et ſilr̄. v. in donatiōe
cauſa mortis: vt. C. de dona. cau. mor. l. vlti. Itē. v.
reqrunť teſtes in ꝯfeſſione creditoris dicētis ſibi
pecuniā ſolutā ꝛ debēt eſſe rogati vt in teſtamētis
Unus teſtis vt C. e. auť. rogati. ¶ Unus aūt teſtis in cauſa nō
ſufficit: vt in. §. itē in criminali. in ver. vni⁹ ꝓo. vn⁹
Goffredus. tm̄ teſtis facit ꝑſumptionē. ¶ Itē ſm̄ Gof. crediť
vni⁹ teſtimonio in oīb⁹ his in q̄b⁹ alteri ꝑiudiciū
nō inferť: puta ſi dubiteť de baptiſmo alicui⁹: vel
an eccleſia ſit ꝯſecrata: vt de ꝯſecra. di. iiij. ꝑuulos.
et. c. cū itaq̄. Cōcordat ꝑdictis Ray. li. iij. ti. xxiij.
de numero teſtiū in numero. Idē Hoſti. §. quot⁹.
Hoſtienſis. ver. item in his. ¶ Addit Hoſti. ibidē φ ſtať etiā
teſtimonio vni⁹ vbi de ꝯſenſu partiū ita ꝯuenit: cū
ꝛ teſtimonio aduerſarij ſtari poſſit. C. de fideicō-
miſſis. l. vlti. Itē q̄ñ q̄riť vtrū aliq̄s ſit emēdat⁹ de
crimine ſtať teſtimonio ſacerdotis: vt extra eo. ti.
teſtimoniū. Cū cm̄ ſecreto ꝯfiteať aliter ꝓbari nō
pōt. Item prima denūciatio caritatiua eadē rōne
ꝓ vnū tm̄ ꝓbať: qꝛ nec aliť pōt: vt extra eo. ti. in ol.

¶ Queſtio. clxxix.

Testis quo-tiens. Quotiēs teſtes ꝓduci poſſint. R̄ń. ſm̄ Hoſt.
§. vij. ꝛ quotiens. ꝛ rubri. viij. de dilationib⁹.
Hoſtienſis. §. iiij. et q̄b⁹. ver. videť tm̄. tres ꝓductiones tm̄ fie-
ri poſſunt infra vnā dilationē in cauſis eccleſiaſti-
cis vel ciuilib⁹. ſꝫ quarta nō ꝯcediť niſi iuret φ nō
didicerit teſtificata. q̄nta nullo modo. extra eo. tit.
in cauſis. Et hoc intelligas ſi in prima ꝓductione
ſcḋa ꝛ tertia ꝓducit aliquē teſtē: vel ſi impeditus
fuiſſet in prima ſcḋa ꝛ tertia ꝓbato impedimento
ſine aliquo ſacro dabiť ſcḋa dilatio ſicut ꝛ cētesi-
ma vel milleſima ſm̄ dñꝫ meū ſcꝫ Innocētiū q̄rtū
ſic intellige extra eo. titu. vlti. ¶ Nota etiam ſm̄
Gof. φ quatuor ſunt q̄ tollūt copiā ꝓbādi per te-
ſtes ſcꝫ publicatio atteſtationū. Renūciatio teſtiū
ſeu concluſio. Quarta ꝓductio ꝛ numer⁹ teſtium
effrenatus.

¶ Queſtio. clxxx.

Quare cōtra quaſdā perſonas vt cōtra epōs
ꝛ maiores ꝑſonas vt ꝑdictū eſt reqriť maior
Thomas. numer⁹ teſtiū q̄ꝫ ꝯtra alios ſimplices hoīes. R̄ń.
ſm̄ Tho. in ſumma. arti. ij. arg. iij. dicendū φ ma-
gna multitudo teſtiū reqriť ſpālr̄ ꝯtra epōs ꝑſby-
teros dyacones ꝛ clericos rōne eccleſie ꝓpter eius
dignitatē. Et hoc triplici rōne. Primo qꝛ in ea ta-
les inſtitui debēt quorꝫ ſanctitati plus crediť q̄ꝫ in-
iuſtis teſtib⁹. Scḋo qꝛ hoīes q̄ habēt de alijs iudi-
care ſepe ꝓpt iuſtitiā multos aduerſarios habēt
vnde nō eſt paſſim credēdū teſtib⁹ contra eos niſi
magna multitudo ꝯueniat. Tertio qꝛ ex ꝯdēnatio-
ne alicui⁹ eorꝫ derogareť in opinione hoīm digni-
tati illi⁹ eccleſie ꝛ autoritati qḋ eſt periculoſi⁹ q̄ꝫ in
ea tolerare aliquē peccatorē niſi valde publicū et
manifeſtū de quo graue ſcādalū oriretur.

¶ Queſtio. clxxxj.

Quid iurare debeāt teſtes ꝛ qualr̄ ꝛ an remit-
ti poſſit iuramētū. R̄ń. ſm̄ Hoſti. in rubri. Hoſtienſis.
de teſtib⁹. §. iiij. quid debeat. Iurare debenť tactis Iuramentū
ſacroſanctis euāgelijs: niſi ſit epūs vel ſacerdos. hi teſtis.
eīm iurabūt ꝑpoſitis euāgelijs nō tactiſ. extra de iu-
ramēto calū. c. vlti. Alij dicūt hoc ſpeciale in epō.
¶ Itē remittiť iuramentū de ꝯſenſu partiū. extra
eo. ti. tuis. alr̄ quātecūq̄ religiōis ſit teſtis nō cre-
diť ei niſi iurauerit ſi aduerſari⁹ cōtradixerit etiā
fratri minori. extra eo. ti. nuper. niſi cū tractať de
ventre inſpiciēdo. ꝛ q̄ñ matrone inſpiciunt an ali-
qua ſit virgo: in cauſa tm̄ matrimoniali nō pōt re-
mitti iuramentū: qꝛ nec ꝯfeſſioni ꝯiugum ſtatur.
extra de eo q̄ cogno. ꝯſan. vxo. ſue. ſuper eo. ¶ Dꝫ
aūt iurare φ totā veritatē dicat quā nouit de cau-
ſa illa. iij. q. ix. hortamur. ꝛ ſolā veritatē ſcilꝫ φ nec
falſuꝫ admiſceať: nec de ſuo aliq̄d adiciat. iij. q. ix. Cōſuetudo.
pura. ¶ Itē addiť de cōſuetudine φ nulli pandat
teſtimoniū ꝛ bene: vt. iiij. q. iij. ver. itē q̄ falſo. extra
eo. ti. fraternitatis. ¶ De forma iuramēti in inq̄-
ſitione ꝛ teſtiū ſynodaliū habebitur infra. lib. iij.
ti. xxxj. de purgatione ꝛ acq̄ſitione. q. vj. qualr̄ ſit.

¶ Queſtio. clxxxij.

Qualiter teſtes deponere debeāt: ꝛ an liceat
eis aliq̄d recipere. R̄ń. ſm̄ Ray. §. xl. Teſtis Raymund⁹
dꝫ eſſe cōis ꝑſona ſicut ꝛ iudex. Et ꝓ vtraq̄ꝫ parte
dicere purā ꝛ merā veritatē quā ſcit de facto ſuper
quo inducitur: nec adiecta aliqua falſitate. iij. q. ix.
hortamur. iiij. q. iiij. null⁹. viij. q. v. non ſane. ¶ Itē
nihil dꝫ recipere pro teſtimonio ferendo. Nā ſicut
ſn̄ia nō dꝫ eſſe venalis: ita nec teſtimoniū. vn̄ Au- Auguſtinus
guſti. dicit. Cū iudicia ꝛ teſtimonia q̄ nec iuſta nec
vera vendēda ſunt iniqua ꝛ falſa venduntur. multo
ſcelerati⁹ vtiq̄ꝫ pecunia ſumiť: qꝛ ſcelerate ꝛ q̄uis
a volentib⁹ datur. xiiij. q. v. non ſane. Expenſas tm̄
pōt recipere ab aliquo q̄ eum ꝓducit. iiij. q. iij. ven-
turis. idem Ulri. lib. vj. tracta. iij. c. xiiij. §. nihil.
idem etiam Hoſti. in Rub. de peni. ꝛ remiſ. ſub. §.
quid de teſtibus.

¶ Queſtio. clxxxiij.

Quid de teſtibus cū teſtis ꝓduciť ſup re de q̄
non eſt oīno certus ſed dubitat vel putat ſe
certū cum tm̄ falſum ſit. R̄ń. ſm̄ Tho. in ſumma Thomas.
q. lxx. arti. iiij. arg. j. dicendū φ in teſtimonio ferē-
do nō dꝫ hō ꝓ certo aſſerere q̄ſi ſciēs illud. de quo
certus nō eſt. Sꝫ dubiū dꝫ ſub dubio ꝓferre. ꝛ hoc
de quō cert⁹ eſt pro certo aſſerere. ¶ Sed qꝛ cōtin-
git ex labilitate hūane memorie qḋ reputat ſe hō.
q̄ꝫq̄ꝫ certū eſſe de eo qḋ falſum eſt ſi aliq̄s cū debi-
ta ſollicitudine recogitans eſtimet ſe certū eſſe de
hoc qḋ falſum eſt: nec peccat mortaliter hoc aſſe-
rens: qꝛ nō dicit falſum teſtimoniū per ſe ꝛ ex intē-
tione ſed per accidens cōtra id quod intendit.

¶ Queſtio. clxxxiiij.

Utrum homo teneať ad teſtimoniū ferendū.
R̄ń. ſm̄ Tho. in ſumma ea. q. arti. j. dicendū Thomas.
φ in teſtimonio ferendo diſtinguēdū eſt: qꝛ aliq̄ñ Homo ad
reqriť teſtimoniū alicui⁹. aliq̄ñ nō reqriť. ſed req̄- teſtimoniū.
riť teſtimoniū alicui⁹ ſubditi autoritate ſuperio-
ris. cui in his que ad iuſtitiā ꝑtinēt obedire teneť:
nō eſt dubiū q̄n teneať teſtimoniū ferre in his in
q̄bus ſm̄ ordinē iuris teſtimoniū ab eo exigiť: pu-
ta in manifeſtis. ꝛ in his de q̄bus infamia ꝑceſſit.
Si aūt exigať ab eo teſtimoniū in alijs puta in oc-
cultis ꝛ

cultis: ⁊ de q̄bus infamia nõ preceſſit nõ tenet̃ ad teſtificandū. ¶ Si võ req̄rat̃ eius teſtimoniū non autoritate ſuperioris cui obedire tenet̃: tūc diſtinguendū eſt: q: ſi teſtimoniū req̄rat̃ ad liberandū hoīem vel ab iniuſta morte ſeu pena quacūq; vel a falſa infamia: vel etiā ab aliquo dāno tunc tenet̃ homo ad teſtificandū. Et ſi ei⁹ teſtimoniū nõ req̄rat̃ tenet̃ facere qḋ in ſe eſt vt veritatē denūciet alicui qui ad hoc poſſit ꝓdeſſe.

Pſalmiſta. ¶ Dicit̃ eñ in pſal. Eripite pauperē ⁊ egenū de manu peccatoris liberate. et

Prouerbioꝝ.xxiiij. Prouerbioꝝ.xxiiij. Erue eos q̄ ducunt̃ ad mortē. et Ro.j. Digni ſunt morte nõ ſolū q̄ faciūt ſed etiā q̄ ꝯſentiūt facientib⁹. vbi dicit glo. Cõſentire eſt tacere cū poſſis arguere. ¶ Sup his võ q̄ ꝑtinent ad ꝯdēnationē alicui⁹ nõ tenet̃ aliq̄s ferre teſtimoniū niſi cū a ſuperiore cõpellit̃ ſm ordinē iuris. q: circa hoc ſi veritas occultet̃ nulli ex hoc ſpūale dānū naſcit̃. Et ſi immineat ꝑiculū accuſatori nõ eſt curādū: q: ipſe ſe in hoc ꝑiculū ſpõte īgeſſit. Alia aūt rõ eſt de reo cui ꝑiculū iminet eo nolēte.

Raymund⁹ Auguſtinus ¶ Satis ꝯcordat his Ray. vbi. ſ. ⁊ adducit autoritatē Auguſtini dicentis. Si q̄s metu cuiuſlibet ꝑtātis veritatē occultat. iram dei ſup ſe ꝓuocat: q: magis timet hoīem q̄ deū. Et poſt pauca vterq; reus eſt ⁊ q̄ vitatē occultat. ⁊ q̄ ꝓfert mēdaciū: q: ille ꝓdeſſe nõ vult. ⁊ iſte nocere deſiderat. xj.q.iij. quiſq̄s. ¶ Et addit Ray. ibidem dicēs in tali etiā caſu. ſ. cū ꝓpt defectū ꝓbationū videt primū rem ſuā amittere etiā ꝑuilegiate ꝑſone: vt ſacerdotes cogēdi ſunt iurati teſtioniū dicere. xiiij.q.ij. quāq̄. Et hoc itelligas ſi talis eſt cauſa in qua liceat eis ferre teſtimoniū. Non eñ licet in cauſa ſanguinis vt patuit. ſ. in ti. de homicidio. idē Ulri. hec etiā glo. qḋ in odioſis exceptionib⁹ vel in criminib⁹ nõ ꝯſueuerūt teſtes cõpelli paſſim ſ; q̄nq; compellātur vt in inquiſitionibus.

¶ Queſtio.clxxxv.

Thomas. Utrū liceat hoī teſtimoniū ferre de his q̄ ei in ſecreto cõmiſſa ſunt. Rñ. ſ; Tho. eo. arti. argu.ij. Dicendū q̄ de illis q̄ hoī ſunt cõmiſſa in ſecreto per ꝯfeſſionē nullo mõ d; teſtimoniū ferre. q: hmõi nõ ſcit vt hõ ſed tāq̄ dei miniſter. ⁊ mai⁹ eſt vinculū ſacri quolibet hoīs ꝓcepto. ¶ Circa ea

In ſecreto. võ q̄ aliter hoī ſub ſecreto cõmittunt̃ diſtinguēdū eſt. Q̄nq; eñ ſunt talia q̄ ſtatī cū ad notitiā hoīs veniunt. hõ ea manifeſtare tenet̃: puta ſi ꝑtineret ad corruptionē multitudinis ſpūalem vel corporalē vel in graue dānū alicui⁹ ꝑſone. vel ſi q̄d aliud eſt hmõi q̄ q̄s ꝓpalare tenet̃: vel teſtificando vel denūciādo. Et cõtra hoc debitū obligari nõ poteſt per ſecreti cõmiſſum: q: in hoc frāgeret fidē quā alteri d;. Q̄nq; võ ſunt talia q̄ q̄s ꝓdere nõ tenet̃. vnde põt obligari ex hoc qḋ ſibi ſub ſecreto cõmittunt̃: ⁊ tunc nullo modo tenet̃ ea ꝓdere etiā ex precepto ſupioris: q: ſeruare eſt de iure naturali. Nihil aūt põt ꝓcipi hoī ꝯtra id qḋ ē de iure naturali.

¶ Queſtio.clxxxvj.

Ulricus. Q Ue diſcordia teſtiū infirmet teſtimoniū vel non. Rñ. ſm Ulri. vbi. ſ. §. cõcordare. teſtes

Uerſus. debent ꝯcordare in circūſtātijs que hoc verſu continent̃. Res: ꝑſona: loc⁹: grad⁹ hec ſunt, ꝯſona tps. Res: q: ſi vnus dicit de vna re vel de vno facto. et alius de alio teſtimonia ſunt ſingularia. extra de electione. cū dilect⁹. et de ꝓbationib⁹ licet. ꝑſona. Nam iterū ſunt ſingularia teſtimonia. ſi de diuerſis ꝑſonis teſtificant̃. extra de reſcrip. rodulphus. et c. ſignificāte. dicit Hoſti. in rubri. de teſti. §. vij. que diuerſitates. q̄ ſi ponerent̃ certe locutiões nõ obeſſet error nois. Loc⁹ etiā reddit teſtimoniū inefficax vt ptz in exēplo Danielis i cauſa Suſanne Daniel. xiij. grad⁹. q: in m̄rimonij q̄ſtione ſi teſtes deponāt diuerſos gradus cognationis vel affinitatis nõ valet teſtimoniū. extra eo. tit. ſeries. xxxv. q.vj. de parētela. Hec ſunt ꝯſona in teſtimonio eſt tempus niſi vnū dictū includat̃ in alio: vt ſi vnus dicat diē: ali⁹ horā eiuſdē diei: vel niſi ſit factū durabile. Sicut eñ euāgeliſte ꝯcordāt. quoꝝ vnus. ſ. Marcus dicit xp̄m crucifixū hora tertia. alter võ

Thomas. ſc; Lucas dicit hoc factū eſſe hora ſexta. ¶ Satis ꝯcordat his Tho. in ſum. arti. ij. arg. ij. Et addit q̄

Euāgeliſte. ſi ſit diſcordia teſtimonij in aliq̄b⁹ circūſtātijs nõ ꝑtinētib⁹ ad ſubſtātiā facti: puta ſi tps fuerit nubiloſum vel ſerenū: vel ſi dom⁹ fuerit picta aut nõ: vel aliq̄d hmõi. talis diſcordia nõ ꝑiudicat teſtimonio q: hoīes nõ ꝯſueuerūt circa talia multū occupari. vnde facile a memoria elabunt̃. q̄nimo aliqua diſcordia in talib⁹ facit teſtimoniū credibili⁹

Chriſoſto. vt Chriſoſtom⁹ dicit ſuper illud Matth. q: ſi in oībus ꝯcordarēt etiā in minimis viderent̃ ex condicto eūdē ſermonē ꝓferre qḋ tñ prudētie iudicis re

Ulricus. linq̄tur diſcernēdū. ¶ Subiūgit aūt Ulri. vbi. ſ. qḋ dicūt q̄dā variationē loci ⁊ tpis obſiſtere in facto irreiterabili vt eſt occiſio hominis: quia ibi dictum vni⁹ deſtruit teſtimoniū alteri⁹. Et vt dicit Hierony. nõ põt eſſe verū qḋ diſſonat. in facto võ iterabili vt eſt adulteriū etiā cū eadē ꝑſona dicūt diuerſitatē loci ⁊ tpis nõ nocere: q: l; nõ cõueniāt teſtes i facto eodē ſ; numerū tñ ꝯueniūt i eodē crimine ſm ſpeciē. alij aūt ꝯtradicūt ꝑ hoc q̄ Daniel ꝯuicit ꝑ diuerſitatē loci. ꝓſbyteros falſum teſtimonium dixiſſe de adulterio qḋ factum eſt iterabile. ¶ Inter hoc aūt ego dico q̄ l; i rõne teſtimonioꝝ hmõi aſſertiones nõ ſufficiāt ad ꝓbationē: q: ſunt ſingularia. Sufficiūt tñ in rõne ſignoꝝ: q: faciunt ꝓſumptionē violētā. Impoſſibile eñ eſt q̄ plures hoīes nõ ſuſpecti in aliquo ⁊ cõtra quos nihil põt excipi. ⁊ quoꝝ vn⁹ nihil ſcit de alteri⁹ dicto. potius de hoc hoīe ꝯcorditer crimen teſtificant̃ certitudinaliter nõ ex ſuſpitione q̄ de alio hoīe ⁊ ꝯueniant etiā in eadē ſpecie criminis: ⁊ q̄ ipſe innocens ſit: q: nec fingi põt rõ huius ꝯcordie niſi veritas eos cõcordās niſi pariter diuinarēt. ¶ Et hoc ꝓcipue verū eſt q̄ñ nõ agit̃ de crimine in foro ꝯtētioſo vbi adhibere fidē dictis vni⁹ partis eſt in ꝓiudicium

Mat. xviij. alteri⁹. Sed q̄ñ in foro ꝯſciētie ſm formā fraterne ⁊ caritatiue correctionis q̄ ponit̃ Mat. xviij. quia eñ ibi totū iudiciū ordinat̃ ad ſalutē rei ⁊ non ad aliqḋ remediū actoris vel teſtis. Sicut dñs dicit. ſi te audierit lucrat⁹ eris fratrē tuū facili⁹ habēdus eſt pro ꝯuicto q̄ ſi ageret̃ ad ei⁹ penā vel ad iniurie illate emendā. ſicut ſit cum criminaliter vel ciuiliter agit̃ de crimie in foro ꝯtētioſo. Nec obſtat huic dicto exemplū Danielis: q: illi ſenes teſtificati ſunt de vno facto cū vno adoleſcēte ⁊ in vno tpe ſc; cū ipſi ſoli deambularēt in pomerio. hoc eñ nõ potuit fieri i diuerſis locis. ¶ Et vt plene pateat ma

Diuerſitas teſtiū ad cõcordiā. teria hec de diuerſitate teſtiū: q: nõ ſolū in forenſi iudicio ſ; etiā in capſis religioſoꝝ neceſſaria eſt. ¶ Sciendū q̄ ſi teſtes diuerſi diuerſa dicūt erunt ſinguli in ſuis teſtimonijs ſingulares. Si võ vnus teſtis expreſſe cõtradicit ſibij pſi nõ valet teſtimonium eius. iij.q.ix. nihilomin⁹. extra de appel. ſollicitudinē. in ſi. niſi hoc faciat incõtinēti corrigendo ſe. extra de teſti. cogen. ꝓterea. Si etiā ex parte falſus teſtis inueniat̃ in nullo credit̃ et. ix. diſt. ſi ad ſacras. iiij.q.iij. in ver. item qui falſo. idē Hoſt.

QUid de illa muliere que fecit furtū ante matrimoniū vel etiā post per se vel cū marito. ℭ Et quid si vir solus furatus aliq̄d τ vxor participauit ꝯsentiēdo vel comedēdo volūtaria vel īuita. nunq̄d licebit vxori de reb⁹ cōib⁹ sibi τ viro satisfa-
Glossa. cere eo inuito dānificatis. Rñ. ſm glo. vvill. in si. hui⁹ titu. ver. de ꝯsuetudine regionis vir τ vxor cōicant sibi credita τ debita ex ꝯtractu vel ex maleficio si res furtiua quā mulier subripuit ante matrimoniū vł post sola vel cū viro vel quā vir sol⁹ subripuit ante matrimoniū vel post extat adhuc in eoꝝ ptāte. credo ꝙ vxor pōt illā restituere ꝟo dn̄o etiā ꝯtradicēte marito. Si aūt ꝯsumpta est vł si vir sol⁹ furat⁹ est τ mulier participauit ꝯsentiēdo vł comedēdo spōtanea vel inuita pōt vxor si vir nō ꝯtradicat negociū mariti gerendo se ipsam liberādo estimationē rei ꝯsumpte restituere ꝟo dn̄o latēter de cōib⁹ bonis si alit nō pōt. Nec erit res furtiua: q2 nō est fraudulenta ꝯtrectatio nec aīo lucrifaciēdi. ꝓhibēte aūt viro nō credo ꝙ debeat facere hmōi restitutionē cum ipsa non habeat certā rerū administrationē sed mariti⁹. Si tñ in hoc casu faceret restitutionē de reb⁹ cōib⁹ bonafide. latēter nō credo ꝙ esset ei penitētia iniūgēda quasi ꝑ mortali: aut ꝙ peccaret mortaliter hec glo.

ℭ Questio. xiij.

Raymund⁹ UTrū3 in re parua ita cōmittat furtū sicut in re magna. Rñ. ſm Ray. in si. titu. ꝙ sic vnde Hiero. furtū nō solū in maiorib⁹: s3 etiā in minoribus iudicat. Nō eñ qđ furto ablatū est s3 mens fu-
Hostiensis. rātis attēdit. xiiij. q. vj. c. vniuersale. Itē Host. rub. de fur. ver. rei. ℭ Hoc tñ intelligendū est ſm Ulr. §. vt aūt qñ volūtas talis est qđ etiā maiora subtraheret si posset: qđ p3 hic ex verbis Hier. ꝓmissis vel intelligitur qñ illa res parua tante tñ magnitudinis est ꝙ ex eius ablatione molestat dn̄s: als eñ non ꝯtrectat inuito dn̄o. Cōcordat Tho. vt p3 infra. q. xvi.

ℭ Questio. xiiij.

Thomas. UTrū furtū semꝑ sit peccatū mortale. Rñ. ſm Tho. in sum. arti. vj. dicēdū ꝙ furtū est peccm̄ mortale: q2 est ꝯtra dilectionē ꝓximi cui infert nocumentū. si tñ aliq̄s furtiue res minimas accipiat cum hmōi minima res quasi nihil accipiat: q2 homo nō reputat sibi ꝑ hoc nocumētū inferri: τ ille q̄ accipit pōt ꝓsumere hoc nō esse ꝯtra volūtatē eius
Ulricus. cuius res est ꝓpter hoc reus pōt excusari a peccato mortali. idē etiā dicit Ulri. c. iiij. §. furtū. Addit aūt Tho. ꝙ si habeat animū furādi τ inferēdi nocumētū ꝓximo etiā in talib⁹: minimis pōt esse peccatū mortale sicut τ in solo cogitatu per ꝯsensum. Idem etiā Ulri. c. vj. vide. s. q. pxi.

ℭ Questio. xv.

Hostiensis. COntra quē det actio furti. Rñ. ſm Ho. §. iiij. contra quē. dat cōtra furē etiā si impubes sit dummodo sit doli capax: vt. ff. eo. tit. l. impuberē. ℭ Agit τ cōtra filiū suū si peculiū castrēse habeat alias nō esset iudiciū inter eos: vt. ff. eo. ne cū filio. Idem si pr̄ alio aliq̄d subripiat de peculio castrēsi. ℭ Itē vir ꝯtra vxorē vel ecōuerso nō agit actiōe furti in mr̄imonio ꝯstāte s3 dat actio in factū. τ q̄ opē tulerūt furti tenent vt. ff. e. ti. si q vxori. τ. C. re. amo. l. ij. ℭ Itē seru⁹ pōt verbib⁹ castigari: 3 nō in iudicio ꝯueniri nisi rez ꝯtractauerit post manumissio-
Seruiētes. nem: vt. C. an ser. ex suo fac. l. vlti. ℭ Seruiētes aūt siue mercēnarij furtū q̄dē cōmittere pñt: sed ipsos actione furti ꝯuenire nō possumus si res viles fuerint. Nec sunt talia furta publice vindicāda: vt. ff. eo. si libert⁹. ℭ Itē dat ꝯtra eū qui tulit opē vel ꝯsilium dedit furi. dolo malo τ hoc si furtū sequitū sit: vt. ff. e. si is qui. §. si tu. ℭ De restitutione furti quere titu. ꝓced. in rub. de resti. per totum.

De reb⁹ inuētis. Rubricel.

ℭ Questio. xvi.

QUeritur etiā q̄d iuris sit de thesauris vł
aliis reb⁹ inuētis. Rñ. ſm Tho. in sum. Thomas.
q. lxvj. art. v. arg. ij. distinguēdū est circa res inuētas. quedā eñ sunt res que nūq̄ fuerūt in bonis alicui⁹ sicut lapilli τ gēme q̄ inue-
niunt in littore maris. Et talia occupāti ꝯcedunt. Res inuēte.
τ eadē ratio est de thesauris antiquo tpe sub terra occultatis quoꝝ nō est aliq̄s possessor nisi ꝙ ſm leges ciuiles tenet medietatē dare dn̄o agri si in alieno agro inuenerit ꝓpter qđ in parabola euāgelij matt. xiij. vt de inuētiōe thesauri abscōditi in agro ꝙ emit agrū q̄si vt haberet ius possidēdi totū thesaurū. ℭ Quedā ꝟo res inuēte fuerūt de ꝓpinquo in alicui⁹ bonis τ tūc si q̄s eas accipiat nō aīo retinēdi: sed aīo restituēdi dn̄o q̄ eas ꝑ derelictis non h3 non cōmittit furtū. Alias aūt cōmittit peccatū furti. vñ τ Aug. dicit in q̄dā homel. τ habet in decre. xiiij. q. v. c. si q̄d inuenisti τ nō reddidisti rapui-
sti. Itē dicit Ray. §. ix. itē q̄d si aliq̄s. l si. τ addit au Raymund⁹
toritatē Hieronimi q̄ etiā habet ea. q. qui sic dicit. multi sine peccato putāt esse si alienū qđ inuenerūt teneāt τ dicūt deus mihi dedit cui debeo reddere. Discāt ergo hoc peccatū simile esse rapine. si q̄ in-
uēta nō reddāt. ℭ Sed Host. li. ij. rub. xij. de causa Hostiensis.
posses. τ ꝓprie. sub rubricel. de cau. ꝓprie. §. j. q̄d sit. ver. itē ꝑ inuētionē. dicit sic. qđ si thesaurū i ꝓprio fundo inuenero meus sit. Idem si in alieno data opa. S3 si nō data opa medietatē debeo dare dn̄o fundi. insti. de re. diui. §. itē eo. Res aūt ꝑ derelicto habita occupāti ꝯcedit. s. si sit mobilis τ abijciat. Idē si imobilis τ etiā de fūdo hac mēte vt ꝑ derelicto habeā. ff. ꝑ dereli. l. j. S3 si i mari iactauerim res meas causa nauis leuādē nō habeo ꝑ derelicto q2 nō hac mēte abijcio. vnde si librū dn̄i inuolutū iactauerim nō habeo ꝑ derelicto. Sec⁹ si apertū tūc eñ ex q̄litate facti ꝓsumit qđ ꝑ derelicto habeo. insti. de re. diui. §. vlti. idē Ulri. §. tenere.

ℭ Questio. xvij.

SEd quali restituet res inuēta. Rñ. ſm Ray. Raymund⁹
ibidē. si pōt inuenire illū qui amisit restituet ei. τ faciat hoc publice dici ꝑ ꝓconē vel ꝑ ecclias i loco vbi rē inuenit. Si ꝟo nō inuenit cū ꝯsilio τ autoritate sui penitētialis retineat si paup τ egēs est oret ꝑ illo cuius res fuit alias eroget pauperib⁹. ℭ Qđ aūt dictū est de autoritate pntalis. glo. addit hic nisi supior retinuerit sibi dispēsationē de talib⁹. Idē Ulri. vide de hoc ifra ti. pxi. i. rub. e resti. ℭ Cōcordat etiā ꝓdictis Host. i rub. de peni. τ re. Et addit ꝙ anteq̄ res inuēta dn̄o restituat si dubiū est cuius sit certificari d3 inuētor. per circūstātias rei alie. multi non dn̄i forte peterēt.

De cōmodato. Rubricella.

QUia in vsu rei accommodate in debito frequēter furtum cōmittit. Ideo his aliqua de commodato subijcio.

ℭ Questio. xviij.

QUero ergo primo q̄d sit cōmodatū. Rñ. ſm
Host. li. iij. rub. xv. de cōmo. §. j. q̄d sit. Com- Hostiensis.
modatū est alicui⁹ rei ad aliquē spālem vsum gratuita facta ꝯcessio. Nā si merces interuenerit trāsit

in locationē vel aliud ꝯtractū innouatū.idē Gof.

¶ Queſtio.xix.

Quid ſi cōmodaui tibi rem aliquā ad certū vſum tu vteris ea ad aliū vſū. R̄ñ.ſm Ho. ibidē.i fi. Teneberis ad reſtitutionē puta cōmodaui tibi equū vt ad villā duceres:duxiſti ad bellū ⁊ amiſiſti teneberis mihi.ff.c.ſi vt certo.⁊ idē in ſiſilibus.idem dicit Gof.

Hoſtienſis. Cōmodatū.

¶ Queſtio.xx.

Quis poſſit cōmodare ⁊ cui. R̄ñ.ſm Hoſt.§.iij.qs poſſit cōmodare qui pōt donare. Et cui pōt donari de hoc vide.ſ.li.j.in rubricel.de dona. Jtem is cui obligationē ꝯtrahere pōt. Jtem nō ſolū ꝓlatus ſed etiā yconomus. Nam ⁊ talis ꝯtrahere pōt.x.q.ij.hoc ius. ¶ Sz ſi pupillo cōmodet non tenet:lz aliū ſibi obliget.ff.de act.emp.⁊ ven. iulianꝰ.§.aſipe.tenet tñ pupillꝰ inq̄ntū locupletior factꝰ eſt. Sic ⁊ ſi pſone nō eccleſie cōmodatum fuerit tenet eccl'ia inq̄ntū.ſ.in vtilitatē eiꝰ verſum eſt.

Hoſtienſis.

¶ Queſtio.xxi.

In qbus caſibꝰ cōmodatarius tenet.ſi res perit vel deterioratur. R̄ñ.ſm Ho.§.vlti. Et inq̄ntū.ver.tenet ſane.⁊ ſeq. Cōmodatariꝰ tenetur qñ de dolo tm̄ ⁊ lata culpa vt ſi cōmodet gratia cōmodātis tm̄:vt.ff.co.ſi mei.puta vxori mee cōmodaui clamidē vt honeſtius iret ad eccleſiā vel mihi adduceret aliqñ ꝟo tenet de lata culpa ⁊ leui vt ſi gratia vtriuſqꝫ fiat cōmodatū:puta cōmodaui tibi cyphos argēteos cū amicos cōes inuitaſſes vt.ff. co.ti.l.in rebꝰ.aliqñ tenet de dolo ⁊ lata culpa ⁊ leui ⁊ leuiſſima vt ſi gratia cōmodatarij tm̄ fiat cōmodatū:vt extra de cōmo.c.j.ſz ſi nihil tibi imputari pōt nō teneris.inde eſt q̄ ſi equū eſt tibi cōmodatū vt ad bellū ducas:i bello amittis nō teneris Et ſi ſeruū tibi cōmodauero vt domū tuā coopiat vel tectū reficiat ⁊ cadēs de machina moriat nō teneris niſi in leuiſſima culpa deꝑhendaris.ſ.q2 machina diligēter ligata nō fuit:vt.ff.co.ti.l.ſi vt certo.milites ꝟo ⁊ multi alij aliter obſeruāt de curialitate ſua. Jn hoc aūt caſu cura diligētiſſima adhibēda eſt maior etiā quā i ꝓprijs rebꝰ:vt.ff.c.i rebꝰ. Concordat his Gof. ¶ De caſu aūt fortuito non tenet ſicut hic dicit decre.niſi acciderit culpa ſua vel interuenerit pactū,vel in mora fuiſſet. Exēplū ponit Hoſti.ibidē vt ſi cōmodatū remiſit per minus ydoneum nuncium.

Hoſtienſis. Cōmodatarius tenet. Goffredus. Caſus fortuitus.

¶ Queſtio.xxij.

Sed qd eſt dolꝰ.qd lata culpa vel leuis vel leuiſſima. R̄ñ.ſm Hoſt. Sz qd eſt dolꝰ.⁊ ſeq. dolꝰ eſt inuidioſa machinatio:vt ſi cōmodatarius ſubripi fecit rem ſibi commodatam.ff.de dolo.l.j. ¶ Lata culpa eſt nō intelligere q̄ oēs intelligūt vel neſcire q̄ oēs ſciūt.ff.de ꝟ.ſig.l.late.vt ſi cōmodatariꝰ dimiſit rem cōmodatā in platea ⁊ aufert eam aliqs ſi dicat q̄ non credebat qd inde amouetur in lata culpa eſt nō eū bñ abſcōderat. ¶ Leuis culpa eſt deſidia ſeu negligētia:vt inſti.quibꝰ mo.ꝯtra.obli.§.ꝑterea.vt ſi cōmodatariꝰ repoſuit rem cōmodatā in camera ſua ⁊ receſſit.hoſtio relicto apto. ¶ Leuiſſima culpa eſt que aliquo modo pōt ꝓuideri.ff.ad.l.aquil.Si putator.j.di.hi q̄ arbore:vt ſi cōmodatariꝰ rem cōmodatā repoſuit in archā ſz nō firmauit eā claue q̄ ſi feciſſet fur forte rē nō ſubripuiſſet. Si ergo firmauit archā.⁊ adhibuit oēm diligētiā quā potuit ſecurus eſt nec ei caſus fortuitꝰ poterit imputari. Caſus eñ fortuitus eſt qui nullatenꝰ pōt ꝓuideri ſicut incendiū ruina naufragiū:rapina:vt.C.co.l.j.

Hoſtienſis. Culpa.

De depoſito. Rubricella:

Deinde aliqua etiā de depoſito ſubijciantur. Quero ergo primo.

¶ Queſtio.xxiij.

Que ſit natura depoſiti. R̄ñ.ſm Hoſt.li.iij. rub.xvj.de depo.§.v.cui detur actio. De natura eius eſt vt ipſa res depoſita reſtituat ſicut et in cōmodato fallit hoc i quatuor caſibꝰ. Primꝰ cū qs gladiū deponit demū furioſus factꝰ ipſuz repetit.xxij.q.ij.ne qs. Scōs ſi deponēs fuerit deportatus. Nam bona eiꝰ in publicū deferunt.ff.e.bona fides. Tertius qñ fur deponēs ⁊ dñs rei depoſite ꝯcurrūt in petitione q2 tūc potior eſt cauſa dñi vt in ꝑdicta lege.⁊.xij.q.ij.cū deuotiſſimā. Quartꝰ cū fur rem furtiuā deponit apud illū cui ſubripuit vl' apud ꝓprietariū:vt ꝓbat ꝑ eadē iura. ¶ No.etiā vt dr̄ extra eo.ti.c.bona fides.qd depoſitori lz ꝓ volūtate ſua debitū reuocare. Glo. Jnno.ibidē addit etiā ꝯtra pactū appoſitū.ff.eo.l.j. ¶ Jtem in eadē decre.dr̄ q̄ circa depoſitū cōpēſationi.ſ.in totū vel deductiōi.ſ.ꝑ parte locus nō eſt vt ꝯtractꝰ q̄ ex bona fide orit ad ꝑfidiā minie referat lz cōpēſatio admittat in alijs ſi cauſa ex qua poſtulat ſit liq̄da.ita q̄ facilē exitū habere credat. No.ibidē Gloſus.

Hoſtienſis.

¶ Queſtio.xxiiij.

Quando depoſitariꝰ teneat ſatiſfacere deponēti.ſi res apud eum pereat vel nō. R̄ñ.ſm Hoſt.§.viij.⁊ inq̄ntū. Tenet ⁊ dolo ⁊ de lata culpa. Exēpla pone ſicut.ſ.q.xxi.de cōmo. Jtē exēplū de lata culpa ſi deponis apud me ſeruuz vinctū ⁊ ego eū ſoluo miſericordia ductꝰ:teneor.ff.eo.ſi hoiem. ¶ Jtē qñ res ſuas ſaluas lz ꝓſumit ꝯtra ipſz.extra de depoſi.bona fides.exēplū Si res ſuas ponat in archa ⁊ depoſitas dimittat extra in domo vl' in bācha. ¶ Sz de leuiſſima culpa ⁊ multo fortiꝰ de caſu fortuito nō tenet niſi ſit in mora vel niſi obtulerit ſe depoſito vel niſi aliq̄d recepit ꝑ cuſtodia vel niſi gr̄a depoſitarij fiat depoſitū:vt extra de depo. bona fides. ¶ Si aūt pactū vl' culpa vl' mora ꝑceſſit tūc etiā caſus fortuitꝰ iputat:vt ibidē dr̄. Cōcordat his Gof. Et qd dictū eſt de leuiſſima culpa.idē dicit Gof.de leui culpa. ¶ No.etiā ſm Hoſt.§.vj. ⁊ ꝯtra quē.in fi.q2 eccl'ia nūq̄ tenet de depoſito niſi qñ depoſitū ſit ꝓlato ⁊ ꝯuentu ſiue capitulo preſentibꝰ ⁊ recipientibꝰ niſi inquantum locupletior eſſet:vt extra eo c.j.

Hoſtienſis. Culpa.

¶ Queſtio.xxv.

Utrū depoſitario liceat vti re depoſita apud eū. R̄ñ.ſm Hoſt.ibidē.ſ.§.viij.ver.depoſitarius.vtēdo re depoſita obligat.ff.de ꝯdi.fur.q̄ furtū.hoc itellige vbi expſſe ꝓhibitū eſt ne vtat:alias nō cōmittit dūm putaret dñm ꝑmiſſurū etiā ſi minus ꝓbabiliter hoc putaret:vt.ff.de fur.l.q̄ rē. Eſt tñ ar.ꝯtra.ff.eo.qd ſeruꝰ. ¶ Jtē no.q̄ dicit Hoſt.e.ru.§.j.q̄ rei depoſite ſicut cōmodate.⁊ poſſeſſionē ⁊ dñiū retinemꝰ.ff.eo.lz.niſi deponā qd ꝯtinet numero pōdere vl' mēſura nō obſignatū vl' clauſū hic el excedūt notiſſimi fines depoſiti ⁊ trāſfert dñiū. Si aūt obſignatū vl' clauſū deponerē videret ꝓhibuiſſe ne depoſitariꝰ vteret niſi in cōtrariū ageret expſſe:vt.ff.c.lz.§.rex.⁊.l.lucꝰ.⁊.l.dic.§.q̄ pecuniā ⁊.l.q̄ntꝰ. Jdē ꝑ oia dicit Gof.⁊ Monaldꝰ.

Hoſtienſis.

¶ Queſtio.xxvj.

Quid ſi res deterior reddit. R̄ñ.ſz hoſt.vbi ſ. §.viij.reddita nō videt.ff.c.l.j.§.ſi res.

¶ Queſtio.xxvij.

Quid de herede depoſitarij. R̄ñd.ſm Hoſt. ibidem heres tenet etiā de precio rei ignorauter vēdite. Et ſi non ſit heres nihilominus ab eo lucrum extorquet:vt.ff.eo.l.j.§.vlti.⁊.l.ij.⁊.iij.

Hoſtienſis.

De vſuris.

De vſuris. Titulus.vij.

Dictum eſt.ſ.de rapinis ⁊ furtis:ſed quia
paruum aut nihil intereſt quantum ad reſti
tutionis legem inter furtum rapinam ⁊
vſuram:vt.xiiij.q.iiij.ſi quis vſuram.Ideo
de ea conſequēter eſt agendū:vbi primo quero.

Queſtio.j.

Quid ſit vſura ⁊ vtrum ſola ſpes lucrifaciat
Raymundꝰ vſurariū.Rñ.ſm Ray.eo.ti.circa prin.vſu
ra eſt ex mutuo lucrum pacto debitum vel exactū.
Uſura. Non enim puto vſurā cōmitti ſi gratis oblatū gra
tis accipiť.ar.xiiij.q.iiij.vſura.di.xviij.de eulogijs.
nulla eñ oblatio ſuſcipienti culpe maculā ingerit
que non ex ambigētis petitione pceſſit.j.q.ij.ſicut.
Concordat Ulri.li.vj.tract.iiij.c.iiij. Et addit ꝙ hec li
beralis donatio eſt cū non datur a debitore nec re
cipiť a creditore intuitu mutui.Et ex neutra parte
eſt corrupta intentio.Et hoc ꝓcipue conſtat qñ ſoluto
Goffredus. mutuo aliqd datur.vnde ⁊ Gof.li.v.ti.xix.de vſu.
ſic dicit vſura eſt quicqd ſorti accedit intētione ꝑce
dente vel pacto.Sola eñ ſpe vel expectatiōe vitiū
cōtrahiť vſurariū:vt extra.e.ti.c.j.⁊ c.conſuluit.xiiij.
q.iij.ſi feneraueris.qđ intelligo verū eſſe cū cauſa
mutuādi.principaliter poniť in ſpe vel in expecta
tione lucri vel emolumēti alias ſi nō principaliter
ſuper hoc moueať mutuator ad mutuādū.ſed ob
charitatē ⁊ dilectionē.Secūdario aūt ſperat de aliq
retributione non puto hoc vitioſum.argu.ad hoc.
lxxvij.di.in ſingulis.lix.di.ſi officia ſecularia.lxj.
di.quid ꝓderit.cum enim quis mutuū dat libera
liter ſcit vel ſcire dꝫ debitorē ſibi naturaliter obli
gari ad antidota.extra de teſta.cuꝫ in officijs.ff.
Hoſtienſis. de peti.here.ſed etiā ſi lege.§.conſuluit. Cōcordat
etiā cum hoc Hoſt.ea.rub.§.j.ver.pactione.dicēs
ꝙ ſi mutuo ſub ſpe lucri alias nō mutuaturꝰ in fo
ro penitētiali inducēdus ſum ad reſtituendū id qđ
vltra ſortē recepi.extra eo.ti.conſuluit.Si aūt alias
eſſem mutuaturꝰ ſed ſecūdario ſpero qđ ⁊ mihi ſub
uenias vel me remuneres in nullo vel in modico
pecco.ar.vt.ſ.in Gof.concordāt etiā cum hoc Inno.
⁊ Ber.⁊ Ala.eo.ti.in glo.ſup.c.conſuluit.ſ.ꝙ nō pec
cat qui ſecūdario vel ex amicitia ſperat aliqd.concor
dat etiā Ulri.§.vſura.Cōcordare etiā videť Tho.
vt patebit infra.q.xxi.Hoſti.quoqꝫ dicit ꝙ vſura
Raymundꝰ eſt ſi ex poſtfacto aliqd exigit. Ray.etiā.§.iiij.
ſed in inqd.dicit ꝙ ſola ſpes vel intētio facit hōiem
vſurariū vnde qui ſub tali ſpe mutuauit pecuniā.
Glo.alias nō mutuaturus quicqd poſtea etiā gra
tis.i.ſine ſua exactione oblatū vltra ſortē accepe
rit vſura eſt ſiue illud ſit pecunia numerata aut
frumētū ſiue vinū ſiue oleū ſiue carnes ſiue fructꝰ
vt poma ⁊ ſimilia ſiue ſpecies ⁊ breuiter quicqd ex
cogitari poſſit ⁊ dici lucrū ſiue illud conſiſtat in dan
do ſiue in faciēdo. Leuit.xxv.pecuniā tuā non da
bis ad vſurā ⁊ oēm frugū ſupabūdātiā nō exiges.
Itē nec vſurā eſcarum accipies nec oīm rerū.xiiij.
Gloſſa. q.iiij.pleriqꝫ.⁊ multa ſimilia.Item Luc.vj.mutuū
date nihil inde ſperātes.glo.ibidē.ideſt nō in ho
mine ſpem mercedis figentes:qui ſiue reddat qđ
accōmodaſtis reddet ⁊ deꝰ quo iubēte feciſtis ſiue
nō reddat hereditas veſtra in eternū erit.hoc etiā
pbāt Aug.Hiero.⁊ Ambro.xiiij.q.iiij.c.j.ij.⁊.iij.et
eſt expſſum.extra eo.ti.conſuluit.hec Ray.

Queſtio.ij.

Utrū poſſit homo pro pecunia mutuata ali
quam cōmoditatē recipere.Rñ.ſm Tho.in
Thomas. ſum.q.lxxviij.art.ij.dicēdū ꝙ ſm phm.in.iiij.eth.
omne illud pro pecunia habeť cuius ꝑciū pōt pe
cunia mēſurari.⁊ ideo ſicut ſi aliqs ꝑ pecunia mu
tuata vel quacūqꝫ alia re que ex ipſo vſu conſumi
tur pecuniā accipit ex pacto tacito vel expſſo pec
cat contra iuſtitiā:vt diceť infra.q.xxi. Ita etiam
quicūqꝫ ex pacto tacito vel expſſo quodcūqꝫ aliud ac
ceperit cuiꝰ ꝑciū pecunia mēſurari poſſit ſiīe peccatū
incurrit.Si vero accipiat aliqd hmōi nō qſi exigēs:
nec qſi ex aliq obligatione tacita vel expſſa ſꝫ ſicut
gratuitū donū nō peccat qꝛ etiā añqꝫ pecuniā mu
tuaſſet licite poterat aliqđ donum gratis recipere
nec peioris conditionis efficiť per hoc qđ mutuauit
recōpēſationē vero eoꝝ que pecunia nō mēſuranť lꝫ
ꝓ mutuo exigere puta beniuolētiā ⁊ amorē eius q
mutuauit vel aliqd hmōi.vide.ſ.q.ꝑced.

Queſtio.iij.

Sed quare peccatū eſt accipere vſurā pro pe
cunia mutuata. Reſpō.ſm Tho.in ſumma Thomas.
arti.j.dicendū quod accipere vſuram pro pecunia
mutuata eſt ſecūdum ſe iniuſtum quia vendit illud
qđ non eſt,per qđ manifeſte inequalitas inſtituiť
que iuſtitie contrariať. Ad cuius euidētiā ſciendū Uſus.
eſt qđ quedā res ſunt quarū vſus eſt ipſarū rerum
conſumptio vt vinū ⁊ panis ⁊ hmōi in talibꝰ non dꝫ
ſeorſum cōputari vſus rei a re ipſa.Sꝫ cuicūqꝫ cō
ceditur vſus rei ex hoc ipſo conceditť ei res.Et ꝓpter
hoc in talibꝰ per mutuū trāſferť dñiū.Si qs ergo
ſeorſuꝫ vellet vēdere vinū ⁊ ſeorſum vſuꝫ vini vēde
ret eādē rē bis:vel vēderet id qđ nō eſt ꝓpter qđ ma
nifeſte ꝑ iniuſtitiā peccaret.⁊ ſiīi rōne iniuſtitiā cō
mittit q mutuās vinū vel triticū petit ſibi duas recō
pēſationes vnā qdē reſtitutionē eqlis rei.Aliā vero
preciū vſus qđ vſura dr:quedā vero res ſunt quarū
vſus non eſt ipſa rei conſumptio ſicut vſus domꝰ eſt
inhabitatio non autē diſſipatio.Et ideo in talibꝰ
ſeorſum pōt vtrūqꝫ concedi.puta cum aliqs tradit al
teri dñium domus retēto ſibi vſu ad aliqđ tps vel
ecōuerſo cum quis concedit alicui vſum domus retē
to ſibi eius dñio.Et ꝓpter hoc licite pōt homo ac
cipere preciū pro vſu domus.pecunia aūt ſm phm
in.v.eth.⁊ in primo politice principaliter eſt inuē
ta ad cōmutationes faciēdas ⁊ ita ꝓprius ⁊ princi
palis vſus pecunie eſt ipſius conſumptio ſiue diſtra
ctio ſm qđ in cōmutationes expēdiť.⁊ ꝓpter hoc
ſm ſe eſt illicitū pro vſu pecunie mutuate accipere
preciū qđ dr vſura.ſufficit ei recipere equalē ei ꝙ
mutuauit ⁊ ſi inſup pro vſu aliqd recipit iniquū eſt
⁊ teneť reſtituere. Qđ aūt lex conceſſit iudeis vſu
ras accipere a gētibꝰ ꝑmiſſio fuit ad vitādū maius
malū.ſ.ne a iudeis deum colētibꝰ vſuras acciperēt Thomas.
ꝓpter auaritiā cui dediti erāt:vt dicit Tho.ibidē
arti.ij. Sꝫ Ulri.§.rñſio.dicit ꝙ illa aceptio vſu
re a gētibꝰ inter quas habitabāt iudei:potius erat
rei ſue recuperatio ꝙ vſura qꝛ tota illa terra iudeis
data fuit a dño etiā miſtice poſſidebať a gētibus.

Queſtio.iiij.

Utrū concedere pecuniā ſignatā ad oſtētationē
vel ad ponēdū loco pignoris pro aliquo ꝑcio Thomas.
ſit vſura.Rñ.ſm Tho.ibidē.arti.vj.dicēdū ꝙ talē
vſum pecunie licite homo vēdere poſſet ſicut ho
mo licite vēdit vſuꝫ vaſoꝝ argēteoꝝ:qꝛ retinet ſibi
dñium.idē dicit Hoſt.§.vij.an aliquo.ver.decimo
⁊ habetur.ff.cōmo.l.iij.§.pe.⁊.l.ſeq.cōcordat etiā
Ber.in glo.ſuper.c.conqueſtus. Bernardꝰ.

Queſtio.v.

Quid ſi pro pecunia mutuata exigať munus
a lingua vel ab obſequio.Rñ.ſm Tho.ibi Thomas.
dem arti.ij.arg.iij.dicēdū qđ ſicut munus a manu
nō lꝫ expectari vel exigi pacto tacito vel expſſo ꝑ
mutuata pecunia ita nec munꝰ a lingua vel ab ob
ſequio.qꝛ vtrūqꝫ pecunia eſtimari pōt vt patet in his
qui locāt opas ſuas quas manu vel lingua exercēt.

Si ꝓ⁊o munus ab obſeq̄o vel a lingua non quaſi ex obligatione rei exhibeatꝰ ſed ex beniuolētia q̄ ſub eſtimatione pecunie non cadit tunc lʒ hoc accipere ⁊ exigere ⁊ expectare.

¶ Queſtio.vj.

Cum creditoꝛ mutuat alicui pecuniā gratis debitoꝛ tenetꝰ ei ad antidota vt extra de teſta. cū in officiis. quare ergo hāc naturalē obligationem non pōt creditoꝛ deducere in pactū expſſum vel saltē ſperare effectū ipſiꝰ obligationis naturalis cū etiā talia pacta interueniāt in ſpiritualibꝰ ad que alias q̄s tenetꝰ vt q̄n datur ꝑbenda ea ꝯditione vt canonicꝰ ſingulis diebꝰ celebret de beata virgine q̄ñ.ſ.tale onus eſt annexū illi ꝑbende vt ex

Raymundꝰ

tra de ꝑben. ſignificatū. R̄n̄. ſm̄ Ray. §.iiij. ſed nūquid. Ad hoc dico ſaluo melioꝛi iudicio cum Ala. ⁊ Tācre. ꝙ creditoꝛ nullo modo dʒ pactū apponere: nec principaliter ſpem vel intētionē in tali retributione habere: ſed ꝓpter deū ⁊ ex charitate principaliter dʒ mutuare primo indigēti. Et tunc ſi forte ſcdario ſperet ꝙ ille debitoꝛ ſibi remutuet vel aliq̄d ſimile rependat ſi opus fuerit forte nō eſt reprobādū. ar. di.lxj. q̄d ꝓderit cum ſuis ꝯcoꝛdantijs. ꝯcoꝛdāt his Ulri. Hoſt. ⁊ Gof. vt patuit. ē.co. ti.q.j. q̄d ſit vſura. Glo. dicit hic ꝙ principalr̄ inmutuabitꝰ ꝓpt̄ deū q̄n etiā ſi nulla haberetꝰ ſpes de re

Solutio.

tributione tpali nihilominꝰ mutuaret. ¶ Ad obiectionē tn̄ ſupradictā ꝑfectius r̄ndet Tho. in ſum. arti.ij.arg.ij. dicēs: ꝙ recōpēſatio alicuius beneficij dupliciter fieri pōt vno modo ex debito iuſtitie ⁊ ad hoc aliq̄s ex certo pacto obligari pōt etiā hoc debitū attēditꝰ ſm̄ quātitatē beneficij q̄ð q̄s accepit ⁊ ideo ille qui accepit mutuū pecunie vꝉ cuiuſcūq̄ rei ſilis cuius vſus eſt cōſumptio nō tenetꝰ ad plus recōpēſandū q̄ mutuo accepit: vnde cōtra iuſtitiā eſt ſi ad plus reddēdū obligatꝰ. alio modo tenetꝰ aliquis ad recōpēſandū beneficiū ex debito amicitie in quo magis ꝯſideratꝰ effectus ex quo aliq̄s beneficiū ꝯtulit q̄ eius quantitas q̄ð fecit ⁊ tali debito nō cōpetit ciuilis obligatio per quā inducitꝰ quedā neceſſitas vt non ſpōtanea recōpēſatio fiat.

¶ Queſtio.vij.

Usura.

Quid de his qui coꝛrupta intētione mutuāt. R̄n̄. vſura eſt q̄ð recipit vltra ſortē ⁊ tenetꝰ reſtituere: vt patuit. ē.co.ti.q.j. quid ſit vſura ⁊ dicit

Gloſſa.

glo. hic. §.iij. lʒ aūt. in ſi. ſup ver. Intētio coꝛrupta ꝙ ſi ſit intētio coꝛrupta ita ꝙ creditoꝛ nō mutuaſſet pecuniā niſi ꝓpter ſpē lucri tenetꝰ totū reſtituere. etiā quacūq̄ intētione dederit ei debitoꝛ ſiue ex dilectione exoꝛta forte ꝓpter mutuū ſibi datū aut propter mutuum recipiendum vſq̄ ad plurioꝛem terminum vbi tn̄ debitoꝛ ex ſola dilectione dat aliquid creditoꝛi non poteſt repetere nec per retētionem ſibi conſulere ſi forte habeat alias de bonis creditoꝛis aliquid.

¶ Queſtio.viij.

Quid ſi nō ſit coꝛrupta intētio creditoꝛis debitoꝛ tn̄ ꝓpter mutuū acceptū vel vlteriꝰ retinēdū dat ei aliquid nunq̄d creditoꝛ tenetꝰ ei reſti

Gloſſa.

tuere illud. R̄n̄. ſm̄ glo. ibidē. Credo ꝙ nō tenetꝰ de bona fide ꝯſumptis. nec etiā de extātibꝰ q̄diu probabiliter credit ꝙ ex ſola dilectiōe gratis ei ſeruierit. Si aūt credit vel ꝓbabiliter dubitat q̄ð ꝓpter mutuū receptū vel vlteriꝰ retinēdū ei ſeruierit reſtituere tenetꝰ. q̄n aūt debitoꝛ nō gratis dat lʒ creditoꝛ gratis dat mutuū debitoꝛ ſi habeat alias aliq̄d de bonis creditoꝛis ⁊ ſibi ꝯſulat p retētionē de vſura quā deditꝰ nō credo ipm̄ cōpellēdū in foꝛo penitētiali ad reſtitutionē vn̄ etiā ſi quis mutuaturꝰ erat alias.ſ. ꝓpter deū. ⁊ tn̄ dū mutuauit habuit ſpē recipiēdi aliq̄d vltra ſortē. ſi credit ꝙ ſit oblatū vltra ſortē nō ex dilectione ſʒ ꝓpter mutuū datū eſt ei reſtituere tenetꝰ alias nō vt ꝑdictum eſt in ꝑcedenti caſu. Goffr. tn̄ dicit ꝙ nō eſt hoc vitioſum. vide. ē. co. titu.q.j. quid ſit vſura.

¶ Queſtio.ix.

Queritꝰ etiam cum in mētali ſymonia non ſit neceſſaria reſtitutio: vt extra de ſymo. mandato. quare eſt neceſſaria in mētali vſura. R̄n̄. ſm̄ glo. §.iiij. ſed nūquid voluntas. ſup ver. in faciendo. In ſymonia eſt turpitudo vtriuſq̄ partis.ſ. dantis ⁊ accipiētis: ſed in vſura non eſt turpitudo dātis ⁊ ideo iure diuino ⁊ naturali equitate faciēda eſt reſtitutio nec poſſet etiā in hoc caſu papa diſpēſare. Sed ex ſolo iure humano pecunia ſymoniace accepta reſtituēda eſt. nō illi qui dedit turpiter ſʒ eccleſie. vn̄ nec Heliſeus ꝑcepit Giezi reſtituere pecuniā quā acceperat a Naamā. ⁊ papa q̄ð vult pōt ſtatuere in hoc caſu. poſſet etiā diſpēſare ꝙ nō ſolū in mētali ſymonia: ſʒ etiā in illa que pacto erat expſſa retineri poſſet q̄ð eſſet ſymoniace acquiſitū.

Gloſſa. Symonia mētalis.

¶ Queſtio.x.

Quid de dn̄is molēdinoꝝ qui credūt pecuniā piſtoꝛibꝰ vt molant in molēdinis eoꝝ. R̄n̄.

Gloſſa.

ſm̄ glo. ibidē vſurarij ſunt. accipiūt eīn vltra ſortē in faciēdo vt tactū eſt. ē.co.ti.q.j. circa ſi. ⁊ auferūt libertatē debitoꝛibus molendi vbi voluerint. ſi tn̄ debitoꝛes ꝓpter hoc nō ſunt dānificati nō tenentꝰ creditoꝛes ad reſtitutionē aliquā eis faciendā niſi quatenus eſtimari dʒ libertas molendi vbi volebant. pēſatis etiā circumſtātijs de maioꝛi ⁊ minoꝛi remotiōe molēdinoꝝ ⁊ facilitate molēdi ⁊ q̄litate.

¶ Queſtio.xj.

Quid de illis qui veniēte termino ſolutionis nolūt dare termini ꝓꝛogationē debitoꝛi qui eſt iuramēto aſtrictꝰ ſoluere niſi data eis pecunia vel aliquo equipollēti lʒ expſſe nō exigāt. R̄n̄. ſm̄ decre. extra eo. ti. ꝯſuluit tenentꝰ iſti. ⁊ idē etiā dicit Ray. in ſi. d. §.iiij. ſed nunquid.

¶ Queſtio.xij.

Raymundꝰ

Quero etiā vnde dicatꝰ vſura ⁊ in quibꝰ rebꝰ ſeu ꝯtractibꝰ cōmittatꝰ. R̄n̄. ſm̄ Ray. dꝛ vſura quaſi vſu era.i. vſus eris.i. pecunie. lʒ tn̄ noīe pe

Uſura.

cunie. quicq̄d habent hoīes ꝯtinetꝰ. j.q.iij.c. totū. idem Gof. ⁊ item non dꝛ cōmitti vſura niſi in his rebꝰ tantū circa quas ꝯſiſtit mutuū.ſ. que ꝯſiſtunt in numero pōdere vꝉ mēſura. numero vt q̄libʒ moneta q̄ ꝓpꝛie dꝛ pecunia numerata pōdere vt ere: argēto: auro ⁊c. que appēduntꝰ. mēſura veluti frumēto vino oleo ⁊ ſimilibꝰ. inſti. qui. mo. ꝯtra. obli. circa ꝑin. ⁊ ꝙ in his omnibꝰ rebꝰ cōmittatꝰ vſura, ꝓbatꝰ. xiiij.q.iij. vſura. ⁊ q.iiij. nullus. ſʒ ſm̄ Hoſt. §.j. q̄ð hic dicit. Ray. ſic itelligēdū eſt ꝙ in ꝯtractu mutui ſolū regulariter hʒ locū vſura. Mutuū aūt locū hʒ in his rebꝰ que ꝯſiſtūt in numero pōdere ⁊ mēſura. Si tn̄ aliq̄d tibi mutuo ⁊ tu ꝓ illo mutuo ꝑmittas mihi veſtez vel equū vel ꝑdiū vel aliq̄d aliud quod nec in numero: menſura: vel pondere conſiſtat vſura eſt: vt. xiiij.q.iij. plerīq̄. et.c. vſura. Secus ſi res eſſet locata non mutuata. idem Gof.

¶ Queſtio.xiij.

Sed nūquid eſt mutuū ſi quis dedit. x. vlnas ſtāphoꝛti vel aliā ſpeciem panni pro alijs. x. reddendis ad certum terminum cum talia videantur conſiſtere in menſura. Reſpōdeo ſm̄ gloſſam

Gloſſa.

hic verius eſt contractus iſte ꝑmutationis quam mutui. Et nomen menſure reſtringitur hec ad modios ⁊ lagenas ⁊ alia vaſoꝛum genera quibus menſurari ſolent liquida ⁊ grana. poteſt tamen huiuſmodi contractus fieri in fraudem vſurarum.

¶ Queſtio

¶ Queſtio.xiiij.

Quot ſpēs vſure. Q Uot ſunt ſpecies vſure. Reſpon. iuriſte cō-
muniter dicunt φ due ſunt ſpecies:q₃ alia
Mat.xxv. ſpiritualis ⁊ equa. de qua in euangelio Mat.xxv.
Nonne oportebat te pecuniā dare nūmularijs et
ego veniens cum vſuris exegiſſem eā. alia vo cor-
poralis ⁊ iniqua de qua hic agitur. ſed Ulri. §.cōis.
hanc diſtinctionē reprobat ⁊ dicit φ iſti ppriā vo-
cem non intelligunt: quia figuratiue ⁊ parabolice
tm̄ lucrū bonorū operū dicitur vſura ſicut fatuū eſſet
dicere φ due eſſent ſpecies vitis ſcilꝫ corporalis et
Raymund⁹ ſpūalis:q₃ xp̄s dicit. Ego ſum vitis vera. ¶ Uſu-
ra tn̄ corporalis ⁊ iniqua ſm Ray. §.ij. Species. ſub-
diuiditur:q₃ alia eſt ſortis: alia vſurarū. hec vltima
appellatur improbū fenus. Et eam exercens fit in-
famis ipſo iure. etiā ſm leges.iij q.vij.§.tria.in fi.
ſm iura tn̄ canonica: vt dicit Hoſt.§.iij.qd ſint.in
vtroqꝫ peccatū mortale cōmittitur ⁊ infamia irroga-
Cētēſima. tur.vi.q.i.infames.idem Gof. ¶ Item vſura alio
appellatur cētēſima.i. que equatur ſorti per annum
Empolia. alio ſextupla.a ſexi qd eſt totum ⁊ plica qd eſt pars
medietas que etiam alio modo dicitur empolia.ab
emi qd eſt mediū ⁊ olon qd eſt totū. De his habes
xlvij.diſt.quā.ſed vt dicit hic glo.legiſte aliter con-
ſueuerūt diſtinguere per.l.codicis. de vſuris.eos.
vnde verſus. Diſcant illuſtres ſtipulari poſſe trien-
tes. Et mercatores ſibi poſſe requirere beſſes. Quer-
rere ſemiſſes poſſunt communiter oēs. vbi gratia.
ſors ſi ſit.xxx.hmōi triens eſt.x. ſemis.xv. bes ſm
quoſdā.xx.ſm alios bes eſt octaua pars.

¶ Queſtio.xv.

Ulricus. U Trum in vſura transferatur dn̄ium. Reſpon.
ſm Ulri.§.quia vo. dicendū φ cū oīs volun-
taria donatio faciat trāſferri dn̄iū:ideo in vſura
transfertur dn̄ium:q₃ vſure dantur volūtate cōditiona-
ta ſcꝫ φ potius vult vltra ſortē dare φ̄ mutuo care-
re:q₃ volūtas cōditionata eſt volūtas vt dicūt Phs
⁊ Augu. vnde dona ⁊ elemoſyne licite accipiuntur ab
vſurarijs niſi per hoc efficiantur nō ſoluendo. Tunc
enī ab ipſo recipiēs tenetur vel ei reſtituere:vel illis
a quibus ipſe accepit. Glo. etiā. xiiij.q.iiij. ſuper
c.ſi quis vſuram concedit qd in vſura transfertur
dominium.

¶ Queſtio.xvi.

In qbus caſibus vſura permiſſa. Raymund⁹ I Tem quero in qbus caſib⁹ vſura ſit permiſſa.
Rn̄. ſm Ray.§.iij.ꝫ autem . permiſſa eſt vſu-
ra in his caſibus. ¶ Primꝰ vbi poſſeſſio eccleſie
eſt aſſignata clerico in beneficiū:⁊ laicus tenet eā
iniuſte ⁊ violenter. tunc poteſt cleric⁹ fruct⁹ ipſius
beneficij percipere vltra ſortē.extra eo.c.j. et.c.cō-
queſtus. Sed hoc non fit cauſa lucri:ſed vt res eo
modo de manu laici redimatur in eadem decre.
idem Ho.§.vij.an aliquo.ver.ſecūdo fallit. Requi-
re de his.ſ.lib.j.ti.xv.de decimis.q.xxxv.vtrum deci-
mas iniuſte dicit Ulri.§.contra illud. φ non ſolū
cleric⁹ vel eccleſia recuperare poteſt rem ſuā hoc
modo ſcꝫ per vſurā:immo credit idē poſſe facere
quālibet priuatā perſonā vt ſcꝫ rem ſuam ab alio
iniuſte detentā ⁊ violenter in pignore accipiat et
fructus non cōputet in ſortem ⁊ ſic recuperet rem
ſuam. Idem etiā dicit.ſ.in glo.ſuper.c.j.eo.ti. Idē
eſt qn̄ eccleſia accipit in pignore a vaſallo ſuo feu-
dum qd ab eadem tenet vt tamen interim non re-
cipiat ſeruitiū vaſalli:vt extra eo.titu.cōqueſtus.
De hoc vide.ſ.in titu.de decimis.q.xxxviij.vtrum
Intereſſe. eccleſia. ¶ Scd̄s vbi vſure veniunt quaſi intereſſe.
verbi gr̄a. Si fideiuſſor ſoluit vſuras creditori.po-
teſt eas a debitore repetere pro quo fideiuſſerat:
q₃ non ſunt vſure φ̄tum ad ipſum fideiuſſorē:ſed
potius intereſſe.i.non eſt lucrum ſed vitatio dāni.
idem Hoſt.ver.quinto.extra eo.ti.in glo.ſup.j.c.
¶ Tertius caſus ponitur extra eo titu.ſuper.c.ſa-
lubriter.vbi ſic dicitur. Sane generum ad fructus
poſſeſſionum que ſibi ſunt a ſocero pro numerata
dote⁹ pignori obligate computādos in ſortem nō
credimus cōpellendū cū frequenter dotis fructus
non ſufficiant ad matrimonij onera ſupportanda
hoc autem intelligas φ maritus ſuſtineret onera
matrimonij:alias non:vt arguitur in fine litere pre-
cedentis decre. Et probatur.ff.de doli excep.l.pa-
ter. Et concordat cum hoc Ulri.§.tertius.⁊ Inno.
in glo.ſuper idē.c.ſalubriter. ¶ Quartus ratione
more:vt ſi debeas mihi centū ad certum terminū
noluiſti perſoluere in termino:⁊ ideo oportuit
me recipere pecuniam ſub vſuris propter negocia
mea tractāda tu teneris mihi reſtituere illas vſu-
ras ſi ſolui:vel ſi nō ſolui liberare me ab ipſa obli-
gatione probantur.hec extra de fideiuſ.peruenit.
et.c.conſtitutus. Idem Hoſtiē.ver.idem poteſt. et
dicit φ tunc petūtur vſure quaſi intereſſe. hoc enī
ſcꝫ intereſſe ſm canones petitur. patet.xiiij.q.iiij.
quoniā.ibi. Ad queſtū ⁊c. Idem etiam dicit glo.ſu-
per idem decretum. Item.xij.q.ij.ſi quis de cleri-
cis. Idem etiam Goffre.⁊ dicit φ tunc vſura peti-
tur cauſa damni vitandi non cauſa lucri captan-
di.idem Innocen. Item ratione dubij. Nam ſi quis
dat decem ſol.puta in paſcha vt in alio tempore:
puta circa autūnum. totidem ſibi grani:vini:vel
olei menſure reddantur que licet tunc plus valeāt
verum plus vel minus ſcilꝫ φ̄ decem ſol. tempore
ſolutionis fuerint valiture.veriſimiliter dubitatur
non debet ex hoc vſurarius reputari. extra eo.na-
Innocētius. Gloſſa vuilielmi. uiganti.idem Innocen.vbi dicit hic glo.vuiliel.φ
ſi aliquis daret decem ſol.in autūno quando par-
ui precij eſt bladū:vinum:vel oleum vt ad paſcha
totidem ſibi grani:vini:vel olei menſure redderē-
tur quando huiuſmodi merces ſm cōmunem cur-
ſum cōſueuerunt eſſe cariores vſura eſſet:quia nō
veriſimiliter dubitatur:immo probabiliter credi-
tur φ plus valebunt ille menſure tempore ſolutio-
nis φ̄ valuerūt tempore cōtractus. Idem dicit Ho-
ſtien.ver.quid ergo. Sequitur in eadem decre.ſcꝫ
nauiganti.⁊ etiam hic in Raymun.ratione dubij.
hmōi etiam excuſatur qui pannos:granum:vinū:
oleum:vel alias merces vendit vt ampli⁹ φ̄ tunc
valeant in certo termino recipiat pro eiſdem. Si
tamen ea tempore contractus non fuerat venditu-
rus:vt dicitur extra eo.c.in ciuitate. Satis conſul-
te agerent homines ſi a tali cōtractu ceſſarent cū
cogitationes hominū omnipotenti deo nequeant
Hoſtienſis. occultari. Idem eſt conſilium Hoſti.⁊ Ray. Gof.
⁊ in hoc caſu dicit caueat ſibi quilibet ne magis
declinet in eſtimatione lucri φ̄ damni ex dilectio-
Idem. ne.deus enim intuetur cor. ¶ Hoſti.in ver.hoc non
licet.dicit ſpāliter φ hoc non licet clericis.eis enī
vilius emere ⁊ carius vēdere turpe lucrum eſt:vt
xiiij.q.iiij.quicunqꝫ.⁊ extra ne cleri.vel mona. ſm
inſtituta. ¶ Item conſuluit Hoſti.ibidē,φ holes
notent mentem horum verborū ſcꝫ φ nō erant ven-
dituri tempore contractus. Deus enī intuetur cor.
Gloſſa. ¶ Glo.etiam dicit hic φ hec cōditio attendenda
eſt,non ſolū in hoc caſu ſed etiā vbi datur ſpecies
pro ſpecie:aut pecunia pro pecunia ſicut dicetur
infra eo.ti.q.xix.nunqͣ poteſt cōmitti. Seqtur in
Ray. Si tn̄ venderēt ad terminū lōge maiori pre-
cio φ̄ modo valeat vſura eſſet. extra eo.conſuluit.
quia vt dicit gloſ. Tunc non veriſiter dubitatur verū
plus vel minus ſint valiture ſed preſumitur φ longe

minori ¶Dicit glo.in ſumma arti.ij. arg.vij.ꝙ
ſi quis carius velit vendere res ſuas ꝙ̃ ſit iuſtum
precium vt de pecunia ſoluenda emptorē expectet
manifeſte vſura cōmittit: qꝛ hmōi expectatio pre-
cij ſoluendi habet rationē mutui. vnde quicq̃d vl-
tra iuſtū preciū pro hmōi expectatione exigit eſt
quaſi preciū mutui qđ pertinet ad rationē vſure.
ſilr etiā ſi quis emptor velit rem emere vilꝰ ꝙ̃ ſit
iuſtū preciū eo qđ pecuniā ante ſoluit ꝙ̃ poſſit ei
res tradi eſt peccatū vſure: qꝛ etiā iſta anticipatio
ſolutiōis pecunie hꝫ rationē mutui cuius quoddā
preciū eſt qđ minuit de iuſto precio rei empte. hec
Tho. ¶Item gratis oblatū ꝛ acceptū nō inducit
vſurā dū tñ non ſit intentio corrupta: vt dictū eſt
ſ.eo.ti.q.j.ꝛ.q.vj. cum creditor ꝛ ſequēti. Omēs ca-
ſus hos quos hꝫ Ray. tangit ꝛ Goſ. ponit.

¶Queſtio.xvij.

CIrca caſus predictos aliqua queruntur primo
quid iuris ſit ſi gener poſſeſſionē ſibi pigna-
ta dote obligatā cum iure qđ ibi hꝫ concedat alij
recepta ab eo ſumma que promiſſa fuerat ei pro
dote: nunq̃d poterit ille lucrifacere fructꝰ perce-
ptos vſqꝫ dum ſoluta fuerit ei pecunia ſicut pote-
rat gener. R̃ñ. hic ſm glo. hic ꝙ ſi gener alio donā-
di trāſfert ius totum qđ habebat in pignore. non
Gloſſa. ꝓpter contractū pecunie quā accepit ab eo: ſed qꝛ
ꝯſanguineus eius eſt vel alia ratione ꝯiunctꝰ ami
cus. ꝛ ille nō ꝓpter fructꝰ lucrifaciēdos mutuat
ei pecuniā ſed ꝓpter dilectionē aut gratiā. credo
qđ abſqꝫ periculo vſure poteſt fructꝰ lucrifacere.
Nec eſt iſte ꝯtractus veri nois mutuū niſi ductus
ſit in pactū ꝙ gener teneat mutuanti reddere pe-
cuniam ſi ille voluerit repetere. In quo caſu vſura
eſſet ſi ille vellet lucrifacere fructus.

¶Queſtio.xviij.

QUid ſi ſoluto matrimonio heredes mariti
obligant mulieri poſſeſſionē aliquā ꝓ dote
ſua: qꝛ nō habēt vnde ſoluāt. nūq̃d fructus compu
tabunt in ſortē. R̃ñ. ſm Hoſti. ver. q̃d in cōuerſo.
dicas ꝙ ſic vt. ff. de ſolutionibꝰ. titia. Idem etiā di
Hoſtienſis. cit Inno. in glo. ſup. c. ſalubriter. ſcꝫ qđ mulier poſt
mortē mariti dꝫ fructꝰ cōputare in ſortem. ¶Idē
etiā Hoſti. in glo. ibidē in fi. Et addit dicens. Sic
ergo diſcreta mulier nō recipiat rem obligatā ſed
potiꝰ faciat ipſam diſtrahi vel recipiat inſolutū.
ff. de re iudi. a diuo pio. alioquin fructus extenua-
bunt ſortem.

¶Queſtio.xix.

NUnquid poteſt cōmitti vſura vbi creditur pre-
ciſe pecunia pro pecunia marca argenti pro
alia marca ad certū terminū perſoluēda: aut cum
dat ꝑciſe ſpēs pro ſpecie: vt granū pro grano: vinū
pro vino: oleū pro oleo ad eandē menſurā. R̃ñ. ſm
glo. hic ſup verbo veriſimile dubitat. Si veriſile
Gloſſa. eſt ꝙ pecunia numerata auri vel argenti ex tpe nō
fiant ꝓcioſiora tpe ſolutiōis ꝙ̃ fuerāt tpe ꝯtractꝰ.
aut veriſilr dubitat vtrū ꝓcioſiora ſint futura nec
ne nō eſt vſura. ſi aūt veriſimile ſit ꝙ ꝓcioſiora ſint
futura tpe ſolutiōis: vt ſi q̃s det. xx. lib. ſterlingoꝝ
in hyeme pro aliqs totidē in eſtate ſoluendis q̃ñ ſo
let hmōi moneta requiri a viatoribꝰ: aut. xx. marce
auri vel argenti. pro aliqs totidē ſoluēdis ad paſſa
Marca. gium cruce ſignatoꝝ diſtingue: qꝛ ſi creditor non
erat ſeruaturus illā pecuniā vſqꝫ ad illud tpꝯ: ſed
interim ꝯſumpturus vſura eſt. Si aūt erat ſerua-
turus vt ſibi ſeruādo vſqꝫ ad ꝑdictū tpꝯ lucraret.
diſtingue: qꝛ ſi creditor aufert debitori libertatē li
berandi ſe interim ꝛ debitū ſoluendi vſura eſt: qꝛ
ꝓſumit ꝙ ideo crediderit pecuniā ꝙ debitorē one

raret periculo ꝛ ſe exoneraret. Sꝫ ſi nō aufert imo
concedit ei qđ reddat pecuniam q̃ñcunqꝫ voluerit
infra terminū meretur ſi ex mia faciat hoc vt re-
leuet debitoris inopiā. ſi aūt corrupta intentione
hoc faciat vt ſe exoneret a periculo ſeruandi pec-
cat. Non credo tñ eum compellendū ad reſtituen
dum lucrū lꝫ hoc eſſet ei conſulendū in penitētia:
vel ꝙ daret pauperibꝰ eodē modo diſtinguendū
eſt ꝛ iudicandū q̃ñ datur ſpecies pro ſpecie ad ter
minū: vt vinum pro vino: oleum pro oleo: granū
pro grano. hec oīa in glo. Concordat Ulri. §. ſilr.

¶Queſtio.xx.

QUid ſi quis pecuniā mutuet recepturus ad
certū terminū alterius generis monetā vel
aurum vel argentū vel aliā ſpeciē. R̃ñ. ſm Hoſti.
ver. quid ſi quis pecuniam. Si hoc ideo facit vt in
extimatione lucret vſurarius eſt ſm Goſ. ſicut
hi qui de nundinis mutuant quā vſurā execrabilē Goffredus.
oībus iudico ꝙ̃tūcunqꝫ ſub ſpecie venditionis vel
permutationis vel alterius contractus pallient cū
excedat cētēſimā. Quodcūqꝫ ergo ei nomen impo
nit: ex quo fraudulēter vel mala intētione. ꝛ aliq̃d
ſorti accedit vſura eſt. extra eo. cōſuluit. xiiij. q. iij.
plerīqꝫ. xiiij. q. iiij. ſi q̃s clericus. plane dicit ꝙ qui
mutuat pecuniā vt recipiat ſtatuto tpe vinum vel
frumentū debet recipere quantū valet tpe ſolutio
nis. ꝛ nihil vltra.

¶Queſtio.xxj.

QUid ſi aliq̃s vendat res aliquas pro precio
qđ in inſtanti currit. Sed ſi plus valet vſqꝫ
ad paſcha vltra qđ ſibi illud detur. ſi ṽo minus va
let nō vult qđ preciū minuat. R̃ñ. ſm Hoſti. ver.
qđ ſi vendat. Proculdubio ipſum iudico vſurariū Hoſtienſis.
cum ipſum in pactis videā claudicare: vt ar. C. de
ſolutionibꝰ. l. penul. Concordat etiā glo. hic vt pꝫ Gloſſa.
in queſtione precedenti prima.

¶Queſtio.xxij.

UTrum ſcholares vel alij qui dant mutuā pe-
cuniā campſoribꝰ vel alijs ſecularibꝰ eo pa- Scholares.
cto vel intentione principali: vt illi remutuēt eis
q̃ñ indigebunt. R̃ñ. ſm glo. §. iiij. ſed nunq̃d. circa
finem. ſup verbo retributione. Credo ꝙ vſurā cō-
mittūt. idem Goſ. ꝛ Ulri. qꝛ remutuatio aliqđ cō-
modum eſt. Concordat etiā Hoſti. §. ix. que pena.
ver. q̃d ſi tibi. Tho. in ſumma arti. ij. arg. iiij. dicit
qđ qꝛ pro pecunia mutuata nihil exigēdū vel expe- Thomas.
ctandū eſt niſi beniuolentie affectus: qui ſub eſti-
matione pecunie non cadit. ex illo aūt poteſt pro-
cedere ſpontanea mutuatio. repugnat aūt ei obli
gatio ad mutuū faciendū in poſterū: qꝛ etiam ta-
lis obligatio pecunia eſtimari poſſet: iō licet mu-
tuanti vnum ſimul aliud mutuare. Non aūt licet
eum obligare ad mutuū in poſterū faciendū. Idē
dicit glo. xiiij. q. iij. ſuper. c. ſi feneraueris. in fi.

¶Queſtio.xxiij.

QUid ſi pena eſt appoſita in ꝯtractu mutui.
nunq̃d ſaltē pena illa poterit peti abſqꝫ pe-
riculo vſure. R̃ñ. ſm Ray. §. v. Item q̃d ſi pena.
Ad hoc dico ꝙ ſi pena eſt iudicialis. i. a iudice im- Raymundꝰ
poſita ꝛ ſtatuta ꝓpter puniendā ꝯtumaciā debito Pena in cō
ris qui cū poſſit cōtēnit in termino ſtatuto ſolue- tractu mu-
re pecuniā creditori nō eſt vſura. arg. xxiij. diſtinc. tui.
quāꝙ̃. ff. de re iudi. qui autoritate. ſi ṽo pena ſit cō
uentionalis. i. de cōi cōſenſu partiū in ipſo contra
ctu appoſita vt ſaltem metu pene debitū certa die
ſoluat vſura nō cōmittitur dū tñ ſemꝑ ſit intentio
recta: vt in ꝑcedētibꝰ dictū eſt. ar. xxiij. diſt. quāꝙ̃.
ꝛ extra de arbi. dilecti. Si aūt ille q̃ talem penam
appoſuit cōſueuit eſſe vſurariꝰ. ꝓſumit qđ in frau

deu vſurarū

dem vſurarꝫ adiecerit penā.ff.de act.emp.l.putat.
§.j.in quibuſdā libꝛis.incipit Julianus. ⁊ ar. ff.de
Gloſſa. vſuris.qui ſemiſſeꝫ.Melius tñ vt dicit hic glo.ha
betur hoc.ff.de pig.act. l.vniuerſorꝫ.Itē eſſet pre-
ſumptio ſm Ray.ꝙ eſſet vſura ſi per ſingulos mē
ſes vel annos dicatꝫ cōmitti. ar.C.eo.aut. ad hoc.
Et idem in ſiſibus que ab vſurarijs ſolent ſpecia-
liter exerceri.Talia eñ inducunt ſemꝑ ꝓſumptio
nem prima facie ꝙ ſit vſura.In iudicio tñ aīe ſtarē
ꝯfeſſioni ſue.ſed ꝓpter ꝓſumptiones cōtrarias di
ligentiꝰ examinare ꝯſciētiā ſuā per oīa in ꝑdictis
Hoſtienſis. cū Ray.cōcordat Hoſti.ver.vndecimo.ſed multo
pleniꝰ in rubri.de peni.⁊ remiſ.§.xxiiij.quibꝰ ⁊ qua
Ulricus. liter.ſub.§.quid de vſurarijs.Cōcordat etiā Ulri.
§.ꝓpter qd.Glo.dicit hic.ego credo ꝙ vbi in frau
de eſt pena appoſita poteſt exigi tota:qꝛ publice
rei intereſt pacta ſeruari ⁊ creditores a debitoribꝰ
nō fraudari.Item qd hic dicitꝫ:per ſingulos men-
ſes vel annos.dicit glo.ꝙ eſt arg.cōtra lōbardos ⁊
romanos mercatores qui apponi faciunt pactuꝫ
de pena ſoluenda ad ſingulas nundinas ſibi ſuc-
cedentes.

¶ Queſtio.xxiiij.

Raymundꝰ. Quid de eo qui mutuans occaſione mutui la
borem ſubijt.Rñ.ſm Hoſti. ver.tertiodeci
mo.In compenſatione laboris fructꝰ pignoris re-
ceptos ſuos facit:vt extra de rebus eccle.non alie.
c.ad audientiam.

¶ Queſtio.xxv.

Quid ſi vendidi prediū tali conditione adie-
cta vt qñcunqꝫ ſoluatꝫ preciū a me vel ab he
rede meo rehabeā prediū:ego vel heres meus vel
ꝙ vſqꝫ ad tot vel tot annos poſſim rehabere ſolu-
to precio.nunqd eſt vſurarius cōtractus. Rñ.ſm
Ray.§.vj.item qd ſi.Ad hoc dico ꝙ nō eſt mutuū
⁊ emptor facit fructus ſuos ſine periculo vſure lꝫ
venditor iuxta venditionis formā poſtea recupe-
ret prediū.Et hoc intelligas niſi in fraudē vſurarꝫ
ſit facta talis venditio vel cōditio. Qui ꝓſumitꝫ ex
his coniecturis.ſ.ex eo ꝙ modicū eſt preciū reſpectu
valoris rei:vt extra de emp.⁊ vendi.ad noſtrā. Itē
ex eo qd aliqd perſoluitꝫ vltra ſummā receptā:pu-
ta fuit vēdita pro centū:⁊ eſt in pacto qd tñ reſcin
datꝫ venditio reddantꝫ.cxx.extra de pig.illo vos.
Item ex eo ꝙ emptor cōſueuit exercere vſuras vt
in ꝑdicta decre.ad noſtram. idē Hoſti.ver.nono.
Gloſſa. et Ber.in glo.ſuper.c.conqueſtus.

¶ Queſtio.xxvj.

Quid de illis qui de agro ſeminato emūt fru
ctus inde percipiēdos illo anno:nunqd eſt
ibi aliqua vſura. Rñ.ſm glo.hic ſuper verbo con-
ſueuit.non eſt vſura ex forma cōtractus.poteſt tñ
fieri in fraudē vſurarū vt ſi tantus ſit ager ⁊ talis
ꝙ veriſimile ſit ꝙ fructus inde colligēdi valeāt in
autūno pluſqꝫ emptor dedit.vbi grā.ſex ſolidos ⁊
veriſile eſt ꝙ valebunt vndecim vel duodecim ſol.
maxime ſi talis eſt perſona que cōtractꝰ hmōi cō-
ſueuit exercere.Et reſtitutio in foro penitētiali eſt
ei indicenda.Si aūt ꝓbabiliter dubitatꝫ verū fru-
Fructus. ctus illi plꝰ vel minꝰ debeant valere ꝙ qd emptor
dedit nō eſt vſura.idem Ulri.§.ſimiliter. ideꝫ etiā
Hoſti.ver.duodecimo.⁊ ver.que tamen.

¶ Queſtio.xxvij.

Quid de eo qui fructus alicuiꝰ poſſeſſionis
emit ad certū tpꝰ:puta ad quadrienniū vel
quinquenniū pro certa pecunie quātitate. Rñ.ſm
glo.ibidē.Eodē modo credo iudicādū:lꝫ enim iſte
cōtractus nō ſit vſurarius ex forma:poteſt tñ fieri
in fraudē vſurarū.Et recurrēdū eſt in foro cauſarꝫ
ad ꝓſumptiones ſuprapoſitas.eo.tit.ſcꝫ.q.xxv.qd
ſi vendidi.In foro aūt penitētiali ſtabitꝫ eius con-
feſſioni.ſicut dicit Ray. vt patuit.ſ. eo.ti.q.xxiij.
que ſit pena.circa ſi.Et multū ꝓſumendū eſt con-
tra talem creditorē.Et indicenda eſt ei reſtitutio
in foro penitentiali:ſi fructus illius terre veriſilr
credebantꝫ plꝰ longe valere ꝙ iſte dederit ſi inſtus
emptor inueniretꝫ. vide infra.q.xxxj. quid de illis
qui emunt.

¶ Queſtio.xxviij.

Quid de eo qui mutuat nauiganti vel eūti Nauiganti.
ad nundinas certā pecunie quantitatē rece
pturus aliqd vltra ſortē pro eo qd ſuſcepit in ſe pe
riculum:id eſt ſi pecuniā vel merces inde emptas
portauerit ſaluas:alſ nō teneatꝫ ſibi etiā de ſorte.
¶ Item aliqs mutuat in tali loco mille ſol.vt in
alio loco reddantꝫ ſibi centū aurei ⁊ ſcit vel creditꝫ
dictos aureos ibi plus valere.recipit aūt in ſe pe-
riculū vt etiā premiſſ.nunqd in his ⁊ ſiſibus com-
mittitꝫ vſura. Rñ.ſm Ray.§.vij. Item ſi aliqs mu Raymundꝰ
tuat.Quis qdam dicant ꝙ nō eo qd nō videtꝫ incon
gruum vt in compēſationē periculi qd in ſe ſuſce-
pit aliqd recipiat.Alij tñ notauerūt ꝯtrariū ⁊ ve-
rius ſcꝫ ꝙ ſit vſura.Et eſt expꝛeſſa decre.extra eo.ti.
c.vlti.rubri.ſ.Ponit etiā hic Ray.tres differētias
inter mutuū ⁊ locatū.Prima qꝛ i mutuo transferꝫ
periculū in accipientē.ſecus in locato. ſcda qꝛ pe-
cunia nō deterioratꝫ per vſum. ſecus in domo vel
equo vel alia re locata.tertia qꝛ vſus pecunie nul-
lum fructuꝫ vel vtilitatē parit vtenti.ſecus in vſu
agri vel domus vel equi vel alteriꝰ rei locate. licꝫ
ergo in ꝑdicto caſu ceſſet prima ratio differentie
non tñ ceſſant due vltime. Tales etiā ſemꝑ faciūt
tale mutuum ꝓpter ſpem lucri pecuniarij: qꝛ nō
licet vt.ſ.dictū eſt. ¶ Cōcordat etiā Hoſt.ver.ſed Hoſtienſis.
nunqd rō aūt quā ponit eſt hec:qꝛ aut recipiens
nō iuuat ſe de pecunia illa ⁊ ſic iniquū eſt ꝙ credi
tor ab eo lucrū exigat qd nō habuit aut iuuat ſe.et
ſic ꝯſumptione efficitur alterius ⁊ res empta effi
citꝫ debitoris lꝫ de aliena pecunia empta ſit.quare
patꝫ ꝙ nō debet ab eo lucrū exigere.qꝛ re ſua vtitur
iſte ⁊ ea lucratꝫ.Qd aūt ille in ſe periculū ſuſcepit
ſibi imputet.nec illud periculū in aliquo eum re-
leuat:partem tñ lucri ſtipulari potuit:vt extra de
dona.inter vir.⁊ vxo.c.per veſtras. ¶ Seqtur in
Ray.poſſet tñ hoc excogitari caſus in quo nō eſſet Raymundꝰ
vſura vltra ſortē accipere:puta.dum ego emerem
vel eſſem paratꝰ emere certas merces de pecunia
⁊ tu ꝓpter nimiā inſtantiā feciſti me ceſſare a tali
emptione.ideo vt tibi mutuarē.⁊ ego dico volo ꝙ
reddas mihi ibi tantū quātum eſſem ibi habiturus
de iſtis mercibus ſi eas illuc deferrē.recipio tñ in
me periculū vt ſupradictū eſt.ſ.eo.ti.q.xvj. Item
quero in qbus caſibus.Concordat his Hoſtien.in
rubri.de peni.⁊ remiſ. ver.qd ſi paratꝰ.Idem etiā
Ulri.§.ſimiliter.dicit hic glo.ꝙ receptio hmōi pe
riculi excuſat hoc potiſſimū ab vſura i vitio caſu.

¶ Queſtio.xxix.

Quid de illis qui a cōmunitatibus ciuitatū
vel a monaſterijs emūt certos annuos red-
ditus vel certos modios annuos ad vitā ſuā:nun
quid eſt vſura. Rñ.ſm glo.ibidē ſuper ver.paratꝰ Gloſſa.
emere nō eſt vſura ex forma cōtractus.cū tñ hmōi Emere.
redditus annuus ꝑſonalis ſit ſiue burſalis nō pre
dialis:credo lꝫ qdam legiſte dicant cōtrariū:ꝙ il-
licitus eſt cōtractus:tum qꝛ venditor facile poſſit
deſiderare mortē emptoris vt ſic liberatꝰ eſſet:tum
qꝛ nullū eſt emptoris periculū de ſterilitate terre
aut tempeſtatibꝰ que ſolent fructus terre iam pa-
ratos ad meſſem.aliqñ deſtruere qd periculū em-
ptores ꝑdictorꝫ ſuſtinent aliqñ intantū ꝙ etiam

expenſas laboris aliqb⁹ annis amittunt.vide īfra
q.xxxi.quid de illis.circa fi.

¶ Queſtio.xxx.

Quid ſi aliquis cū vellet emere vſq ad certū
tps terrā valentem ſingulis annis.x.libras
redditū ad inſtantiā alterius dedit ei preciū qđ
volebat dare pro illa terra eo pacto ꝙ ipſe vel he-
redes eius ſoluant ei tm̄ de redditibus vſq ad il-
Gloſſa. lud tps:numqđ eſſet vſura. Rn̄.ſm glo.ibidē ſup
verbo ceſſare. Si licitus fuit cōtractus quo vole-
bat emere terrā:vel verius fructus illius. credo ꝙ
⁊ ſecūdus licitus fuit.alr̄ nō videtur etiam cōcor-
dare Hoſti.⁊ Ray.vt pꝫ in fi.ſ.eo.titu.q.xxviij.
quid de eo.in fi.

¶ Queſtio.xxxi.

Quid de illis qui emunt vel dono forte occa
ſione alicuius ſeruitij precedētis accipiunt
vel in perpetuū:vel etiā ad tps vſufructū alicuius
caſtri vel ville quē ꝯtractū indifferenter exerceret.
Raymund⁹ precipue cū eccleſijs ⁊ monaſterijs. Rn̄.ſm.Ray,
Aduocatus. §.viij.item q̄ de illis.Credo ꝙ ſi aliquis aduocat⁹
gratis ſeruiuit monaſterio vel eccleſie de aduoca-
tione ⁊ cōſilio ſuo.vel etiā diues gratis ⁊ pura in-
tentione ſeruierit ei mutuādo pecuniā licite poſ-
ſunt recipere hmōi vſufructū.vel aliud donū gra
tis datū.xij.q.ij.quicūq eccleſiaſticis dari tenet.
De hoc.ſ.eo.ti.q.vij.quid de his q̄ corrupta ⁊ ſeq.
¶ Item dico ſi nullo adhuc impēſo ſeruitio rece-
perūt donū a monaſterio:dum tm̄ ſemp ſit intētio
recta:⁊ ſtudeāt fideliter reſpōdere in ſeruitio cō-
petenti:ne alr̄ bona pauperū cōſumere videant in
bonis enim hmōi ſcilꝫ eccleſiarū que pauperibus
ſunt debita ſtrictius iudicantur:vt dicit hic glo.
q̄uis gratis receptis q̄ de rebus priuatoꝝ.Idem
dico de illis qui emunt niſi facta ſit talis venditio
in fraudē vſurarum quod p̄ſumitur ex circūſtātijs
poſitis.ſ.eo.ti.q.xxv.quid ſi vendi prediū. Et etiā
colligit p̄ſumptio etate ⁊ ſanitate.ex q̄bus poteſt
haberi p̄ſumptio vtrū multū vel parū debeat vi-
uere.q2 ſm hoc vt dicit hic glo.maius vel minus
dꝫ eſſe preciū empte.Tn̄ de his circūſtantijs in iu
dicio aīe.ſerua qđ dixi.ſ.eo.tit.xxiij.quid ſi pena.
circa fi.Caute tn̄ ⁊ diſcrete age ne decipiaris pro
poſſe.ſi tn̄ in tali vēditione monaſteriū eſſet enor-
miter vel manifeſte deceptū etiā citra meditatē
Gloſſa. iuſti precij:vt dicit hic glo lꝫ fuerit pura venditio
⁊ recta intentio:neq dolus fuit adhibitus:⁊ ideo
excuſat ab vſura:tn̄ debet remouere deceptionem
vel ſupplēdo iuſtū preciū:vel reſtituēdo rem p̄cio
qđ numerauit ſibi reddito.extra de emp.⁊ vendi.
cū dilecti. Et eſt in optione emptoris vt faciat qđ
horum duoꝝ voluerit vt ibidē dicitur.fiet aūt eſti
matio deceptionis nō ſm tps preſens in quo forte
lis: vel etiam per clericum vel regularem: ſed non
ex caritate vel correctionis cauſa ⁊ mandans ⁊ ver
berans incideret in canonem late ſententie etiam
ſi cauſa verberãdi ſubſit: vt extra de ſenten. excõ.
vniuerſitatis ⁊ ſunt per ſedem apoſtolicam abſol
uendi vt ibidem dicitur. Glo. dicit hic qꝺ non eſt Gloſſa.
tutum qꝺ abbas faciat hoc per laicos conuerſos:
quia decreta. predicta dicit qꝺ poteſt facere per ſe
vel per clericũ vel monachũ: vnde ⁊ per clericos
etiam ſeculares fieri poteſt: cum decreta. h̃ nõ di-
ſtinguat cum ſupradictis a p̃ncipio queſtionis. et Hoſti.
concordat Hoſtien. lib. j. rub. xj. de temporibꝰ ord.
§. xiij. ⁊ cui. ſub. §. decima regula. ⁊ lib. v. rub. xxv.
de clerico percuſſore. per totum. Satis etiam con-
cordat Ulri. lib. vj. tract. iiij. c. xxiiij. §. ex litibus et
ſequenti.

¶ Queſtio. ij.

QUare aliquiꝰ licet verberare. Rñ. ſm tho.
in ſum. q. lxv. arti. ij. dicendum qꝺ nocumen
tum alicui inferre non licet per moduz pene ꝓpẽ
iuſtitiaz nullus aũt iuſte punit aliquẽ niſi ſit eius
iuriſditioni ſubiectus. ⁊ ideo verberare aliquem
non licet niſi habenti poteſtatem aliquã ſuꝑ illuz
qui verberatẽ: ⁊ quia filius ſubditur poteſtati p̃ris
⁊ ſeruꝰ poteſtati dñi licite. poteſt verberare pater
filium ⁊ dñs ſeruũ cauſa correctiõis ⁊ diſcipline.

¶ Queſtio. iij.

UTrum liceat aliquẽ incarcerare vel violẽter
detinere. Rñ. ſm Tho. ibidem arti. iij. dicen
dum qꝺ in bonis corporis tria per ordinem conſi-
derantur. Primo quidem integritas corporalis
ſubſtantie cui detrimentum affert per occiſionez
vel mutilationẽ. Scꝺo delectatio vel quies ſenſus
cui opponiẽ verberatio vel quodlibet ſenſum do-
lore afficiens. Tertio motus ⁊ vſus membrorum
qui impe-

qui impedit per ligationē vel incarcerationē ſeu quācūq3 detentionē: τ ideo incarcerare aliquē vel qualitercūq3 detinere eſt illicitū niſi fiat ſm ordinem iuſtitie: aut in penā aut ad cautelā3 alicuius mali vitandi. ℂ Nota etiā ſm Tho. ibide3 ar. iij. qᵭ detinere hoīem ad horā ab aliquo ope illicito ſtatim perpetrando cuilibet lʒ. Sicut cū aliq̄s detinet aliquē ne ſe precipitet vel ne alium feriat ſed ſimplr alium includere vel ligare ad eum ſolū ptinet qui hʒ vniuerſalr diſponere de actibus τ vita alterius: quia per hoc impeditur non ſolum a malis ſed etiam a bonis agendis.

ℂ Queſtio. iiij.

Thomas.

VTrum pctm̄ hmōi iniuriarum aggrauet ex hoc qᵭ cōmittit in pſonā coniūctā alijs. Rn̄. ſm Tho. ibidē ar. iiij. dicendū quāto aliqua iniuria in plures redundat ceteris paribus tanto grauius eſt pctm̄. Et inde eſt qᵭ grauiꝰ eſt pctm̄: ſi aliquis pcutiat pncipem q̄ priuatā pſonā: q2 redundat in iniuriā totius multitudinis. Cū aūt infert iniuria in aliquā pſonam coniunctā alteri qualitercūq3 iniuria illa pertinet ad duas pſonas. τ idō ceteris paribus ex hoc ipſo aggrauatur pctm̄.

ℂ Queſtio. v.

Raymun.

QUid ſi clericus vel regularis verberat aliquē τ poſtea volens ei ſatiſfacere de offenſa in compenſationē iniurie ſponte ſup ipſo iniuriā paſſo ſubijcit ſe verberandū. nunq̄d verberās eſt excōicatus. Rn̄. ſm Ray. §. ij. q̄d ſi. dic qᵭ ille qui ita ſubijcit ſe verberādū dʒ excōicari τ ipſe verberās eſt excōicatus ex ipſo iure. Talis em̄ iniectio et ſi non ſit violenta eſt tn̄ iniurioſa. ſ. quātū ad ordinē clericalem: τ temeraria. cū ille canon non tā in fauorem clerici ordinati q̄ in fauorē ordinis clicalis fuerit pmulgatus. extra de ſen. excom. cōtingit. j. τ ita ſentiūt fere oēs doctores. Idē etiā dicit glo. B τ Inno. in glo. ſup eandē decre. contingit.

ℂ Queſtio. vj.

Ray.

CUius modi moderamen prelati hre debeāt in corrigendo. Rn̄. ſm Ray. §. iij. in ſumma Nota q̄ prelatus nō dʒ eſſe remiſſus circa iuſtitiā τ correctionē. Nā vt ait Ambro. Dum vni parcit īdigno breui lacrimula. vel etiā vberiorībꝰ fletibꝰ ad prolapſionis cōtagiū pvocat vniuerſos: facilitas em̄ venie incentiuū tribuit delinquendi. xxiij. q. iiij. Eſt iniuſta miſericordia. τ c. ſequēti. ℂ Ite3 non dʒ eſſe crudelis vel ſeuerus. xlv. di. lʒ. j. τ. ij. Itē prouer. xxx. qui nimis emungit ſanguinem elicit.

Moderam̄

ℂ Ex remiſſione aūt τ ſeueritate dʒ cōflare quoddam mediū tēperamētū qᵭ recte pōt dici iuſtitia. Greg. diſciplina vel miſericordia multū deſtituit ſi vna ſine altera teneat. ℂ Idem oīs qui iuſte iudicat ſtateram in manu geſtans in vtroq3 penſo iuſtitiam τ miſericordiā portat. Ide3 vera iuſtitia cōpaſſionē habet falſa vo dedignationem τ q̄uis iuſti recte ſoleant peccatoribus indignari habent

Grego.

he autoritates Greg. xlv. di. ℂ Item nō dʒ prelatus facilis eſſe ad vindictā ſumendā: ſed cā cognita τ pſultis eccl̄ie ſenioribus: τ alijs ſapientibꝰ dʒ procedere. lxxxvj. di. ſi q̄s vō. vbi etiā dicit Grego. q̄ prelatus ſi qᵭ malū de ſubditis audierit non facile credat. Item de hoc ibidem in. c. tanta. Ite3 ſi contingat ipſu3 in altero excedere: melius eſt ſibi de nimia miſericordia q̄ de nimia ſeueritate reddere rōnem. diſt. l. ponderet. In ſi. xxvj. q. vlti. alligant. Et phs quidā ait. Leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtigāti: aſperitatis autē nimie increpatio nec increpatiōe3 recipit nec ſalutē. hoc

Seneca.

habet. xlv. diſt. cū beatus. Et Seneca. Generoſus eſt animꝰ hoīs facilius ducit q̄ trahat: vbi tamē non prodeſt leuitas ſuccedere debet aſperitas qᵭ oſtendit apl's. ij. thi. iiij. argue: obſecra: increpa in omni patientia τ doctrina. Et hoc niſi ſcādalū timeatur. vide de hoc infra co. li. ti. xxx. de ſcandalo τ perplex. q. v. vtrum bona τ ſequēti. τ. q. viij. quero etiam.

De litigioſis non ordinandis. Titu. xj.

SEquit in regula nō litigioſu3.

ℂ Queſtio. j.

HIc primo quero quid ſit litigium. Rn̄. ſm tho. in ſum. q. cxvj. art. j. dicēdū q̄ ppē litigiū in v̄bis pſiſtit cū. ſ. vnꝰ verbis alterius ptradicit. in q̄ quidē cōtradictiōe duo poſſūt attendi. Qñq3 em̄ cōtingit cōtradictio ppter pſonam dicentis cui cōtradicens pſentire recuſat ppter defectū amoris. animos viuentis. Et hoc videtur ad diſcordia3 pertinere caritati cōtrariā. qñq3 vero contradictio oritur ratione perſone quā aliquis contriſtare non veret τ ſic. qᵭ amicitie vl' affabilitati. opponit ad quā pertinet delectabilr alijs conuiuere vn̄ philoſophus dicit in. iiij ethi. q̄ illi qui ad omnia contrariantur cauſa eius qᵭ eſt contriſtare neq3 quodcunq3 curantes diſcoli τ litigioſi vocantur.

Philoſophus.

ℂ Queſtio. ij.

Thomas.

VTrum litigioſus plus peccet vel adulator. Rn̄. ſm Tho. ibidem art. ij. dō q̄ vnumq̄dq3 vitium tanto grauius eſt quanto magis repugnat virtuti oppoſite. virtus aūt amicitie principalius tendit ad delectandum. ideo litigioſus qui ſuperabundat in contriſtando grauius peccat q̄ placidus ſiue adulator qui ſuperabundat in delectando per accidens tn̄ poſſet eſſe econuerſo puta ſi in aliquo particulari adulator magis intenderet per deceptionem nocere vel huiuſmodi.

Adulator Litigioſus.

ℂ Queſtio. iij.

Raymun.

DEinde ſpecialiter q̄ro. quare litigioſus prohibet ordinari. Rn̄. ſm Ray. e. ti. hmōi prohibitionis triplex eſt cauſa prima eſt vitium qᵭ cōſiſtit in doctrina predicationis q2 cū ſit ſuperbus. τ arrogans neſcit humiliter docere. vn̄ hiero. xlvj. di. §. j. nihil eſt impudentius arrogātia ruſticoru3 q̄ garrulitatē: autoritatem putāt τ parati ad lites in ſubiectos tumide intonant talibus dicit dn̄s p Eze. xxxiiij. vos cum auſteritate īperabitis eis τ cū potentia τc. ℂ Scd'a cā eſt vitiū qᵭ attendit circa conuerſationē. q2 litigioſus ſolet eſſe proditor detractor maledicꝰ. adulator: ioculator: inuidꝰ: ſcurrilis τ ad iniuriā vlciſcēdā facilis. xlvj. di. §. ecce. τ. c. ſequētibus. ℂ Tertia cā eſt q2 cū ipe ſit litigioſꝰ τ p cōſeq̄ns pvocat alios ad diſcordiā non pōt diſcordantes ad concordiā attrahere. qᵭ tn̄ tenet ex officio facere di. xc. §. j. τ p totā diſtinctionē hāc tertiā cauſam etiam aſſignat Ulr. li. vj. tract. iiij. c. xxiiij. §. ſuperius etiam.

De cupidis non ordinādis Titu. xij.

SEquitur non in cupidum probibetur enim cupidus ordinari et eligi di. xlvij. §. j. xlij. di. §. j. lxxxv. di. ſlorentinum.

ℂ Queſtio. j.

CIrca hanc materiam primo q̄ro vtrum auaritia ſiue cupiditas ſit peccatum. Rn̄. ſm tho. l ſum. q. cxviij. art. j. dō q̄ ſic in omnibus. n. q̄ ſunt propter aliquē fine3

bonum illorū cōſiſtit in quadā mēſura. Nam ea q̄ ſunt ad finē neceſſe eſt cōmenſurari fini. Sicut medicina ſanitati vt ꝑ3 ꝑ philoſophū l.j. politice: bona aūt exteriora habent rōnē vtiliū3 ad finē. vñ neceſſe eſt ꝙ bonum hoīs circa ea cōſiſtat in quadā3 mēſura dū.ſ. homo ſm aliquā menſurā querit habere exteriores diuitias prout ſunt neceſſarie ad vitā eius ſm ſua3 cōditionē. Et ideo in exceſſu huius mēſure conſiſtit pctm̄ dum.ſ. aliqs ſupra debitum modū vult ea vel acqrere vel retinere qđ pertinet ad rationē auaritie q̄ diffinit̃ eſſe immoderatus amor habendi vñ patet ꝙ auaritia eſt pctm̄.

¶ Queſtio.ij.

Auaritia, Idem. Utrū3 auaritia ſit pctm̄ mortale. Rñ. ſ3 tho. ibidē. art.iiij. dō ꝙ auaritia dupliciter dicit̃. Uno modo ſm qđ opponitur iuſtitie ⁊ hoc modo ex genere ſuo eſt pctm̄ mortale. Sic em̄ ad auaritiam pertinet qđ aliqs iniuſte accipiat vel retineat res alienas qđ pertinet ad rapinā vel furtum que ſunt mortalia. Cōtingit tñ in hoc genere auaritie aliquid eſſe peccatū veniale ꝓpter imperfectionē actus ſicut de furto. ſ. dictum eſt.li.q.t.vj. de furtis q.xiiij. vtru3 furtū. Alio modo pōt accipi auaritia ſm qđ opponitur liberalitati ⁊ ſm hoc importat inordinatum amorē diuitiarū. ſi ergo in tm̄ amor diuitiarum creſcat qđ preferatur caritati vt.ſ. ꝓpt amorē diuitiarum aliquis non vereat̃ facere cōtra amorē dei ⁊ proximi ſic auaritia erit pctm̄ mortale: ſi aūt inordinatio animi infra hoc ſiſtat vt.ſ. hō quamuis ſuperflue diuitias amet. non tñ prefert amorē earum amori diuino vt.ſ. propter diuitias non velit aliquis facere cōtra deum ⁊ proximū ſic auaritia eſt pctm̄ veniale Cōcordat his Ulri. lib. vj. tracta.ij.c.x.§. huic autem virtuti ⁊ tract. iiij. c.
Ulricus. xxj.§. ex premiſſa.

¶ Queſtio.iij.

Deinde quero ſpecialiter quare cupid⁹ ꝓhibetur ordinari ⁊ eligi. Rñ. ſm Ray.e.t. ratio
Ray huius prohibitionis eſt duplex. Prima q2 cupiditas eſt radix omnium malorū3.j.thi.vj. ⁊ auaritia eſt ydolorum ſeruitus. Ephe.v. ⁊ extra de cōſtit. nā cōcupiſcentia.xlvj.di. virum bonorū. Secūda rō ē q2 mens eius cupiditate excecata non videt qđ expediat ſed ſemꝑ videt aurū: redditus computat: gratius intuetur aurum q̄ ſolē.xlvij.di. ſicut hi.iij q.v. accuſatores vel teſtes ſuſpecti. ¶ Sed q2 ꝓpt cupiditatem clerici monachi ⁊ regulares ſepe efficiuntur negotiatores vtrum clericis vel alijs pſonis eccleſiaſticis liceat negotiationes exercere. de hoc vide.ſ.li.ij.t.viii. de filio monachi negotijs ſecularibus de negotijs ſecularibus. circa prin.

Quod ordināđ⁹ ſit domui ſue bene prepoſitus

Titu.xiij.

D ſi ꝑ prepoſitus Sequitur domui ſue bene ꝑpoſitum id eſt familie ſue. Dicitur aūt bñ prepoſit⁹ familie ſue qñ regit eā honeſte a vitijs ad virtutes verbis ⁊ exēplo trahēdo.xlvij.di.§. neceſſe.

¶ Queſtio.j.

Circa hanc materiam primo q̄ro qualiter paterfamilias debeat regere domum ſuam ⁊ familiā corrigere. Rñ. ſ3 Ulri. lib.vj. tracta.iiij.c.xxiiij.§. cū.n.
Ulricus. ⁊ ſequentib⁹. vbi dicit ꝙ cum ex natura pater teneatur filijs in diſciplina morū ſicut in educatione corporali ꝑ3 ꝙ quilib3 homo nō ſeruans etiā fidelitatem naturalē deſerit̃ eſt deterior eis q̄ i3 nō ſint ſub lege grē tñ ſeruāt inſtinctum legis nature. Jō
j.thi.v. dicitur ſi quis aūt ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curā nō habet fidem negauit ⁊ eſt infideli deterior. Ex hoc autē qđ dicit apo. ſuorum ⁊ maxime domeſticorū patet ꝙ paterfamilias non ſolum tenet̃ curā regiminis habere circa domeſticos id eſt circa filios vt exponit augu. ſ3 etiam circa omnes ſuos per quos intelligunt̃ ſerui qui de familia ſūt j.thimo.v.
¶ Hec aūt cura correctionis non ſolū3 debet eſſe verborū ſed etiā exempli boni ⁊ verborū q2 hec eſt ſpecies elemoſine vt dicit aug. vñ ſicut ad elemoſinā corporalē tenet̃ qs tpē neceſſitatis ita ad hāc elemoſinā etiam quilibet tenet̃ tempore neceſſitatis ſpiritualis. Si vero non ſic corriguntur tenetur eos abijcere a ſe ſi credit ꝓbabilr̃ per hoc eos corrigi ⁊ ſine hoc in malitia pertinaciter perſeuerare ne ſit patronus criminis. Sicut patet l vxore fornicaria. qđ ſi probabiliter credit per hoc eos licētius peccare ꝑ ſuā aūt curā ꝑ ſuū timorem videt eos a multis ⁊ ſi non ab omnibus malis ſe temperare ei non imputat̃ puerſitas ſuorū vñ dicit hiero. ⁊ hẽ di.xlvij.§. neceſſe eſt. Nō em̄ iuſtus polluit̃ ex vitio filiorū qui non timet propter vitia filiorū extraneos reprehēdere. Qđ tūc fiet ſi non erit ꝙ ſibi Augus
imputetur. vñ ⁊ augu. dicit ad Uincētium donatiſtam ⁊ eſt ibidem di.xlvij.c. quantūlib3 vigilet diſciplina dom⁹ mee homo ſū. ⁊ inter homines viuo. Nec mihi arrogare audeo. ꝙ domus mea melior ſit quā archa noe. vbi tamē inter octo hoīes vnus reprobus inuentus. eſt aut melior ſit quā domus abrahe cui dictum eſt. Eijce ancillā ⁊ filium eius aut melior ſit q̄ dom⁹ yſaac cui de duobus geminis dictum eſt Jacob dilexi. Eſau aūt odio habui. ¶ Qđ autē teneatur facere qđ in ſe eſt probatur non ſolū per penam hely qua punitus fuit in ſe ⁊ in filijs. ſed etiam per dd. qui q2 circa filios pietatem ⁊ nō ſeueritatem diſcipline exercuit: eorum iuuentutē experimēto didicit eſſe pernitioſa3. quorū p̄lam vaga luxa permiſit eſſe voluptuoſa nimirū quippe eorum.ſ. amon. ſororem ſuam ſtupro corrumpens ab Abſalone Inter epulas obtruncatus eſt. Abſalon vero a regno patrem expulit ⁊ concubinas eius polluit ⁊ ideo ſuſpēſus in quercu a ioab occiſus eſt hec exempla habes. di.xlvij.§. Neceſſe. Hie

¶ Queſtio.ij.

Sed qualiter ſpecialiter in ordinando requiritur vt bene preſit domui ſue.i. familie. Rñ ſ3 Ray.e t. ratio hmōi duplex eſt vna q2 nō h3 frōtem reprehendendi homines alios q̄ ſuos corrigere neglexerit. di.xlvij.§. neceſſe eſt. Alia q2 preſumitur vehemēter contra eū de crimine negligētie qđ adeo magnū eſt vt etia3 depoſitionē inducat.lxxxj di. dicti3 ſi tñ ſine culpa ſua familia mala eſſet q2 correxiſſet eā quantū ad ſe ſufficienter non imputaret̃ ei nec repelleret̃ propter hoc a promotione: vl̃ alijs legitimis actib⁹.xlvij.di. Nō.n. quātūlibet Quo ad nos preſumitur tñ prima facie contra eū: qđ per eū ſteterit donec probet contrariū. lxxxiiij. di. peruenit vide de his plen⁹. q. precedēti. ¶ Itē poſtq̄ ꝓmotus fuerit ad epiſcopatum debet eſſe bene prepoſitus domui ſue.i. eccleſie ſue. q2 nō debet plura eccleſiaſtica beneficia ⁊ maxime q̄ cura3 habent animarum annexā: vni quātumlibet exercitate perſone vno tempore cōmittere ſed ſingula ſingulis.lxxxix.di. ſingula.vij.q.j. in apibus. Raymun.

¶ Queſtio iij.

Quid ſi epiſcopus de facto vni perſone duas dignitates vel eccleſias parrochiales duas vel plures conferat. Rñ. ſm Inno.iij. in cōſilio generali Inno.

nerali q̃ ſic dicit ſtatuim⁹ vt quicũqꝫ receperit ali-
quod beneficium curam habẽs animarũ annexã.
ſi prius tale beneficium habeat eo ſit ipſo iure pri-
uatus ⁊ ſi forte illud retinere contenderit etiã alio
ſpolietur. ¶ Is quoqꝫ ad quẽ prioris ſpectat dona-
tio illud poſt receptionẽ alterius libere conferat
cui merito viderit conferendum. ⁊ ſi vltra ſex men-
ſes conferre diſtulerit non ſolũ ad alios ſm̃ Late-
ran. concilij. ſtatutum eius collatio deuoluatur, ve-
rũetiam tñ de ſuis cogatur prouentibus mutilita-
tem eccleſie cuius illud eſt beneficiũ aſſignare quã-
tum a tp̃e vacationis ipſius cõſtiterit eẽ perceptum.
Gloſſa. extra de pb̃ẽ. ⁊ dig. c. de multa. ¶ Glo. ber. dicit h̃
benedicit de ſuis. i. proprijs ſi ꝓpriũ hꝫ. extra de ap-
pella. reprehenſibilis. alioqñ delictũ pſone nõ dꝫ
redundare in eccl'iam alſ ſi ꝓprium non hꝫ puniat
alia pena ad arbitriũ iudici. xvj. q. vj. illud. ⁊ xiiij.
q. vj. ſi res. vel repetat ab eo qui percepit illud tanq̃
indebitũ: qꝛ tanq̃ inuaſor poſſidebat cũ vacauerit
ipſo iure poſt receptionẽ ſecũdi ⁊ mala fide. vnde
oẽs fructus ab eo ip̃e reſtituere dꝫ. C. de rei vendi.
certum. Itẽ ar. ad hoc extra de preben. dilectus fil.
p. in fi. ⁊ extra de iure pa. dilectus. Idẽ poſita cum
Ber. recitat' Hoſti. lib. j. rub. vj. de electi. §. xv. quã
Hoſtienſis. penam. circa prĩci. Sed addit h̃ de plano concedo
quo ad ſucceſſorẽ illius qui cõferre debuit bñficiuꝫ
ſcꝫ qḋ reſtituat de ꝓpo. ar. C. ex delic. defũ. l. vnica
Si vero cõſcius delicti viuat: non quero ꝓprietatẽ pa-
trimonij. ſed ꝓuẽtuũ eccl'iaſticoꝝ quos ſuos facit
in vita ſua. extra de pecul'. clerico. c. fi. Inno. etiam
iiij. in glo. ſup eandẽ decre. ⁊ multa. dicit q̃ talis
furtum committit in rebus prioris eccl'ie. extra de
elec. dudũ rotho. eccl'ia. ¶ Seq̃t in decre. de multa
hoc idem in pſonatib⁹ eſſe decreuimus, obſeruãdũ
addentes: vt in eadẽ eccl'ia nullus plures dignita-
tes aut pſonatus hr̃e preſumat etiã ſi cãm non ha-
beant alaꝝ. Circa ſublimes tñ ⁊ lr̃atas pſonas q̃
maioribus ſunt beneficijs honorande cũ rõ poſtu-
lauerit p ſedem apl'icã poterit diſpenſari. De intel-
Grego. lectu huiõi decretalis vide ſup plura. lib. j. tit. j. de
ſymo. q. vlti. ¶ Addit etiã Grego. x. in cõcil'. Lugd.
ſic in cõferendis pſonatib⁹ ⁊ alijs bñficijs curã ha-
bentibus alaꝝ annexam ordinarij diligentiã illaꝫ
obſeruent vt pſonatũ dignitatẽ vel aliqḋ bñficiuꝫ
ſilem curam hñs alicui plura ſil'ia obtinenti non
ante cõferre preſumãt q̃ eis ſup obtentis diſpenſa-
tio euidenter ſufficiẽs oſtendat. Qua etiã oſtenſa
ita demũ ad collationẽ ꝓcedi volumus ſi apparet
per eandẽ qḋ cui eſt collatio facienda huiõi pſona-
tum dignitatẽ vel beneficiũ retinere licite valeat
cũ obtentis: vel ſi ea que obtinet ſic libere ⁊ ſpon-
te reſignet. Aliter aũt de pſonatib⁹ dignitatibus ⁊
beneficijs talib⁹ facta collatio nulli⁹ penit⁹ ſit mo-
menti. extra de offi. ordi. in. c. ordinarij. Item nota
Inno. ſm̃ Inno. in glo. ſup. c. de multa. qḋ large ſumit h̃
cura alaꝝ ſiue in foro pniali habeat curã ſiue alſ
ſicut iuriſditionẽ aliquã ſpãleꝫ ſup aliquos. extra
de elect. dudũ rotho. eccl'ia. Itẽ nõ eſt vis ſit eccl'ia
baptiſmalis ſiue capella tm̃ dum mõ curam hẽat
aliquoꝝ parrochianoꝝ. Itẽ nõ eſt vis ſiue habeat
parrochianos de facto ſiue non dum mõ ius par-
rochiale habeat. hec Innoc. ſatis etiã cũ hoc con-
Goffre. cordat Goff. lib. j. ti. xvij. de filijs pſbyteroꝝ. in fi.
tituli. ⁊ Hoſti. ea. rubrica. in fi. v̾. itẽ querit. Item
vt habet extra de elec. in. c. dudũ Rothomageñ.
eccl'ia. ſi aliqs ſine diſpenſatione hñs duo bñficia
curam alaꝝ hñtia eligit debet electio tanq̃ de per-
ſona ineligibili facta caſſari.

¶ Queſtio. iiij.

In quibus caſibus de iure cõi põt vna pſona
duas vel plures eccl'ias vel pbendas habere
⁊ q̃d iuris ſit de cõmendatiõe eccl'ie parrochialis.
Rñ. ſm̃ Ray. eo. ti. in. v. caſibus põt qs duas vel
plures eccl'ias hr̃e. ¶ Prim⁹ qñ eccl'ie tenues ſũt Ray.
qḋ neutrũ per ſe ſufficeret ad ſuſtentandã pſonã. Caſus.
x. q. iij. vnio. extra d' relig. do. qꝛ. ¶ Scd̃s caſus eſt
ſi vna pendet ex altera. extra de eta. ⁊ quali. ordi.
c. eam te. ¶ Tertius ꝓpt̃ raritatẽ cl'icoꝝ. xxj q. j.
clericus. in fi. Et hoc locum hꝫ extra ciuitates vbi
non inuenirẽt ita facile quib⁹ venderẽt artificiola
ſua: ⁊ ꝓpter multas alias circũſtantias q̃ poſſent Duaspreb:
cogitari. Glo. dicit hic credo tñ idẽ eſſe obſeruan- das.
dum hodie in ciuitatib⁹. ¶ Quartus eſt ſi eccl'ia
annexa eſt prebende vel dignitati. In quo caſu cũ
ipſe teneat in maiori eccl'ia pſonalr̃ deſeruire in
ipſa parrochiali eccl'ia idoneuꝫ ⁊ ꝑpetuũ habeat
vicarium canonice inſtitutũ q̃ congruentẽ habeat
de ipſius eccleſie prouentibus portioneꝫ. extra de
prebendis. extirpande. vbi etiã notabiliter inter-
dicit. Ne quis in fraudẽ de prouentibus eccleſie q̃ Commẽda.
curam habere debet proprij ſacerdotis penſioneꝫ
alij quaſi pro beneficio cõferre preſumat. ¶ Quin-
tus ſi habet vnã intitulatã ⁊ aliã cõmendatã. xxj.
q. j. q̃ duas hoc intelligo ſi ſubeſt iuſta cauſa quare
fieri debeat cõmẽdatio vt qꝛ non inuenitur platus
ydoneus vel aliqua ſimilis. alias. n. epiſcopi poſ-
ſent multas fraudes cõmittere. ¶ De hac tñ com-
mẽdatione ſic ſtatuit Grego. x. in cõci. Lugd. in ti.
de electione. c. nemo deinceps. Nemo deinceps par-
rochialẽ eccl'iaꝫ alicui nõ cõſtituto i etate legitĩa. ſ.
in. xxv. anno. vt patet infra eo. ti. q. xij. Quid iuris
⁊ q̃. et ſacerdotio commendare preſumat. nec ta-
li etiam niſi vnam ⁊ euidenti neceſſitate vel vtili-
tate ipſius eccleſie ſuadẽte: huiõi autem cõmenda-
tionem vt premittitur rite factam declaram⁹ vltra
ſemeſtris temporis. i. ſex menſiũ ſpaciũ non dura-
re. Statuẽtes quicq̃d ſecus de cõmendatione eccle-
ſiarum parrochialium actũ fuerit eſſe irritum ip-
ſo iure. In ſupradictis quinqꝫ caſibus Gof. li. j. ti.
xiij. de eta. ⁊ qua. ⁊ ordi. preterea circa. fi. ⁊ Hoſti.
li. iij. Rubri. vij. de inſtitutionibus. §. iiij. Quis in-
ſtitui. ſub. §. idem inſtituend⁹. ⁊ Ber. extra de elec.
in glo. ſup. c. dudũ Rothomagñ Eccleſia. ſup v̾bo Gloſſa.
vtroqꝫ concordat cum Ray. ¶ Glo. vvil. dicit. hic
q̃ id qḋ dictũ eſt eſt de pluralitate eccleſiarũ. ſ. qñ
licet plures eccleſias habere idẽ credo de preben-
dis ⁊ concordat cũ hoc Ber. v̾. proximo. ⁊ in fi. ſu-
per verbo retinere. Et in glo. extra de prebẽdis. ſu-
per eo. ſuper inordinata. Nam de iure cõmuni nõ
licet plures prebendas habere vt titulũ niſi in ca-
ſibus predictis vt patebit infra eo. ti. q. vij. verum
circa pluralitatem. Et concordant cum hoc Gof. Goffre.
li. iij. ti. v. de preben. ⁊ Hoſtien. ea. Rubri. §. vlt. ſub Hoſti.
§. ſed illud. v̾. ſed breuiter. Multa tamẽ de hoc di-
ſputando ponit idem hoſti. e. ſub. §. ⁊. §. iij. cui ſub
§. ſed nunquid prius. Diſtinguit multa genera be-
neficiorum. ¶ Innocẽtius vero eo. ti. c. de preben.
in glo. ſuper. c. cũ iam dudum. de pluribus prebẽ-
dis licite habẽdis ita qḋ ſit in pluribus eccleſijs
⁊ canonicus ⁊ prebendarius. allegat conſuetudi-
nem maxime ſi non requirunt reſidentiam. ⁊ hoc
cum non attendit propriam vtilitatem ſed dei nec
honorem propriũ ſed onus. ar. viij. q. j. in ſcrip. ⁊. c.
Qui epiſcopatum qḋ verum eſſe dicit idem Inn.
ibidem v̾. perſona bona eſt et induſtris ⁊ literata
¶ Sed tñ ſm̃ plures doctores tene certũ. dimitte
incertũ. ſ. vt non fiat ſine diſpenſatione. Et idẽ di-
cit Hoſti. extra de conceſſione prebẽ. vel ec. nõ va. i
glo. ſuper. c. litteras.

¶ Queſtio.v.

CIrca hanc materiam.quero vtrū recepta ſe-
cunda prebenda prima vacet ipſo iure.Rñ.
ſm Goff.vlti.ē.ſ.li.iij.t.v.de prebē.qui dicit ſic.Jd
qd ſtatutum eſt de beneficijs curam animarū habē
tibus.vt extra co.ti.de multa.Et in perſonatibus
de quibus eſt idem iudiciū habēdum etiam ſi cu-
ram non habeāt alarū.Jdē intelligo in prebēdis
extra de conceſſione prebēde.vel eccleſie non vac.
Litteras intelligo tñ hoc cū ſecunda prebenda re
cipitur vt titulus non vt ſimplex beneficiū.vel vt
Tancredus ſtipendium.Tancredus tñ ⁊ ꝗdā alij doctores nō
compatientes ; auperibus ſed diuitibus blandiē
Hoſt. tes dixerunt hoc locū tm̄ habere in beneficijs cu-
ram alarum habentibus ⁊ dignitatibus.Denim⁹
Hoſti.e.rubri.ſ.de prebendis.§.vlti.ſub.§.ſed etſi,
Goff.recitat opinionē.Goffr.nec eam improbat,
vide.q.precedenti.

¶ Queſtio.vj.

VTrum is ꝗ habet duas prebendas vel plu-
Gof. ra beneficia curaꝫ animarū habentia vl' per
ſonatus poſſit qd voluerit retinere.Rñ.ſm Gof.
ibidem ꝙ non q꞉ recepto ſcdo primum vacat ipſo
iure vt dictum eſt nec eſt cōtra extra de prebendis
referente q꞉ loquitur de gratia vel ſm tempus ſu
um Nā hodie contrariū eſt vt in illa de multa idē
recitat Hoſti.ibidem.

¶ Queſtio.vij.

VTrum circa pluralitatem beneficiorū poſſit
Jdem, epſ diſpenſare.Rñ.ſm Gof.ibidē.licet Jo,
ſcripſit qd ſic in eodē epiſcopatu ſed non in diuer
ſis ⁊ hoc propt iuris īpoſſibilitatem q꞉ teneretur
vtriqꝫ obedire ⁊ ab vtroqꝫ ordines recipere qd eſſe
nō poſſet ſi contraria mādarentur.ſed hanc pple-
xitatem ſolus papa tollere pōt ꝗ diſpenſando vide
tur ei concedere qd eligat cui voluerit obedire vel
a quo ordines recipere.veri⁹ tñ puto qd ſiue i eodē
epiſcopatu ſiue in diuerſis nullus diſpenſare pōt
niſi papa ⁊ ſic curia tenet quaſi idem recitat Hoſ,
Gloſſa, ſed glo.vnl.dicit hic credo ꝙ epi.poſſunt diſpen-
ſare ꝙ quis plures prebēdas aut plura bñficia ſi-
ne cura animarū.⁊ ſine perſonatu habeat,hoc tñ
poſſunt non de iure ſcrip.ſed de cōſuetudine ; ſola
quam papa ſcit ⁊ non reprobat ⁊ ideo preſumitur
eam approbare vñ credo hodie derogatū eſſe per
contrariam conſuetudinem illi.c.lxx.di.ſanctorū
vbi prohibetur qd nullus ſit canonicus prebenda
rius niſi vnius eccleſie in qua conſcript⁹ eſt.i.inti
tulatus licet ex diſpenſatione epiſcopi vnus diuer
ſis poſſet preeſſe eccleſijs.Jdem Vlri.li.vj.tracta.
Bernar, iij.c.x.§.diſpenſationē.Jdē Ber.in glo.vbi.ē.ꝯcor
dat etiā cum hoc glo.Bartholomei Brix.ſuper.
dictum.c.ſanctorum.ſ.qd licet nec in eodem epiſ-
copatu nec in diuerſis liceat habere plures eccleſi
as vel prebendas:niſi in caſibus ſupra poſitis tam
de pluralitate prebēdarum ſeu beneficiorum ſim-
plicium non eſt eis prohibitum diſpenſare vt pa-
tet extra de prebēdis de multa.Dicit vlri.ꝙ ſicut
poteſt epiſcopus diſpenſare in pluribus beneficijs
ſimplicibus vl' prebendis ita poteſt diſpenſare qd
quis habeat beneficiū ſimplex.i.ſine cura ⁊ pſona
tu cuꝫ alio qd habet curam animarum .Hoſti.ex-
tra de cōce.pre.vel ec.non va.in glo.ſup.c.litteras.
premiſſis multis de hac materia ſubiungit qd ſi
ſi epiſcopi non poſſint diſpenſare in pluralitate
huiōi prebendarum quo ad titulum dici tamē po
teſt qd poſſunt diſpenſare ob prerogatiuā merito
rū qd primā vel ſecundā teneat tanꝗ bñficiū ⁊ po-
nat vicariū ꝗ bñ deſeruiat ⁊ ꝯpetentē portionē ha
beatqꝫ de prebēda extra de preben.expoſuiſti.⁊ de cle
ri.nō.reſi.cū ad hoc maxime qñ in eccleſia talis ē
cōſuetudo vel ſtatutū ex cauſa factū.extra de ꝯſti.
cū omnes addit h̄ glo.dicēs in huiōi tñ diſpēſatio
nib⁹ ſiue fiāt per papā ſiue per epm ꝯſiderāda ē di
ſpenſationis cā ꝗ dū nō ſit iuſta ⁊ rōnabilis nō eſt
diſpenſatio vt dicit beat⁹ Ber.ſed diſſipatio.nec
excuſat illū cū quo de facto taliter diſpenſaſ quo
ad deū ſed tm̄ quo ad eccleſiā militantē. Jtē ēt di- Vlricus.
cit Vlri.§.cū aūt.ſ.qd licet irrationabilis diſpēſa
tio excuſet quātū ad id qd eſt de iure poſitiuo.ſ.ꝙ
non ꝯmittitur furtū pcipiēdo fructus illoꝝ benefi
cioꝝ.tñ ꝗntū ad id qd eſt hic de iure diuino ⁊ natu
rali nihil valet nec a dānatiōe excuſat :ſed potius
diſpenſans in eandē dānationē inuoluitur cuꝫ eo
cum quo diſpenſat.

¶ Queſtio.viij.

SEd ꝗd cum alicui habēti prebendam in vna
eccīia cathedrali datur ab alio epo prebēda
in alia eccleſia cathedrali cuius epi ſm hoſtiū opi-
nionē ſ.ꝗ ꝯcedunt epos poſſe diſpēſare neceſſaria Gloſſa.
eſt diſpenſatio.ſ.primi an ſecundi.Rñ.ſm Glo.h̄
pōt dici ꝙ vtriuſqꝫ neceſſaria eſt diſpenſatio ⁊ ſe-
cundus eo ipſo videſ diſpenſare in prebenda quā
confert ꝙ eā ſcienter confert aliam habenti.prim⁹
aūt eo ipſo videtur diſpenſare ꝙ ſciens ipm rece-
piſſe aliam prebēdā pmittit eum retinere primaꝫ
ꝗ poſſet eum de iure priuare ſi nō vellet cū eo diſ-
ſimulādo taliter diſpenſare verius credo qd epi ſe
cundi tm̄ neceſſaria ſit diſpenſatio ⁊ cum ille cui
cōfertur ſecunda prebēda diſpenſatiue non peccet
eam recipiendo non pōt epſ ꝗ primā contulit pua
re illum ea:propter hoc Ber.in glo.vbi.ē. dicit ꝙ
in hoc caſu neceſſaria eſt vtriuſqꝫ epi diſpenſatio.

¶ Queſtio.ix.

VTrum peccet clericus recipiendo ſm benefi
cium tāqꝫ titulū.Rñ.ſm Hoſti.⁊ Gof.ibidē
qd ſic ⁊ maxime in diuerſis epiſcopatibus.Nā ſi Hoſtienſis.
ſciat ſcdo recepto vacare primū peccat tñ pingui-
us appetendo.vij.q.j.ſi quis epſ ſue ⁊.c.ſi ꝗs de or
dine.Jtem peccat non petendo lnīam ſui ſuperioris
extra de regula.licet.et ideo ab eo repeti pōt extra
de renū.admonet vide etiā de hoc.ē.e.i.q.iiij.in ꝗ
bus caſibus circa.ſi.⁊.q.proxima.ſed quid.

¶ Queſtio.x.

VTrum peccet prelatus ꝯferendo ſcienter bñ-
ficium ei qui alias beneficiatus eſt. Rñ.ſm
Goff.ibidē ꝙ ſic.ſi ſine permiſſu pmi prelati hoc Goffre.
facit.ſi.n.nō eſſet ꝯferens non eſſet recipiens ⁊ ſic
cōmune eſt vitium vtriuſqꝫ.Jdē dicit Hoſti.⁊ ad-
dit ꝙ non eſt immunis primus plātus qui ipſum
cū poſſit repetere negligit quāuis ⁊ ſcdꝫ nō ſit du
biū delīqre q꞉ ſcienter venit cōtra iura.lxxj.di.pri
mat⁹ extra de cle.nō reſi.fraternitati.⁊ extra de re
nū.admonet.vide.ē.e.t.q.iij.⁊.iiij.in ſi.⁊.viij.

¶ Queſtio.xj.

VTrū bñficiū non vacās alicui pmitti poſſit.
Rñ.ſm Go.li.iij.ti.viij.de ꝯceſſi.pbē.vl' ecc. Jdem.
nō va.dd.ꝙ nō ſolū in ſpecie vel numero de nō va-
cāte eīn concedere ſolius pape eſt extra.e.ti.ppo-
ſuit.poteſt tñ prelat⁹ ꝗlibet pmittere ſe puiſuruꝫ
cū primū poterit ſiue quācūꝗ obtulerit ſe facultas.
vt extra.e.ti.accedēs.ratio aſſignatur in eadē dec.
q꞉ multi caſus accidere poſſunt etiā ſine morte al
terius puta bona poſſunt excreſcere.Jdē Ho.e.ru
bri.§.ij.⁊ vtrum.

¶ Queſtio.xij.

QUid iuris de hiis ꝗ inſtituūſ in eccleſijs pa-
rochialibus ⁊ quo ad etatē.⁊ quo ad ordines:⁊

quoad re-

Grego. quo ad reſidentiam. Rñdet grego.x.in con.lugd.in
ti.de elec.c.licet canon. ſic ſtatuit decreuimus col-
latiões de parrochialib⁹ eccl'ijs his q̃ nõ attigerit.
xxv.annũ de cetero faciendas viribus oĩo carere.
Is etiã q̃ ad hmõi regimẽ aſſumet' i ipſa ſua eccl'ia
parochiali reſidere pſonalr' teneat'.ꝛ infra annũ
a ſibi cõmiſſi regiminis tpe numerandũ ſe faciat
Reſidentia perſonalis. ad ſacerdotiũ pmoueri.qd ſi infra idẽ tps pmot⁹
non fuerit eccl'ia ſibi cõmiſſa nulla etiam pmiſſa
Garſias. ãmonitiõe ſit pñtis pſtitutiõis autoritate priuatus
ſup reſidentia ſvo põt eps ex cauſa rationabili diſ
penſare ad tps. Itẽ nota q Garſias in glo.ſua ſup
dictũ.c.lʒ canon.dicit qd credit illud bñficiũ ſic p-
Alexander. iij. uato elapſo anno nõ poſſe iterato pferri de iure q̃
ſe reddidit q̃ſi inhabilẽ.ꝛ p hoc qi aut' pmittitur
ibidẽ ex pſtõne Alex.iij.q̃ habet' extra de elec.cum
in cunctis.de q̃ ꝛ h ſit mentio q alij pferat.q.d.nõ
iſti q̃ fieret fraus pſtõni qd fieri nõ dʒ. Et addit q
Hoſti.idẽ notat in ſili.q.extra de do.ꝛ ptu.c.j.

Queſtio.xiij.

Innocen. Q Uero etiã quib⁹ clericis debeat eccl'ia ſiue or
dinator puidere. Rñ.ſm Inno.extra de p-
ben.in glo.ſup.c.nõ liceat.ibi dicit h colligi' qd ẽt
clicis in minorib⁹ ordinib⁹ pſtitutis dʒ puidere or-
dinator.ar.xxviij.di.de his.ſed romana eccl'ia nõ
pſueuit cogere ad puidẽ.iũ niſi pſtitutis in ſacris
ordinib⁹.extra.e.c.cũ ſm apl'm.ꝛ.c.eps. Idem dicit
Bernar. Ber.ibidẽ in glo. Itẽ dicit Inno.infra ſup.c.eps.
Nota nõ cogi ordinatorẽ puidere ordinato ſi de
pñmonio ſuſtẽtari valet.ar.j.q.ij.paſtor clericos
Credimus aũt neceſſariũ ad hoc qd ordinator et
ordinatus expſſe pſentiat q de patrimonialib⁹ vi
uat alioqn petere poterit ab ordinatore bñficium.
ar.q.n altari ſeruit viuere dʒ de altari.extra.e.c.cũ
ſm apl'm. Circa hãc materiã ſic cõpendioſe diſtin
guit Pe.in ſcrip.ſup.iiij.ſen.di.xxiiij.qd cl'ic⁹ aut
eſt pmotus ad ſacros ordines aut nõ: ſi ſic aut hʒ
aliunde vñ ſufficienter viuere poſſit: ꝛ tunc eccl'ia
non tenet' ei: q̃ nõ indiget aut nõ hʒ: ꝛ tũc tenet' q̃
eccl'ie obligatus eſt nõ valẽs redire ad actus ſcl'i ꝛ
q̃ indiget: ſi aũt nõ eſt pmotus ad ſacros ordines
tunc aũt deſeruit eccl'ie nec hʒ alias vñ ſuſtentet': ꝛ
tũc eccl'ia tenet' ei q̃diu deſeruit aut nõ ꝛ tũc eccle
ſia non tenet' niſi ex honeſtate pluſq̃ alteri paupi
iura ſvo que de hac materia loquunt' ſic ſunt intel
ligenda. Hec Pe.ſatis concor.cum eo Tho.

Queſtio.xiiij.

U Trum ordinat⁹ ad titulũ patrimonij ſui poſ
ſit idẽ vẽdere vel donare. Rñ ſm Ber.extra
de pben.in glo.ſup.c.tuis.lʒ Vinc.dixerit q nõ tñ
ſm tacre.veri⁹ credo qd poſſit illud vẽdere ꝛ ẽt do
nare. Illam etiam beneficio eccl'iaſtico renũciare
poſſet.

Queſtio.xv.

U Trũ talis cl'ic⁹ ad titulũ pñmonij ſui pmo
tus poſſit trãſire ad aliã eccl'iaʒ ſine lnĩa epi
Rñ.ſm Ber.ibidẽ dicẽs q nõ.lxxj.di. pmatus.

Queſtio.xvj.

Q Uid ſi papa mandat alicui pferre pbendaʒ
vacantẽ vel vacaturã poſtea eps vel canoni
Goffre. ci ad quos ſpectat collatio pferũt alteri i eluſionẽ
aplici mãdati. Rñ.ſm Goff.e.ti.in ſi. puto qd id
pro quo ſcriptũ eſt ius hʒ in pbenda illa: vt extra
de pben.inter cetera.ꝛ.c.dilect⁹ fili⁹.G.ꝛ extra de
reſcrip.pſtitutus.ſed ad maiorẽ penam ſtatutũ eſt
vt ꝛ collatio facta valeat ꝛ ei pro quo ſcriptũ eſt d
redditibus eccl'ie ſingulis annis puideãt pferẽtes
donec ei fuerit in beneficio prebendali puiſum:
vt extra in.c.dilectus filius.G.

Queſtio.xvij.

A D pleniorem etiã intellectũ premiſſorũ q̃ro.
quid ſit prebẽda.quid canonia.ꝛ quid digni
tas vel perſonat⁹. Rñ.ſm Hoſti.ea.rubri.ſ.j.ꝛ.ij. Hoſtien
prebẽda iſto titulo ſpecialiter dicit' ius percipiẽdi
prouentus in eccleſia cõpetẽs p. recipienti tanquã
vni ex collegio ꝛ naſcitur ex canonia: ſicut filia ex
matre q̃ ex quo quis habet canoniã per cõſequẽs
ꝛ prebendã habere debet vt extra.c.ꝛ.relatum. pre
benda igit' ſpecialiter ꝛ proprie conſiſtit in fructu
um perceptione: canonia aũt in iure q̃ eſt ius qd- Prebẽda canonica.
dã qd ex electione ſeu collatione vl' iſtitutione ꝛ re
ceptione alicuius in canonicũ ꝛ in fratrem oritur
ſiue ad quẽ.ad ius ergo illud ptinet pbẽda ꝛ ſtall⁹
in choro ꝛ locus ſeu vox in capitulo.vt in dicto c.
relatũ Dignitas aũt eſt q̃dam preeminẽtia in gra
du que aliqñ vocatur pſonatus vel cuſtodia vl' mi Dignitas.
niſterium archidiaconat⁹ decanat⁹ pmiceriat⁹. In Perſonat⁹.
no.de prebẽ.in glo.ſup.c.de multa.circa ſi.dicit qd
fere ſemp pro eodẽ ſumitur pſonatus ꝛ dignitas ꝛ
intelligimus dignitatẽ vel perſonatus ſm inſtitu
tionem ꝛ ſm conſuetudinẽ eccleſie nã poſſet eſſe q
aliquis in aliqua eccleſia exerceret officiũ archy-
diaconi cognoſcendo de cauſis clericorũ ꝛ de alijs
officijs vel dignitatib⁹ nõ tñ reputo eũ cadere ſub
hac pſtitutione. De multa.ſ.niſi vocet' hoc nõie vl'
alio qd in dignitatẽ ſonat ſed ſi vocet' aliquo nõie
dignitatis q pſonal dignitate pſtituta reputet' licʒ
nullũ miſteriũ dignitatis faceret reputo eũ hac cõ
ſtitutione teneri.sec⁹ ſi nõ reputaret' dignitas itẽ
nunq̃ reputamus aliquẽ hac conſtitutione teneri
niſi ppetuam habeat dignitatẽ extra de ſtatu mo-
nachorũ.c.ij.ſ.ſi.hec Inno.

Queſtio.xviij.

I Tem q̃ro cuiuſmodi officiatos debeãt epi cõ
ſtituere. Rñ.ſm Ray.eo.ti.in ſi.epi non debẽt
laycos in eccleſia ſua pſtituere yconomos q.ſ.reb⁹ Raymun'.
pſunt eccleſie vel vicedños qui.ſ.reb⁹ pſunt epi.ſʒ
clericos probatos eiuſdẽ eccleſie.lxxxix.d.volum⁹
q̃ indicat' Itẽ non debẽt diſpenſationẽ rerũ eccle-
ſie cõmittere propinquis vel fauore humano ꝛ in-
honeſte ſibi coniunctis qd ſi fecerint peccant. ꝛ de- Yconimus
bent excõicationi annue ſubiacere.lxxxix.di.decen Vicedomi-
ter.x.q.ij.ſ.hoc ius.in ſi.xij.q.j.eps eccleſiaſticar.ꝛ nus.
q.ij.q̃ſquis.q̃dã tñ itelligũt hoc de malis ppinq̃s.
Na ſi boni ſunt videntur etiam alijs preferendi vt
d.x.viij.de hoſpitalitate ordi.q.vj q̃bus danda. il-
lud tñ dicitur de ſuſtentatione nature.

Queſtio.xix.

U Ltimo quero q̃ ſit pena plati q̃ in viſitatione
accipit procurationẽ in pecunia vel qui mu-
nera accipit. Rñdet Inno.iiij.in con.lugdn.ti decẽ
tibus.c.romana ſtatuit q prelati qui viſitationis
officium exercent accipiant procurationẽ in victu
alibus ꝛ non in pecunia ꝛ qd ipſi vel eorum famili
ares non recipiant munera qd ſi contrafecerint in
currant maledictionem a qua non liberentur niſi
duplum reſtituant. Sed Grego.x.in concil'.lugd. Grego'.
eo.ti.c.exigit contra non obſeruantes illam cõſti-
tutionẽ addit penaʒ.ſ.q duplum reſtituat eius qd
recepit eccleſie a qua recepit.infra mẽſeʒ alioquin
ex tunc patriarche archiepi epiſcopi ꝛ ingreſſum
eccleſie ſibi nouerint interdictuʒ. Inferiores vero
prelati qui contrafecerint ab officio et beneficio
ſunt ſuſpenſi donec de hoc duplo plene ſatiſfaciat
eccleſie grauate ꝛ nulla remiſſio poſſit fieri de hoc
duplo aliqua gratia vel liberalitate.

Queſtio.xx.

C Um in precedentibus plures caſ⁹ poſiti ſint
in quibus beneficia ipſo iure vacãt que tñ ali
quando contra iuſtitiam ſolum de facto retinent'

de huiuſmodi caſibus. ſcilicet cum aliquis intruſus eſt in aliquam dignitatem vel aliter ipſam mala fide poſſidet an ſubditi requiſiti ab eo teneant ei obedientiam ⁊ reuerentiam exhibere. ⁊ an debitores dignitatis teneantur ei de debitis reſpondere.
Inno. ⁊ Hoſtienſis. Reſ. ſm Inno. ⁊ Ho. extra de reſtitutione ſpoli. in glo ſuper. c. in litteris. Illi tenentur q iam fecerint ei obedientiam ⁊ debitores cenſuales qui iam ſoluerunt ei ſaltem anno aliquo penſiones. ar. extra de electione. querelā. Alij vero q nunquā ſibi obedientiā preſtiterūt nec ipſaʒ preſtare nec exhibere tenēt. nec debitores cēſuales ſoluere debita tenēt. qui nihil vnquā ei ſoluerunt. Nec alij non cenſuales ſoluere debita tenētur. nec propter hoc qd hoc denegant poteſt dicere malefidei poſſeſſor qd ipm ſpoliauerint q2 nunquam habuerit poſſeſſionem iſtorū iuriū, ⁊ ſi poſſideat dignitatem cui hec debentur q2 hec violenta ſeu malefidei poſſeſſio nō extenditur niſi ad ea de quibus in poſſeſſione fuit ar. ad hoc. C. de peti. hered. l. fi. ❡ Electo aūt etiā violento poſſeſſore ſed a ſuperiore cōfirmato. propter vim confirmationis ⁊ autoritateʒ iudicialem quouſqʒ per ſententiam ſit remotus omnes reſpōdere tenēt extra de electione tranſmiſſam ⁊ ar. ff. de acqui. poſ. l. iuſte poſſidet. ff. qd cum fal. tuto. l. j. alij vero dicunt ꝙ ſubditi ⁊ debitores dignitatis tenentur reſpondere poſſeſſori ipſius etiam ſi malefidei ſit poſſeſſor non obſtante exceptione poſſeſſionis inique ar. extra de inſtitutionibus cum venuiſſent. ❡ Omnia predicta ponunt tā Inno. ꝙ Ho. in glo. ⁊ ſubiungit Hoſti. tu diſtinguas. vtrum malefidei poſſeſſor agat nomine proprio ⁊ tunc nō eſt ei reſpondendum: aut nomine dignitatis ⁊ tunc ei reſpondendum eſt donec de mala fide vel violētia in iudicio ſit conuictus ⁊ hoc veruʒ eſt ſi debitores in iudicio ſint conuenti. Nam ⁊ ſi conſcientiam habeant ꝙ poſſeſſor dignitatis ipſa male poſſideat poteſt tñ ⁊ debet eorum cōſcientiam autoritas iudicialis excuſare. ar. ff. de mino. l. ait. pretor. ſi. §. q̄d ſi ſi pretor. Addit Innocē. ꝙ quidam dicunt ꝙ debitores dignitatis nūquā debent ſoluere malefidei poſſeſſori. ne ſibi cauſam peccādi preſtent nec ſoluens per talem ſolutionē liberatur cum nō ei ſed dignitati ſit obligatus ar. extra de iure iurā. eā te. vñ debitor potiꝰ debet excōicationem tolerare ꝙ contra conſcientiaʒ ſoluere. ar. extra d. ſen. ex. inquiſitionem niſi forte eſſet debitor q cū ipſo malefidei poſſeſſore contraxiſſet. talis enim ex cōtractu cū eodem habito ſoluere tenetur ff. de cōdi. in debiti ſi vrbana hec Inno. ſed Hoſti. in glo. ibideʒ
Hoſti. hac opinione recitata ſubiungit tu dicas hanc opinionem locum habere extra iudicium. ex quo em̄ debitor in iudicio conuictus eſſet ⁊ condēnatus neceſſe haberet parere ſnīe niſi eſſet appellatione ſuſpēſa. alioquin quicumqʒ condemnaret poſſet cuilibet ſententie ↄtra ſe late, illudere. dicēs. Ego libē ter parerē ſententie: ſed habeo conſcientiam reluctātem Eſt autem figmentis talibus obuiandum quicquid ergo ſit extra iudicium in iudicio tamē oportet ꝙ tali poſſeſſori reſpondeat. poteſt tamen excipi contra eum. hec Hoſtienſis vide multa ibidem de hac materia in Gloſſa Hoſtien. ⁊ Innocē. de his etiam quaſi in ſimili. vide. ſ. li. j. ti. xv. de decimis. q. xxxij. quero etiam.

De neophitis non ordinaris. Titu. xiiij.

SEquitur non neophitum. Circa hanc materiam.

❡ Queſtio. j.

PRimo qrendū eſt qui dicunt neophiti. Reſ. ſʒ Ray. Ray. c. t. neophiti dicunt nouelli in fide a neo ꝙ eſt nouuʒ ⁊ phitos ꝙ eſt fides. xlviij. di. qm̄. Item neophiti dicūt nouelli in religione di. xlviij. ſicut olim idem Hoſti. li. j. rubri. xj. de tēporibus ordi. §. iiij. ⁊ cū ſub. §. xiiij. regula.

❡ Queſtio. ij.

QUare neophiti prohibentur ordinari. Reſ. Raynū. ſm Ray. cauſa prohibitiōis eſt duplex. vna ne incidant in ſuperbiā putantes qd fides chriſtiana ſiue religio multū eis indigeat. xlviij. di. §. prohibentur. ⁊ c. qm̄ alia cauſa eſt q2 nō ſunt ex parte ſtatutum eccleſie vel religionis ⁊ ideo neſciret eſſe graues ⁊ ſe contēperare pro diuerſitate perſonaꝝ ſibi ſubditarū. xlviij. di. ſicut olim. idem Hoſti.

❡ Queſtio. iij.

SEd nunquid cauſis iſtis ceſſantibus poſſet neophitus ordinari vl' in epiſcopū aut in abbatem eligi. Reſ. ſm Ray. Ad hoc dico ꝙ clericus. ſ. ſecularis quantumcūqʒ ſit habilis ⁊ inſtructus in regula monachali vel alia nō pōt eligi in abbatem vel rectorē eccleſie regularis niſi ſit profeſſus ⁊ expertus aſperitatem regule nō eñ ſufficit ſcire Neophiti ſed neceſſe eſt experiri probare ⁊ probari. extra de electione cū tamē officij. xix. q. iij monaſterijs. immo ſi aliqui non profeſſi ordinem regularem ſint iam in abbates aſſumpti debent ſublato appellationis obſtaculo remoueri. extra de electiōe tamē in magiſtrum aſſumi non debeat qui formam diſcipuli non aſſumpſit etc. Monachus tamen poteſt eligi in epiſcopum. lxj. di. bene ⁊ laycus dum tamē litteratus poteſt in epiſcopū poſtulari. lxj. di. oſiꝰ Hoſtienſ. Idem Hoſtien. ⁊ Goff. Item Neophitus poteſt Goffre. vt dicunt quidam recipere minores ordines. ſed non ſacros. xlviij. diſtin. quoniā ſicut olim alij contra quod nēc etiam minores ordines poteſt recipere donec ſit probatus. ar. xix. q. iij. monaſterijs ⁊ hoc credo verius. Concordat cum hoc etiam go. ⁊ Ulri. li. vj. tract. iiij. c. xiiij. ⁊ probat per hoc ꝙ in dicto. c. monaſterijs prohibetur tonſura. ergo magis ordo q2 tonſura eſt prima in ordinibus. Cōcor Tonſura. dat etiam glo. hic ⁊ addit de religioſis th̄ credo ꝙ ex quo recepti ſunt ad profeſſionem legitime vl' habiti ſunt pro profeſſis cum eo ipſo habeantur pro probatis ordines poſſunt recipere de iure videtur cū hoc concordare Hoſti. v. Dico in fi. vide de hoc plenius infra. c. li. t. xxij. de etate. ordi. q. xij. quid iuris Nec obſtat his q dicta ſunt ꝙ legitur de beata Nicholao. Glo. q ex laycis electus eſt in epiſcopū Gloſſa. ⁊ de beato ſeuerino. Glo. q ex beneficio electus eſt in archiepiſcopum ⁊ Ambroſio qui neophiti fuerint electi. lxj. di. §. his omnibus. ⁊ c. neophitus. Illud. n. factum eſt inſpiratione diuina. de beato. em̄ Nicolao fuit reuelatū cuidā epo vt dicitur in legēda eius Seuero inſedit columba ſuper caput ambroſio aſſurrexit terra pro cathedra ⁊ ideo nō ſunt trahenda hec ad ↄſequentiā alias exemplo ambroſij poſſet aliquis eligi etiam ante baptiſmum qd eſſet abſurdum dicere. ❡ Addit iſta ad hec Hoſti. qd licet clericus ſecularis niſi profeſſus ſit ⁊ expertus in regula non poſſit eligi in prelatum regularem tamen ſi fiat poſtulatio de eo ⁊ vrgente neceſſitate monaſterij admittenda eſt poſtulatio. extra de electione cum monaſterium. Cum nobis olim ad fi. ⁊ c. in cauſis ad fin. ſed poſtulatio de tali ſine

cauſa

ca uſa pſata non valet vbi vero extra de elec.in glo
ſa ſuper.c.officij tui.dicit laycus quantūcunqꝫ
peritus in regula monachali ⁊ expertus ſit ⁊ pro-
batus in ea nunꝙ poteſt eligi vel etiam poſtulari
in abbatem.

De ſolēniter penitētibus.

Titulus.xv.

Expeditis.xiij.capitulis apoſtolice
regule reſtat inquirere de.ix.alijs
impedimentis q̄ ſimiliter reqͥrun
tur in ordinando vel eligendo vi-
delꝫ non ſit ſolenniter penitēs
non curialis nō ſeruus non corpo
re vitiatus.Non de preſbitero vł
alias illegitime natus non adultus in egritudine
baptiſatus non peregrinus vel ignotus non mino
ris etatis.Non femina de ſingulis horū per ordi-
Verſus. nem videamus ponit etiam glo hic ver. in quibꝰ
ponuntur plura in ordinandum cōſideranda.Cor
poris integritas vitioſum ſexus ⁊ etas.Litera li-
bertas baptiſmus vita voluntas.Forma fides titu
lus:intētio.fama poteſtas.Tempus in ordinibus
faciendis iſta requiras.

Queſtio.j.

Solēni pe-na. PRimo ergo quero quare ſolenniter penitens
non poteſt promoueri vt.di.l.ex penitentibꝰ
⁊.xxxvj.di.illiteratos.R̄n.ſm Ray.e.t.Ratio hu
ius prohibitionis eſt quadruplex.Prima eſt ordi
nis excellentia q: non ſunt digni recipere vaſa.gl.
i.ordines ſacrorum qui dudum fuerunt vaſa vitio
rum di.l.illud licet enim petm̄ deletum ſit per pe
nitentiam remanet tn̄ aliqua cicatrix ſiue irregu-
laritas q̄ ipſum impedit.j.q.ventum.Scda cā eſt
timor labēdi ex conſuetudine priſtina ſurgēs.lxj.
di.in ſacerdotibus.in fi.ꝟ.preferens memorandi
criminis labem non hꝫ ſacerdotij lucidā dignita-
tem.Tertia eſt ſcandalū populi.cū eīn talis pnīa
non imponaᷓ niſi pro publico crimine ⁊ vulgatiſ-
ſimo qd totā cōmouerit vrbem.xxvj.q.vj.c.vlt.nō
poſſet talis ſine magno ſcandalo miniſtrare.diſ.l.
de his ꝟo.Quarta cā eſt q: non haberet frōtē rep
hendendi alios cum ipſe ſibi tacitus rideret ſe cō
miſiſſe illa eadē que corriperet vel maiora.xxv.diſt.
primū.xvj.di.§.j.Idem Tho.in ſcrip.li.iiij.xiiij.

Queſtio.ij.

Raymun. VTrum cum ſolēniter penitentibꝰ diſpenſari
poſſit vt pmoueāᷓ.R̄n.ſm Ray.Ibidē ſic
in minoribus ordinibus ꝑpt neceſſitatē vel vtili-
tatem eccle.di.l.placuit.Pōt aūt ep̄s hāc diſpen
ſationē facere ex quo nō eſt ei ſpālr ꝓhibita.extra
de ſen.ex.nup.⁊ require.infra eo.li.ti.xxix.de lap.
⁊.diſ.q.iiij.poſt hec quero.Non obſtat di.l.ex peni
tentibus.vbi diciᷓ ep̄s ordinans talez ſcient dꝫ
priuari poteſtate ordinandi:q: illud intelligiᷓ cuꝫ
ordinat abſqꝫ diſpenſatiōe:vel cū indiſcrete diſpē
ſat ſiſe.diſt.lj.qui in aliquo.

De curialibus non ordinā dis.

Titulus.xvj.

Queſtio.j.

Idem. DEinde videndum eſt de curialibus vbi
prio q̄ro q̄ dicanᷓ curiales.R̄n.ſꝫ ray.
eo.ti.large dicunᷓ curiales omnes qui
quacūqꝫ ꝯditiōe obligati ſunt curie ali
cuiꝰ publice ptāti ſiue ſint milites ſiue
aduocati:ſiue iudices:ſiue officiales:ſiue etiā hy-
ſtriones ⁊ breuiter quodcūqꝫ hñtes offm̄ honeſtū
vel inhoneſtū.di.lj.c.j.glo.dicit illud qd hic dici
tur de militibus nō eſt intelligendū de oibus mili
tibus.ſꝫ de his ſolus qui ſpālr obligati ſunt curie
alicuius publice ptātis quales ſunt aliqui in ale-
mania.qñqꝫ ſtricte dicunᷓ curiales qui ꝓcurāt ho
neſta curie officia:vt decuriones iudices ⁊ ſimiles
qñqꝫ ſtrictius dicunᷓ curiales qui in cā ſanguinis
ſunt officiales:⁊ dicūtur iſti curiales quaſi a cruo
re vel a cruce.Alij dicuntur curiales a curia pre-
dicta etiā ponit Vlri.li.vj.circa.iij.c.xxv.§.curia-
les ꝟo.

Queſtio.ij.

QUi curiales ꝓhibenᷓ ordinari.R̄n.ſꝫ Ray. Raymun.
ibidem ꝓhibenᷓ indiſtincte oīes ordinari
niſi pmo ſint abſoluti a curia.diſtin.lj.c.j.ij.⁊.iij.
Poſtꝙ ꝟo abſoluti fuerint a curia:admittunᷓ tn̄
cum diſtinctiōe:q: aut exercuerūt ſeua:turpia vel
inhoneſta aut honeſta.In pmo caſu vel ſi exercue
runt ſeua vt officiales aut milites qui dum ptāti-
bus obedirēt ſanguinē humanū fuderunt vel tur-
pia ⁊ inhoneſta:vt hyſtriones non pſſt pmoueri.
di.lj.c.j.⁊.iij.⁊.xlvj.di.clericus.ꝟ.clericū vel ſcur-
rilem.⁊ verbis turpibꝰ ioculatorē ab officio trahē
dum pcipimꝰ.Itē de hoc de ꝯſe.di.ij.ꝑ dilectiōe.
In ſcdo caſu ſm cum honeſta officia executi ſunt
vt iudices aduocati tabelliones ſubdiſtingue: q:
aut exercuerūt offm̄ ſuū in cā ciuili ſiue pecunia-
ria aut in cā ſanguinis.In pmo caſu admittunᷓ.
di.lxj.Oſius.In ſcdo repelluntᷓ.vide de hoc ſupra
lib.ij.ti.j.de homicidio.q.xxj.q̄ ſit pena.Idē Vlri.

Queſtio.iij.

QUare ꝓhibentur curiales ordinari.R̄n.ſm Idem.
Ray.multe ſunt cauſe quare tales ꝓhibenᷓ
ordinari inter quas tres ſunt efficaciores:pma q:
quidā eorꝫ ſunt viles perſone ⁊ frequēter ꝯtrahūt
irregularitates ex officio ſuo.Scda q: multū mo-
leſtaᷓ eccl'ia ⁊ incōmoda patiᷓ ꝑpt tales qñ repe-
riuntur.Tertia rō eſt q: preſumiᷓ ꝯtra eos qd non
tranſeāt ad clericatū.voto religionis ſꝫ vt fugiant
ratiocinia dñoꝝ ſuoꝝ.di.lj.c.j.ij.iij.⁊ di.liij.legem
Idem Goff.lib.j.ti.xix.de obligatis ad ratiocinia
in fi.⁊ Hoſti.§.vlti.

De obligatis ad ratiocinia ordi.vel non.

Rubricella.

SEquitur vt videamus de obliga
tis ad ratiocinia.puta tutori-
bus ⁊ ꝓcuratoribus.

Queſtio.iiij.

DE his quero quādo poſ
ſunt promoueri vel nō
R̄n.ſm Ray.eo.t.§.iiij.ſequi
tur circa iſtos diſtingue q: aut Idem.
pſeuerāt in officio ad hoc aut non.in prio.caſu ſub
diſtingue.q: aut perſeuerant in officio perſone ſe
cularis non miſerabilis ⁊ tunc nō poſſunt promo
ueri.xxj.q.iij.c.j.⁊.ij.extra ne clerici vel mo.c.j.⁊.ij
aut in officio perſone eccleſiaſtice vel etiam ſecu-
laris ſed miſerabilis.⁊ tunc poſſunt promoueri.
ſi aliud non impediat.di.lxxxix.iudicatū.di.lxxxvj
peruenit.xvj.q.j.monachi.miſerabiles perſone
ſunt vt dicit dñs Hoſti.li.j.ru.xix.de obligatis ad Hoſtienſis.
ratiocinia.§.v.quis obligatur ꝟ.ſi vero.puta cecꝰ
pauper pupillus vel vidua.In ſecundo aūt caſu.ſ.
qñ non perſeuerant in officio.remanēt tn̄ ad hoc
obligati ex adminiſtratiōe vel diſtingue quia aut
ſicut obligati rei publice aut perſone priuate ſi rei
publice non debent promoueri ante reddita ratio
cinia.di.lj.preterea.C.de epiſcopis ⁊ clericis offi
ciales obligati.n.reipublice ex adminiſtratiōe ar
cētur ab honoribus.Secus ſi alias ſint debitores
ex cauſa mutui vel ſimili.ff.de muneri.⁊ hono.re
ſcripto.§.debitores.C.de epiſcop.⁊ cleri.l.quiſqꝫ

emenſis. ſi autem remanent obligati priuate per-
ſone ſubdiſtingue. q2 aut in ipſa promotione mo-
uetur ſibi queſtio vel eſt mota aut nō. In primo ca
ſu iterū ſubdiſtingue: q2 aut mouet q̄ſtio de perfi
dia ꝛ dolo aut de culpa tantum ſi de dolo vel perfi
dia non debet promoueri ante deciſam litez. lxxxi.
di. tantis. xxiij. di. illud extra de obliga. ad ratioci-
nia. c. j. tamen debet taxari tempus infra qd̄ que-
ſtio decidatur. ar. extra q̄ filij ſint legitimi. lator ꝛ
q̄ matrimoniū acc. poſ. ad hoc. C. de ingenuis ma.
diffamari. ſi vero ſibi moueatur queſtio vel prius
ſit mota de culpa tantum poteſt promoueri non
obſtante creditoris reclamatione. cum lis poſtea
procedere poſſet vt prius ꝛ etiam ab eodem iudi-
ce. ff. de iudicijs. vbi ſemel acceptū eſt iudiciū in fi
nem accipere debet ꝛ. ff. de iuriſdi. omniū iudi. l.
iij. cum quedam. ſi autez nō moueatur ſibi queſtio
aliqua neceſſaria nec mota eſt poteſt promoueri.
nō obſtāte obligatiōe niſi māifeſtū eſſet ipz teneri
de dolo tūc eni poſſet ꝛ dz ep̄s eū ex officio ſuo re-
pellere ſicut quēlibet crioſū vl̄ īfamē. ij. q. vij. alie-
ni. vj. q. j. infames. ff. de poſtul. l. quos prohibet pre
tor poſtulare omnino prohibet etiā ſi aduerſarius
eos poſtulare patitur. Idem vlri. Innocē. extra de
oblig. ad ratiocinia in glo. ſup. c. vnico dicit. Nota
ꝙ hmōi. ſ. q̄ prohibent ordinari nominantur tuto
res hmōi nam ſi tutelā vel curā legitimā vel neceſ
ſariā ſibi a legibus impoſitā aliquis gerat non cre
do qd̄ impediatur eius ꝓmotio etiā promot⁹ poſ-
ſit eam ſuſcipere. lxxxvj. di. peruenit. ſed ſi aliarum
perſonarū miſerabiliū procurationes ꝛ ādminiſtra
tiones ſuſcepit autoritate tn̄ ep̄i nō impedit pro-
motio. q2 etiā ſuſcipit promotus vt in dicto. c. pue-
nit. Addit idē inno. ibidē in fi. vel dic ꝙ vbicūqȝ in-
uenitur ꝙ clerici non poſſunt eſſe procuratores vl̄
hmōi officia exercere intelligēdū eſt gn̄aliter. Nā
vnū negocium clericorū vel laycorū procurare vl̄
adminiſtrare non prohibetur.

¶ Queſtio. v.

Pone qd̄ mihi aliquis ſit obligatus iuramen
to in cētū libris ad certū terminum ſoluēdū
vel ad ſcribēdū librū vel ſeruiendū in propria per
ſona ad tempus vel ad aliqd̄ ſimile nunqd̄ iſte po
Raymun. teſt intrare monaſteriū vel recipere ordinē. Rn̄. ſz
Ray. §. pone. Ad hoc dicas ꝙ poteſt intrare religi
onem non obſtante ſibi tali obligatione vel iura-
mento dūmodo non ex leuitate vel voluntate ſub
trahendi debitū hoc faciat ſed ex caritatis feruo-
re ꝛ ſpiritusſancti inſpiratione nec facit iſte iniuri
am creditori. excuſatur. n. ſpiritusſancti autoritate
cui nemo reſiſtere poteſt. xix. q. ij. duc. extra de re-
gula. ꝛ tranſe. ad religionem licet. monaſteriū aūt
tenet ſatiſfacere de his q̄ ipſe cōtulit monaſterio.
xix. q. iij. ſi qua mulier. C. de epiſcopis ꝛ clericis.
deo nobis. §. j. vbi dicitur quod parentes non poſ-
ſunt filios ſuos ingreſſos religionez legitima frau
dare portione. Glo. dicit hic ꝙ per conſuetudinez
contrariā derogatum eſt huic legi ꝛ maxime in frā
cia. Si vero. nihil contulit monaſterio qi nihil ha
bebat. nam inanis eſt actio quā excludit inopia de
bitoris. xiiij. q. vj. ſi res. ff. de dolo malo. Nā is. ſi tn̄
poſt ingreſſuz religiōis occaſione eius monaſteriū
acquireret aliqua: Puta per ſucceſſionem here-
ditariā. Glo. vbi eſt cōſuetudo ꝙ ingreſſi monaſte
riū ſuccedant parentibus morientibus vel alio mō
Gloſſa. ſcilicet ex donatione inter viuos facta vel
Hoſtien. ex teſtamento tenetur monaſterium inquantum il
lud eſſet. argu. xix. q. iij. ſi qua mulier. In ſupradi-
ctis cum Ray. concordat Hoſtien. §. v. quis obliga
tus ꝟ. quid ſi talis ꝛ Inno. co. titu. in prima gloſ.
ꝛ Goſ. co. titu. ad Vlricum. §. ſi autem aliquis Sa
tis autem concordat Tho. in ſum. q. vlti. ar. vj. ar.
iij. Sequitur in Raymundo. poterit etiam exiſtēs
in monaſterio ſcribere librum vel aliud honeſtum
opus facere ad liberandum ſe dummodo non ne-
gligat propter hoc diuinum officium. xxj. q. j. cleri
cis ꝛ deducantur expenſe ne ſit onerolus mona-
ſterio. xvj. q. vj. de lapſis. Cōcordat Hoſt. ꝛ Goſr. ꝛ
Inno. q̄ etiā addit ꝙ aliq̄ dicunt non deducedas ex
pēſas q2 q̄ altario ſeruit de altari viue dz. xij. q. j. ſz
vlri. dicit ꝙ nō putat eū ad talē ſolutionē teneri ſz
omni tēpore actib⁹ religionis debet intendere vn̄ Hoſtien.
ēt Hoſti. ꝛ goſ. dicūt ꝙ per hoc nō dz ipediri ab ob
ſeruātia regl̄ari alioquin ꝯtra. C. de epi. ꝛ cler. oēs
ꝛ. l. gn̄aliter ꝛ addūt vel ſaltē ꝑficiat ꝑ aliū qd̄ iura
uit ꝛ hoc ſm̄ hoſti. niſi man⁹ ꝑſone ſcribētis electa
eſſet q2 ſi iurauit ſcribere in ꝓpria ꝑſona nō licebit
ei ſubdelegare niſi de licētia illius cui iurauit. ar. C.
de cadu. tol. l. j. §. ne aūt extra de officio dele. c. ſi. ſe
quit in ray. credo ēt ꝙ pōt fieri cleric⁹ q2 pōt cede-
re bonis remanet tn̄ obligat⁹ poſtea ſicut ꝛ ante
ꝛ pōt ſcribere ꝛ alia honeſta facere dū tn̄ non negli
gat officiū eccl'ie vt. ſ. dictū eſt de monacho nō ob
ſtat. di. liij. legē. ꝛ. di. liiij q̄cūqȝ q2 illa intelligūt de
ꝑpetuo obligatis puta de ſeruis curialibus ꝛ ſimi
lib⁹ ꝯcordat his hoſti. goſ. ꝛ vlri. addit hoc glo. di-
cens. Si aūt obligat⁹ erat ad inhoneſta vt ad mini
ſtrandū in balneis tabernis vel cloacis purgādū
nō debet ordinari in clericatum donec perſolue-
rit vel aliū eque ydoneū ſuppoſuerit ad talia exe-
quēda ſed in tranſeunte ad monaſteriū hoc nō re-
quiritur. ¶ Queſtio. vj.

Quid de poteſtate vel cōſule alicuius ciuita-
tis qui iurauit regere ciuitatem per annuz
nunquid poteſt intrare religionem Rn̄. ſm Ray. Raymun.
co. titu. in fine. Dico per ea que predicta ſunt ꝙ po
teſt licet quidam ſentiant contra. Concordat cum
Ray. Vlri. ꝛ Inno. ꝛ Goſ. eo. titu. in fin. ꝛ addit ꝙ
idem eſt in magiſtro qui iurauit regimen ſcolarū
per annum ꝛ de capellano qui ſeruire iurauit in of
ficio capellanie. Non enim iuramētum violat qui
illud in melius commutat extra de iureiuran. per
uenit. Hoſti. etiam ꝟ. nunqd ergo recitat idez ſed
addit puto ꝙ in his omnibus ſe poteſt obligare.
ſed ꝯſulo ꝙ prius ſeruet ꝛ impleat qd̄ promiſit q2 hoc
tutius eſt ei q̄ ſi ad religionem tranſiret religio-
ne iuramenti contēpta niſi ab illo cui iuramentuz
preſtitit licētiam poſſit obtinere extra de iureiur.
debitores. Simile conſilium eſt extra de ſponſa. cō
miſſuz vbi dicitur de quodā qui iurauit ꝙ contra
heret cum quadam per verba de preſenti infra biē
nium. Sed modo volebat intrare religionez qd̄ tu
tius eſt ei religione iuramenti ſeruata prius con-
trahere ꝛ poſtea ſi voluerit ante carnalem copulā
ad religionem tranſire. Sed ad hoc reſpōderi po-
teſt vt dicit gloſſa ꝙ nullo modo per illum contra
ctum retardabatur ingreſſus religionis.

De ſeruis non ordinandis Titulus. xviij.

POſtquā vidim⁹ de tēporaliter
obligatis ſubijciam⁹ de obli-
gatis perpetuo videlicz de ſer
uis ordinandis ꝛ eorum ma-
numiſſione.

¶ Queſtio. j.

PRimo ergo q̄ro quali-
ter ſerui poſſunt ordina
ri: ꝛ

ꝛ in q̄bus manumiſſi oꝛdinati remaneant patro-
nis obligati. Rñ.ſecundū. Ray.e.t. circa p̄ncipiū
Nullus ſeruꝰ ſiue priuati ſiue eccleſie dꝫ oꝛdinari
Raymũdꝰ. niſi prius manumittaẜ. di.liiij.c.j.ij.ꝛ.iij. Ratio
hm̄ōi pꝛohibitionis eſt duplex.ſ.ſeruilis vilitas ꝛ
clericalis dignitas.di.liiij. Admittūẜ.extra de ſer
uis non oꝛdinandis.de ſeruoꝝ in ſi.circa manumiſ
ſos diſtingue q꞉ aut ſunt liberti eccl̄ie aut priuati
in primo caſu poſſunt oꝛdinari etiā retēto iure pa
tronatus quo ad hoc vt nō iniurienẜ eccl̄ie nec ac-
cuſent illā nec teſtificenẜ cōtra illā.alſ reuocenẜ in
ſeruitutē.d.liiij. Qui ex famulis.xij.q.ij. dyaconi.
viij.extra.e.t.c.de famulis l mo etiā tenenẜ ad hoc
q̄uis pleno iure vel ſimpliciter ſint manumiſſi
xij.q.ij.dyaconi. Epiſcopus q̄ mancipiū liberti di-
cunt etiam quidam ꝙ ad alias honeſtas operas
tenenẜ lꝫ non ſint impoſite noīatim.xij.q.ij. dyaco
ni non tñ tenenẜ ſeruire ꝑpetuo in eccleſia in offi-
cio clericali niſi expſſe i ipa ſit dictū manumiſſiōe
ꝛ oꝛdinatione.extra.e.eo libentius ꝛ poſito.qḋ fue
rit hoc expꝛeſſuꝫ non tñ reuocabiẜ in ſeruituteꝫ ſi
non vult in eccleſia illa ſeruire in diuinis officijs
niſi q̄ſi admonitus ꝑduraret in ↄtumacia. extra.e.
tit. Nullus clericus in ſecundo caſu.ſ.cū eſt liber
tus priuati nō dꝫ pꝛomoueri niſi prius fuerit cōſe-
cutus a dño plenā libertatē ita ꝙ non teneatur ꝓ-
ſtare patrono operas fabriles que conſiſtūt in fa-
ciendo.nec obſequiales que conſiſtunt in non fa-
Raymũdꝰ. ciendo.di.liiij.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.c. Quicūq꞉.ꝛ.c.vlti. Ideꝫ ꝑ
omnia Vlri.li.vj.tracta.iiij.c.xxv.§. libertas ꝛ ſe-
quentibus. Nota etiaꝫ ſecundū Ray.e.t.§.viij. In
ſumma ꝙ liberti eccl̄ie pꝛopter hoc manumiſſi vt
oꝛdinentur non poſſunt aliq̄d de acq̄ſitis quocūq꞉
modo ad alios tranſmittere ſed poſt eoꝝ obitum
omnia ad eccleſiā ꝑtinebūt.extra.e.t. de famulis.
verius tñ credo cū tancr.illā decretalē itelligendā
quando hoc dictū fuerat in manumiſſione alſ poſ
ſet cōdere teſtamentuꝫ de his q̄ intuitu ꝑſone ſue
acquireret.ar.extra.e.t.eo libentius.xxij.q.iij.c.j.ꝛ
ij.ꝛ in hoc concoꝛdāt Vvil.ꝟſi. Dixi aūt.ꝛ hoc etiā
ꝑpꝛobat dñs Hoſti.li.j. Rubri.xviij.de ſeruis nō
oꝛdinādis.§.vj. Qualr ſeruꝰ.ꝟ. Multa differētia.

Queſtio.ij.

Sed nunq̄d poteſt patronus in liberto quem
petit oꝛdinari retinere ſaltē operas ſpūales
puta vt in ſua capella miniſtret et diuina vel ſimi-
Raymũdꝰ. les. Rñ.ſecundū Ray. Ad hoc dicit alanus ꝙ ſi cō
Alanus. conſenſu epiſcopi alias non ꝛ ſic intelligiẜ.liiij.di.
Frequens in fine.extra.e.t. Nullus.ꝛ hoc dicit pre-
cipue per illud.c.di.liiij. Quicūq꞉. ita etiam dicit
Joan.mihi videẜ pꝛobabile. Idem etiā dicit Vlri.
§.Si vero.videẜ tamē ſentire tancr.ꝙ pōt ſimpl̄r
tales operas retinere non diſtincto vtrum conſen
tiat epiſcopus vel non.arg.extra.e.t.eo libentius.
ſed illa loquitur de ſeruis eccleſie. Hoſti.vbi.ſ.ꝟ.
Sed nunq̄d hoc recitat de hoc opiniones ꝑdictas
et addit vel vt vites oē contrarium dicas ꝙ ante
oꝛdinationem eſt in ipſa manumiſſione hoc onus
imponendum ꝛ ſic poteſt in ipſa oꝛdinatione ſine
ſuſpitione alicuius ſymonie onus iā impoſitū de
clarari.extra de electiōe ſignificaſti.ad finē.extra
de pꝛebendis. Significatum.ꝛ hoc modo necdū ec
cleſia ſed ꝛ priuatus manumittere poteſt ꝛ ſi tali-
ter oꝛdinatus in ſuperbiaꝫ elatus non ſeruierit po
terit degradari.liiij.di. Frequens.ꝛ capi. Quicūq꞉
et extra eo.ti. Nullus. Non tamen ſeruus fiet dñi
ſui.ſi factus fuerit pꝛeſbiter. Idem Goffre.eo.tit.
Concoꝛdat etiam Innocen.extra.eo.titu.in gloſſa
ſuper capitu. Nullus ꝛ ſuper.capi. Eo libentius.
videndum infra.q.pꝛoximа

Queſtio.iij.

Quid iuris ſi ſeruus fuerit oꝛdinatus nō ade Raymũdꝰ.
pta libertate. Rñ.ſecundum Ray.§.iij. Si
ſeruus dicendum ꝙ ſi ſeruus fuerit oꝛdinatus. nō
adepta libertate aut eſt oꝛdinatus ſciēte dño aut
ignoꝛante in primo caſu ſubdiſtingue quia aut cō-
tradicente aut non.ſi ſciente ꝛ contradicente reuo-
catur ad petitionē domini in ſeruitutē in quocūq꞉
gradu fuerit oꝛdinatus. Gloſ.etiam ſacerdotali.
di.liiij. Quis autem leges.quidaꝫ tamen excipiūt
vnum caſum.ſcilicet cum eſt oꝛdinatus in ſacerdo
tem.arg.di.liiij. Frequens. ex antiquis hoc dicit
Innocen. foꝛte eſſet melius dictum.extra.eo.titu.
in gloſ.ſuper.ca.de ſeruoꝝ. Si autem ſciente ꝛ nō
contradicente eo ipſo ingenuus fit.di.liiij. Si ſer
uus ſciente. Idem Innocen.ꝛ hoc verum eſt ſecun- Goffredus
dum Hoſti.ꝟſi.cum ſeruus. ad quoſcūq꞉ oꝛdines
ipſe fuerit oꝛdinatus. Idem Goffre.ꝛ Vlricus.§.
Diximus autem decretum innuit.ſi vero ignoꝛan
te domino fuerit oꝛdinatus ſimiliter ſubdiſtingui
tur꞉quia aut oꝛdinatoꝛe vel pꝛeſentatoꝛe ſciente cō
ditionem oꝛdinandi aut non in primo caſu oꝛdina
tus remanebit in oꝛdine꞉ſed oꝛdinatoꝛ vel pꝛeſen-
tatoꝛ debet condēnari domino in duplum.di.liiij.
Sed ſeruus abſente dño in hoc ſi alter tm̄ ſciuit,
Si vero ambo ſciuerint dabit vnum pꝛeſentatoꝛ ꝛ
alium oꝛdinatoꝛ ſed ſi neuter habet vñ ſoluat po-
terit dominꝰ ſibi poſtulare illū reſtitui.ar.d.liiij.
Ex antiquis.in ſecundo caſu.ſcilicet cū oꝛdinatoꝛe
vel pꝛeſentatoꝛe ignoꝛante conditioneꝫ eius.oꝛdi-
natus eſt tunc ſi eſt oꝛdinatus in ſacerdotē rema-
nebit in eodem oꝛdine pꝛopter pꝛerogatiuā illius
oꝛdinis.peculio tamen ſi qḋ habeat domino reſti- Senten.
tuto. Idem Pet.in ſcrip.ſuper.iiij. ſenten. di.xxv.
in fine.ꝛ Hoſti.ꝟſi.ꝙ ſi in pꝛeſbiterū.ꝛ Goffr. vbi
etiam addunt ꝙ ſi non habet peculiū.tunc ſi non
eſt ei qui eum redimat debet dño ſuo reddi ad ſer-
uiendum ei in officijs honeſtis que oꝛdinem ſuuꝫ Goffredus
deceāt.ſcilicet l horis canonicis.liiij.di. Frequēs.
ſed ſi cōtumax hoc renuat deponi poteſt extra eo.
titu. Nullus.in fine.ſatis concoꝛdat Innocen. Si
vero talis oꝛdinatus eſt in dyaconum dabit pꝛo ſe
vicarium vnum.ideſt alium ſeruum domino ꝛ ipſe
remanebit in oꝛdine alias reuocabitur in ſeruitu-
tem.di.liiij. Ex antiquis. Subdyaconus aūt olim
reuocabatur in ſeruituteꝫ꞉ſed hodie oꝛdo ſubdya
conatus cum dyaconali gradu priuilegio gaudet
eodem.extra eo.titu. Miramur.qḋ dictum eſt hꝫ
de reuocatione in ſeruitutē intellige ſecundū Pe.
niſi aliquis eum velit redimere.

Queſtio.iiij.

Sed q̄d in dicto caſu ſi ſeruus.ſcilicet cōtra vo
luntatem domini oꝛdinatus ꝛ non habens
peculium quo oꝛdinatur redditus domino libēter Hoſtienſis
vult ei ſeruire in diuinis vt debet ſed dominus nō
vult eum honeſte pꝛocurare. Rñ. ſecundū Hoſti.
ꝟſi.ꝙ ſi paratus dicas ꝙ bonus iudex hoc arbi-
trabitur conſiderata qualitate perſonarū ꝛ patri
monij modo꞉nec enim poſſet pſallere niſi haberet
vite ſuſtentationem.j.q.iij. Si quis pꝛebendas.ab
illo autem debet habere cui ſeruit.extra de pꝛebē.
extirpande extra de ſymo.cum ſit romana.

Queſtio.v.

Quid ſi dominus nihil habet. vel habet ſed
ſibi non ſufficit. Rñdeo. ſecundum Hoſti.
ibidem ꝙ epiſcopus pꝛouidere debet quia ipſum
minus caute oꝛdinauit.ar.xciij.di. Dyaconi.

Queſtio.vj.

Raymũd⁹. I
Nfra qđ tempus poſſit dñs ſeruũ ordinatum
reuocare. R̃n̄. ſm Ray. dicendũ ꝙ dñs in caſi
bus in quib⁹ habet ius reuocandi ſeruũ ordinatũ
vt patuit ſupra reuocare poterit illum infra annũ
tm̄ ꝛ non vltra. di. liiij. ſi ſeruus, ſciente. ꝛ compu-
tatur ille annus ſm Laur. cui conſentio a tpe ſcie
dñi. ar. xvij. q. ij. ſi qui incognitus. Idē dicũt Gof.
ꝛ Hoſti. eo. quid ſi neuter. ꝛ Pe. ꝛ vvil. qui etiam
addit ſilem ſicut de reuocatiōe monachi infra tri-
ennium. Hug. vero dicit ꝙ cõputat̃ a tpe ordinatio
nis ꝛ hoc in fauorem ordinis. Inno. in glo. vbi ſup
aſſignat diuerſitatis rõnem. ſ. quare clericus etiã
ignorante dño ꝑmotus in clericũ vltra annũ repe
ti non poteſt. ſed monachus infra triennium: quia
clericus publice manet monachus ſecrete non tñ
licebit dño manus iniicere in hũc clericũ. xvij. q.
iiij. ſi quis ſuadente. Nec põt ꝯtrahere matrimo-
nium ꝑpt̃ votum qđ fingit̃ feciſſe in ſuſceptiõe or-
dinis ſacri. extra de conuer. cõiug. quidã. lxxxiiij.
di. tñ in preterito ꝛ cogendus erit per epm. ar. xcvj
di. ſi imperator. alijs aũt puilegijs non gaudebit.
extra de clerico coniug. Iohãnes. ꝛ c. ſequẽti. Idē
dicimus in originarijs ꝛ aſcriptitijs ꝛ in oib⁹ qui
conditiõe ſeruili vel in ratiocinio vel in tirocinio
ſunt obligati. liiij. di. frequens. Idem ꝛ in libertis
ſi aliquod obſequiũ ſibi patron⁹ retinuit. liiij. diſ.
quicũqꝫ. Idem ꝛ in obligatis functionibus. lj. diſ.
preterea. hec Innocen.

❡ Queſtio. vij.

Raymũd⁹. S
Ed quare ſeruus alicuius ꝯſecrat⁹ dño red-
ditur ꝙ nõ alia res ꝯſecrata: vt. xiiij. q. vlt. cõ-
perimus. R̃n̄. ſm Ray. §. iiij. ſed q̃rit̃. q: in reb⁹ in
aiatis non ꝑpendit̃ dolus ſed in hoie ſolo. Idez q:
in rebus inanimatis cõſecratio eſt in ſupficie: ꝛ iõ
non debet a manu ꝓphani tractari: ſed in hoie eſt
aia que tangi non põt. xxxij. q. vij. licite. concordat
his Vlri. ꝛ Pe. ꝛ Goff. ꝛ Hoſti. eo. queri cõſueuit.

❡ Queſtio. viij.

Petrus. Q
Uero hic cui⁹ parẽtis cõditionē debeat par
tus ſequi. R̃n̄. ſm Pe. in ſcrip. ſup. iiij. ſen.
di. xxxvj. dicendũ ꝙ in gñatione pater ſe hꝫ vt ṗn-
cipium actiuũ formale. ꝛ ideo honorabili⁹: mater
vero vt ṗncipiũ materiale: ꝛ ideo ſub alijs q̃propt̃
cum vnũquodqꝫ pncipiatũ ſequat̃ naturam prin
cipij predominantis: ꝛ ideo fetus in ꝯditionibus
actiuis ſicut in honorib⁹ ꝛ patrimonioꝝ acq̃ſitõi-
bus ſequit̃ magis patrē: in ꝯditionib⁹ vo paſſiuis
ſicut in ſeruitutib⁹ ꝛ hmõi: ſequit̃ mag' mrē; hinc
eſt ꝙ de iure cõi ſm leges quãtũ ad ꝯditione ſerui
tutis vel libertatis ptus ſeqtur matrē: ſꝫ de ꝯſue-
tudine ſpali aliquaꝝ terraꝝ ſecus eſt. ſequit̃ enim
ſemꝑ part⁹ eos ꝯditionē deteriorē. ꝛ ſi ſunt diuerſi
dñi ſit diuiſio liberoꝝ genitorũ vel ſm numerum
vel ſecundũ eſtimationē p̃cij vt in aliq̃bus ptibus
francie. Idē dicit Tho. in ſcrip. ibidē: ſed addit ꝙ
hec cõſuetudo aliquaꝝ terrarum non eſt ita ratio
nabilis ſicut id qđ lege cõi ſtatutum eſt.

❡ Queſtio.

Q
Uid iuris de ſeruis q̃ igrediũt̃ monaſteriũ
vide. ſ. li. j. t. viij. de voto. q. lxiiij. Dein q̃ro
et ſequẽtibus. Quid iuris de ſeruis iud. ꝛ paga
norum. vide. ſ. lij. t. iiij. de iudeis ꝛ paganis. q. xvj.
Deinde quero quis ꝛ ſequentibus.

De manumiſſione. Rubricella: Queſtio. ix.

S
Equitur videre de ſecunda pte rubrice
ſcꝫ de manumiſſiõe. Et ṗmo quero qd
ſit manumiſſio: ꝛ vnde habuit origmē
tam manumiſſio ꝙ̃ ſeruitus. R̃ndeo
ſecundum Ray. eo. ti. §. x. Nũc videndũ manumiſ
ſio eſt datio libertatis vera ꝙ̃diu q̃s in ſeruitute Raymũd⁹.
eſt manui ꝛ ptãti ſuppoſitus ꝛ manumiſſus eſt li-
berat⁹ a manu ꝛ poteſtate dñi. inſtitu. de liberti. I
prin. Habuit aũt originē manumiſſio ſm quoſdã
a iure gentiũ a quo etiã dicũt ſeruitutez habuiſſe
originē ꝛ cũ antea vno cõi noīe oēs hoīes appel-
larent̃ iſto iure tria gñа hoīm eē ceperũt. ſ. liberi
ꝛ his contrarij ſerui. ꝛ tertiũ genus liberti qui de
ſierant eſſe ſerui. di. j. ius aũt naturale ius gentiũ
xij. q. ij. cum redēptor. Alij dicunt ꝙ ſumpſit initiũ
ſeruitus ab ebrietate Noe. ꝛ ita videt̃ ꝙ a iure na-
turali. xxxv. di. ſexto die. Non eſſet hodie ſeruitus
ſi ebrietas non fuiſſet: ſed nõ eſt in hoc magna vis
Vlri. vero. §. ſed ego: dicit ſic. ego credo ꝙ originem
habuit ſeruitus a natura. ſi eñ ille q̃ natura ē ſer-
uus ꝑ conatũ ſuũ ꝛ laborem ſuũ acquirit virtutes Liberti.
heroicas tũc amplius nõ dꝫ eſſe ſeruus ſꝫ heros
ꝛ liber: ſed a iure gentiũ cepit: q: ꝛ ſtatuto nõ ſolũ Vlricus.
diuino ſed etiã humano iſte ordo ex natura ꝓfect⁹
firmatus eſt vt vn⁹ alteri ṗncipet̃ inſuꝑ ſm qđ eſt
officiũ pietatis ſic cepit a iure diuino qđ ı̄ ſcriptu
ra ſacra cõtinet̃. exo. xxj. ſi emeris ſeruũ hebreũ. vj.
annis ſuiet tibi in ſeptimo egrediet̃ liber gratis.

❡ Queſtio. x.

Q
Uis põt manumittere. R̃n̄. ſecundũ Ray.
manumittere põt q̃ habet adminiſtrationē Raymũd⁹.
ſuarũ rerũ etiã. xx. annis nõ põt intervivos dare li
bertatē. C. qui. ma. nõ poſ. l. Si minor. ı̄ vltima vero
voluntate ex quo teſtari põt. ſ. in quartodecimo
anno põt manumittere. ij. q. vj. §. diffinita. vſi. Itē
ſi ſentẽtia cõtra ius. C. qui ma. non poſſunt. auten.
ſed iure nouo. Itē eps põt manumittere ſeruos ec
cleſie bñmeritos. xij. q. ij. Si quos de ſeruis. põt ēt
alios nõ bñmeritos dũ tñ det eccleſie in cõpenſa-
tione pro vno duos eiuſdē meriti ꝛ peculij. Glo. ꝺ
proprio. ꝛ patrimonialib⁹ bonis nõ de reb⁹ eccſie.
xij. q. ij. Epiſcopus q̃ mãcipiũ itē cã miſerationis.
xij. q. ij. Cum redēptor. vel intelligi põt illud de bñ
meritis. Item abbas põt manumittere ſeruũ mo
naſterij ſed nõ pleno iure q: nihil habet qđ det ı̄ re
cõpenſationē di. liiij. abbati. ꝛ §. habet autoritate.
hoc tamen intelligas de cõſenſu epi ꝛ monachoꝝ
niſi ſit ꝯſuetudo ꝯtraria. xij. q. ij. Abbatibus. extra
de his que ſiunt a prelatis ſine conſenſu capitu. ea
noſcitur. Gloſ. dicit hic ꝙ ſi antiqua ꝛ approbata
ſit conſuetudo. abbas in inſtitutionib⁹ quas facit Gloſſa.
aut in collatiõibus eccſiarũ vel bñficioꝝ ꝯuet⁹ nõ
requirat aſſenſum. hmõi cõſuetudo ṗiudicat iuri
in hac parte ſicut innuit illa decre. ea noſcit̃. Itez
ſeruus cõis pluriuz poteſt manumitti ab vno ſed
debet manumiſſor alios ſeruare indemnes. C. de
communi. ſeruo manumiſſo. l. j. Concordat Vlri.
§. poteſt autez. ꝛ §. Et quia ſeruitus. Cũ omnibus
predictis a principio queſtionis concordat etiam
omnibus ſupradictis Hoſtien. §. ix. Quis poſſet.
et addit ꝙ non valet manumiſſio in fraude credi-
torum facta. C. qui ad liberta. procla. non poſſunt.
l. j. inſtituta ex quibus cauſis manu. nõ poſ. §. j.

❡ Queſtio. xj.

Q
Ualiter fieri debeat manumiſſio. R̃ndeo.
ſecundum Ray. §. vij. manumiſſio fit mul- Raymũd⁹.
tis modis. aliquando in eccleſia ſub aſpectu epi- Manutio.
ſcopi ꝛ plebis: ꝛ debet de hac manumiſſione fieri
ſcriptura ad cautelam futuri temporis: ne ſcilicet
poſſit impediri libertas. C. de his qui in eccleſia
ma. l. j. extra de ſeruis nõ ordinãdis. c. j. Itē fit corã
iudice ꝛ hec dr̃ manumiſſio vindicte. Nã vindicta
appellabat̃ virga p̃toris qua tãgebant̃ a p̃tore illi q̃
manumittebant.

manumittebanſ vt.dicit hic gl. ⁊ ſi ſit manumiſſio
ad hoc vt manumiſſus ordineſ dꝫ potius fieri corā
eccleſiaſtico iudice ꝙ corā ſeculari.ar.extra de ſer-
uis non ordi.c.j.Item pōt fieri in ſecreto vt dicat
dominus eſto liber vt inter amicos vel ꝑ epiſtolaꝫ
vel per teſtamentū vel qualꝫ aliā vltimā volunta-
tem.Iteꝫ pōt fieri ſemꝑ.i.tā diebus feriatis ꝙ non
feriatis tā de die ꝙ de nocte etiā a procedēte ꝑ viā
et hoc totuꝫ legitur inſtitu.de libertinis.§.multis
autē modis ꝑcedit manumiſſio ⁊ hec rō eſt qꝛ ma
numiſſio ꝑtinet ad voluntariā iuriſditionē.contē-
tioſa eni iuriſditio nō pōt expediri a iudice proce-
dente nec in diebus feriatis nec de nocte.iij.q.iij.c.
ſpatiuꝫ ꝯ̃ſi a iudice procedēte.vide de hoc.s̃.li.ij.
ti.vlti.de negot.ſ.q.j.Que negotia.vbi ex tꝑe cum

Hoſtienſis predictis cocordat Uvil .§.⁊ qꝛ ſeruitus.eoſdē etiā
caſus ponit Hoſti.§.iiij. Qualiter ſeruus.⁊.§.ix.
qualiter fiat.⁊ addit alios caſus.ſ.ſi non curauit
egrotum.Iteꝫ ſi vendit ancillā ne ꝓſtituaſ ⁊ fiat cō
tra.Itē ſi pulleatꝰ lcedat aſi cadauer dñi dū deferſ
ad eccleſiaꝫ.Itē ſi lata eſt ſentētia cōtra illū q̄ ſer-
uus dicebaſ ⁊ dñs poſtea ꝑciū ꝑ ipſo ſeruo recipiat
Item ſi ancillā in matrimoniū collocauit cōſcri-

Dediticij. bens pro ea dotem ꝙ non ꝯſueuit fieri niſi pro libe
ris.Itē ſi ſeruū filiū ſuuꝫ appellauit actis interue-
nientibus quaſi in figura iudicij. Itē ſi dedit ſer-
uo inſtrumentū ꝑ qđ ipſius ſeruitus ꝓbabaſ ⁊ in
alijs caſibus quos habes.C.pro qbus caſibꝰ ſerui
pro ꝑmio liberta.per totum.Iteꝫ ſi iudeus xp̄ianū
mācipiū emerit:extra de iudeis.c.vlt. ❡Itē nota
ſecundū Ray.Hoſt.⁊ G.ꝙ hodie ſublata eſt diffe
rentia deditíciorꝫ qui toto tēpore vite ſue erant

Raymūdꝰ. ſerui ⁊ poſt mortē liberi ⁊ latinorꝫ q̄ ecōtra in vita
ſua erant liberi.⁊ in morte ſerui.omēs eni liberti ſ
manumiſſione ꝑpetuā libertatē ꝯſequunſ inſti. de
libertinis.§.libertinorꝫ.⁊.§.vlti.C.de latina liber.
tol.l.vna.

❡Queſtio.xij.

Qualiter liber ſeruus fiat. Rñ.ſm Hoſti.§.
v.qualiter liberi.ſerui aūt naſcunſ de ancil
la.aut fiunt iure gentiū puta qꝛ iuſto bello capiūſ
aut iure ciuili ⁊ hoc cū maior.xx.annis ad preciuꝫ
participandū paſſus eſt ſe venūdari inſt.de iure ꝑ

Serui ſonarum.§.ſerui aūt in quo tñ.vj.requirunſ.ꝑmū
ꝙ ſit maior.xx annis.C.đ liberali cā ſi in miniſteriū.
ſcđm vt eius animi ſit ꝙ ꝑciuꝫ ꝑcipet .C.de libera
li cauſa.nō iō.tertiū ꝙ in veritate ꝑcipet. ff.qbꝰ
ad liber.procla.nō lꝫ.l.j.Quartū ꝙ emptor credat
ipſum ſeruū.ff.đ liberali cā.liberis.§.ſi qs ſciens.
Quintū vt is qui vendiſ ſciat cōditionē ſuā.ff.qbꝰ
ad liber.procla.nō li.l qui ſe.Sextū ꝙ vēditor ſciat
ipm eē liberū.ff.qbus ad liber.procla.nō li.l.iiij.ſi
aliquod iſtorꝫ deficiat iure cōi in igenuitatē prouo
cat alias nō eē ſi manumittat.ff.de ſtatu ho.l.lib.
et hoc niſi reddat preciū qđ tñ dñs inuitus nō rece
piet lꝫ aliqui cōtradicāt.ff. ſi quis ingenuū ſe eſſe
dixerit.l.ij.Rñ.j.C.qñ lꝫ ab empt.diſ.l.j.

❡Queſtio.xiij.

PRopter quas cauſas reuocatur libertus in
ſeruitutē.Rñ.ſecundū Ray.§.viij. in ſum.li
bertus qlꝫ in ſeruitutē reuocatur propter oēs cās
ingratitudinis ꝑpter quas reuocaſ donatio:auſ.
vt liberti de cetero col.vj.§.illud.Idem Hoſti.§.v.
qualiter liberi.in ſi.dicit hic glo.ꝙ ingratitudo eſt

Hoſtienſis cum donatarius in donatorē manꝰ iniecit aut atro
cem iniuriā ſeu graue dānū rerū ſuaruꝫ aut vite pe
riculū inferre ꝓſumit.extra de donat.c.j.Idē Uvil.

❡Queſtio.xiiij.

QUe ſit differentia inter libertos eccſie ⁊ pri-
uatorū.Rñ.ſecunduꝫ Ray.ibidem in liber

Raymūdꝰ.

to eccleſie tria nota ſpecialia.primū qꝛ reuocatur
in ſeruitutem propter operas nō preſtitas.xij.q.ij.
Dyaconi ſicut in liberto priuati.C.de liberali cā.
Solo.Inno.extra.e.t.in glo.ſuper.c.de famulis in
fine.intelligit hoc de obſequijs impoſitis ⁊ non de
alijs:ſecundū ꝙ filij libertorū eccſie etiā nati poſt
manumiſſioneꝫ ſunt obnoxij eccleſie.xij. queſti.ij.
de libertis liberti.ſecundo ſecus in alijs. C.de li-
bertis ⁊ eorum liberis.l.j.⁊.ij.Tertium quia liber
ti tenentur ſeruire eccleſie etiā ſi nulla opera fue-
rit impoſita.xij.q.ij.Dyaconi.in ſi.liberti.eaſdem
etiam differentias ponit Hoſtien.§.vj. Qualiter
ſeruus.ꝯ̃ſi.libertus enim ⁊ ſequentibus. ⁊ addit
duas differentias que poſite ſunt ſupra eo.tit.q.j.
vna.ſcilicet ꝙ libertus etiam eccleſie ordinatus ſi
iniuriatur ei vel accuſat eaꝫ ⁊c. reuocatur in ſer-
uitutē. Alia ꝙ liberti eccleſie ordinati nō poſſunt
transferre bona ſua in alios.

❡Queſtio.xv.

QUid iuris de aſcripticijs ⁊ originarijs. Rñ.
ſecundum Ray.ſicut dictum eſt de ſeruis vſ Raymūd
libertis priuatorū non ordinandis niſi pleniſſime
fuerint abſoluti ab illis qui aliquid in eis ſibi ven
dicant poteſtatis .ita etiam intelligas de aſcripti
cijs originarijs ⁊ alijs qui aliqua obnoxitate ſunt
aſtricti.di.liiij. Si quis generaliter admittitur.
hoc autem intelligas niſi ſint de libera matre nati
quia tunc cum matris conditionē ſequi debeant ſ
pediri non debent.extra.e.tit.Dilectus filius.G.
ſed de hoc ſupra.vide eo.titu.q.viij. Quero etiam
hic.Dicuntur autē aſcripticij qui per.xxx.annos
fuerunt in manſo ſiue in poſſeſſione vel q̄ ꝑ pro-
priam ſcripturaꝫ vel ꝓſcriptionē ſunt aſtricti ſolo
colendo.C.de agri.⁊ cen. Cum ſatis.§.cum auteꝫ.
li.xj.⁊.l.Scimus.j.Rñſio Originarij dicuntur qui
ex aſcripticijs nati ſunt in ipſo ſolo.C.de agri. et
cen.l. Colonos. nec ſine gleba vendi poſſunt .C.
de agri.⁊ cen.l.quēadmodū. Preterea.⁊ licet iſti
liberti ſint non multum videntur diſtare a ſeruis.
C.de agri.⁊ cen.l.nō diutius.nec tenet finis illius
legis.Item.di.liiij.Si ſeruus ſciente domino.vbi Uvilelmus
dicitur ꝙ multis dominis poſſunt tales promoue
ri.Idem Uvil.§.Idem etiam.Iterū nota ꝙ epiſco
palis dignitas vel etiaꝫ ſacerdotalis liberat a for-
tuna ſeruili vel aſcripticia.di.liiij.Si ſeruus ſcien
te.⁊ ſecundū canones etiam a curiali fortuna ſine
vinculo qđ probatur ex eo ꝙ liberat a ſeruili que
fortior eſt.di.liiij.frequens ex antiquis.vnde ꝙtū
ad hoc non tenet lex illa ſi ſeruus ſciente: veruntñ
curialis non debet promoueri niſi ſecundū diſtin-
ctionem poſitam.s̃.titu. proximo .queſtio.ij.Qui
curiales.

De corpore vitiatis non or-
dinandis. Titulus.xviij.

SEquitur vt de corpore vitiatis tra
ctatum ſubiciamus: ſed quia .s̃.
lib.ij.titu.j.de homicidio.q.xlij.
Quid de his ⁊ tribus ſequētibꝰ
plura de hoc dicta ſūt:hic obmit
tuntur. ❡Nota tamen ꝙ preter Titia.
vitia ibi numerata ſunt alia vitia
corporis que in veteri teſtamento repellebant or- Leuiti.xxj.
dinandos.vt patet leuitici.xxj. Putas ſi aliquis
habebat grandem vel paruum vel tortum naſuꝫ ſi
gibbum vel lippitudineꝫ ſi iugem ſcabiem. ſi im-
petiginem habeat in corpore vel ſi ſit ponderoſus.
ſed iſta hodie non repellunt. vij.queſtione prima
Qualiter in fine.ꝟſicu.In textu.eptatiet ⁊ cetera.

Sed ſpeci aliter intellecta repellunt indiſtincte etiã in hodie.diſti.xliii.Hinc ⁊ enim ⁊c.Hic etciã dicit Grego.⁊ glo.hoc ponit ꝙ ꝑ cecum ignorãs ꝑ claudum diſtoꝛtus per grandem paruum vel toꝛtum naſum habens intemperatus ⁊ indiſcretus per gibboſum cupidus deſignaꝛ.⁊ ſic de alijs in c.ſacerdotes.Dicit Innocẽ.ꝙ cecum aiãl offert q̃ oꝛdinat indoctũ loco docti:claudũ qui terrena q̃rentẽ ⁊ ita indignũ eſt dare deo quod deſignaꝛ hõ ⁊ hoc etiã in glo.hic.Item ad intellectũ ꝑmiſſoꝛ. ¶ No.ſm glo.hic ꝙ impetigo eſt ſcabies ſicca q̃
Gloſſa. multum impedit bolem.Itẽ ponderoſus eſt herſioſus ſiue ruptus cui.ſ. inteſtina ſeu humores in
Eptatici. veſiccã deſcendũt.Et eptatici appellanꝛ:q̃nq̃ libri moyſi cũ duobus libris ſequẽtibus.ſ.Joſue ⁊ Judicũ:⁊ dicitꝛ ab epta qđ eſt ſeptẽ.Sequiꝛ in Ray. colligit breuiter tenoꝛẽ oĩm ſupradictoꝝ in vna regula.quicũq; culpa ſua eſt viciatus in coꝛpoꝛe repellitur:qui vero ſine culpa ſua non repellitur niſi ſcandalũ timeaꝛ ex nimia deformitate vel periculum ex nimia debilitate quaſi omnia ꝑdicta etiã vult.ponit.§.ꝑma barũ ⁊ ſequentibus.

De filiꝭs pꝛeſbite. et aliꝭs illegitime natis. Titulus.xix.

E filijs pꝛeſbyteroꝝ ⁊ alijs illegitime natis.Nunc videndum eſt circa hoc pꝛimo

¶ Queſtio.j.

Quero quare tales ꝓhibentur oꝛdinari ⁊ qui. Rñ.ſm Ray. eo.ti.in ꝑn.Cauſa hmõi ꝓhibitiõis eſt lex diuina
Raymũd⁹. per quam ſpurij ⁊ manſeres pꝛohibentur intrare eccliam vſq; ad decimã gñatiõnẽ.extra de elec.innotuit.extra qui filij ſint legitimi ꝑ venerabilem. in ſi.Exponit hꝰ glo.⁊ ſumit de hyſtoꝛia ſcolaſtica ꝙ manſer eſt ꝓpꝛie de ſcoꝛto natus.⁊ idẽ notatur ybꝛida ſpurius dicitꝛ natus de cõcubina ꝓ ſpurcicia incontinentie. Nothus eſt q̃ de adultera nat⁹ eſt.videꝛ eñ filius eſſe de matrimonio cum nõ ſit ſicut ⁊ nothas febꝛes dicim⁹ q̃ vere quartane aut hmõi videnꝛ ⁊ non ſunt.Cauſa aũt quare lex diuina ꝓhibuit triplex eſt.ſ.dignitas clericalis que vilibus ⁊ inſamibus ꝑſonis cõmitti non debet.extra de exceſſibus ꝑlatoꝝ.inter. Itẽ deteſtatio paterni criminis.Itẽ q2 tales filij ſolẽt eſſe imitatores paterni ſceleris.vj.q.j.Si quis cum militibus.⁊ diſt. lvj.Si gens Angloꝝ alias incipit.c. diuulgatũ. vbi dicitꝛ ꝙ de cõmixtione meretricũ eſtimandum eſt degeneres ꝑpꝛos ignobiles ⁊ furẽtes ⁊ effrenata libidine pereati ⁊ gentem nec bello foꝛtem nec fide ſtabilem nec hoĩbus honoꝛabilẽ nec deo amabilem eẽ venturã. Has tres cãs aſſignat etiã Ho. ho j.rubꝛi.xvij.e.c.de filijs pꝛeſbyteroꝝ oꝛd.vel nõ §.iij.q̃ cã.⁊ Goff.eo.ti. In ſecularib⁹ tñ dignitatibus tales non ꝓhibenꝛ ſm Goff.⁊ Innoc.in gloſ. extra. e.titu.ſuper.j.c.⁊.ff.de decu.l.ſpurij.⁊.l.ij.§. nullum.

¶ Queſtio.

Quid ſi illegitimi per ignoꝛantiã ꝓmoti fuerunt.Rñ.ſm Hoſti.extra eo.ti.in glo.ſuper
Hoſtienſis j.c.in hoc caſu habeꝛ apud omnes ꝓbabilis ignorantia excuſata.argu.C.de teſta.l.j.ff.de offic.pꝛo. l.ij.ipſe vero ſi veritatẽ nouerit,in ꝯſpectu dei cecidit quãtũcũq; occultum ſit:vt patet extra de tẽpo. oꝛdi.c.ſi.ſi nihil ſcit omnino eſt excuſatus.

¶ Queſtio.

Sed numquid filius ſuper hoc credere debet verbis matris cum filius ſit ille quẽ nuptie demonſtrant.Rñ.ſm Hoſti.in glo. ibidem vtiq; pꝛimis facie eſt credendũ.argu.extra de ꝓbationibus.per tuas.extra đ pꝛeſump.afferte.⁊.c. literas §.j.⁊ quia in dubio tutius eſt abſtinere.extra de tẽpoꝛibus oꝛdi.ad aures.§.penult.⁊ fina. verũtamẽ non cogitur credere.ar.C.de teſtamentis.l.neq; profeſſio Conſulimus tamen tali ꝙ ſi haberet cõſcientiam ipſam ſeruet ⁊ ad ſedem apoſtolicã accedat pꝛo diſpenſatione obtinenda quia ipſam in hoc caſu debet de facili obtinere.

¶ Queſtio.ij.

Que circa illegitime natos ſiat diſpenſatio. Rñdeo ſm Ray.§.ij.circa iſtos diſtingue Raymũd⁹.
circa illegitime natos.quia aut intrant monaſterium ⁊ ibi canonice conuerſantur aut remanẽt in ſeculo.in pꝛimo caſu de iure communi pꝛomouenꝛ ad omnes oꝛdines.Si alias ſint ydonei.di.lvj.c.j. extra eo.titu.capi.j.religionis enim ingreſſus tollit irregularitatis ingratitudinem xix. queſtio. iij.Non liceat.⁊ monachatus omnẽ maculaꝫ abſtergit.autentica de monach.in pꝛincipio.Quidã tamen dicunt contrariuꝫ.ſcilicet ꝙ non poſſint tales pꝛomoueri de iure ſꝫ pꝛodeſt eis religio ad diſpenſationem facilius obtinendaꝫ.ar.di.l.Si ille. di.lv.pꝛiſcis.ſed pꝛius dictũ teneas.hic etiã Goff. dicit verius eſſe.Concoꝛdat etiam Innocen.vbi.ſ. Innocent
et Hoſtien.§.v.Quis poſſit.ver.magis.in ſi.⁊ Ber. in gloſ.ſuper.c.Nimis.hoc tamen verum eſt ꝙ ad pꝛelationem non poſſunt pꝛomoueri abſq; diſpenſatione.extra eo.titu.capi.j.Gloſ.hoc exponit.pꝛelationem.ſcilicet vt pꝛomoueanꝛ in epiſcopos aut Gloſſa.
in abbates ⁊ ſm Innocen.vt ſupꝛa nec alibi habebit pꝛelationem nec eccleſiam ſecularem.xvj.q.j. Legi.cum Hoſti.tamen.verſi.ſed ⁊ ſi.⁊ verſi. Maioꝛ dicit ꝙ ſi talis tranſit ad religionẽ ⁊ neceſſitas exigit credo ꝙ epiſcopus poſſit diſpẽſare vt ad eccle- Hoſtienſis
ſiam parrochialem pꝛomoueatur:ſed alij contradicunt vt ibidem dicit: ſed numquid ad pꝛioꝛatus maxime in cõuentualibus eccleſijs que non habẽt abbates ſed pꝛioꝛes poſſunt pꝛomoueri ſine diſpẽſatione.Reſpondet hic Uuilel.in gloſ. ſine pꝛeiudicio dico ꝙ non ⁊ dicunt quidaꝫ ꝙ neceſſaria eſt diſpenſatio pape in hac parte cum hodie legitime nati abſq; diſpenſatione ſedis apoſtolice. nec ad dignitates aut perſonatus aut alia beneficia curam animarũ habentia debeant pꝛomoueri.vt extra eo.titu.Nimis.ſed illud poteſt intelligi de remanentibus in ſeculo.vnde dicunt alij ꝙ cuꝫ talibus religionem ingreſſis poſſunt epiſcopi diſpenſare vt pꝛomoueanꝛ in abbates non tamen in epiſcopos.⁊ hoc videtur velle.titu.qui ꝓnotauit.extra de electione.Innotuit.ꝙ metropolitanus circa illegitime natos poteſt diſpenſare non tamen cum illis qui in epiſcopos pꝛomouẽdi ſunt.ar. extra de tranſlatione epiſcopi inter coꝛpoꝛalia:q2 epiſcopoꝛum ⁊ maioꝛum iudicia ſoli pape reſeruãda ſunt inuenitur ⁊ decr.xvij.di.Multis.in fine. ſequiꝛ in Ray.in ſecundo vero caſu.ſcilicet cum remanent in ſeculo non poſſunt pꝛomoueri ad oꝛdinem nec ad pꝛelaturam de iure.di.lvj.capi.j. extra eo. titu. capi.j.Sed circa eos.Si boni ſunt alias adhibeꝛ triplex diſpẽſatio.magna maioꝛ maxia. Magna vt oꝛdinenꝛ ⁊ inſtituant i eccleſijs alijs a pꝛĩa ſi fuerint filij pꝛeſbiteroꝝ vel in quibuſcũq; eccleſijs. Si alias fuerint illegitimi.ar.a contrario ſenſu. extra eod.pꝛeſentium. Maioꝛ.vt etiã in paterna. aliquo tamen medio.extra eo.titu.ex tranſmiſſa. Max.ma.vt i paterna nullo medio.extra.e.ex tua vide infra.e.ti.q.iiij.Quis poteſt.

¶ Queſtio.iij.

SEd nunquid filius poteſt habere vicariã in eccleſia in qua pater immediate habuerit ꝑſonatũ. R̃n. ſecundũ Ray. e. t. ꝙ nõ extra. e. t. Michael. Nota etiã ſcdm Goff. §. ſũt igit. ⁊. §. ꝑ hominem ꝙ in hoc tractatu ſiue titulo ꝓhibitiones ſunt due. vna eſt de filijs preſbiteroꝝ nõ promouẽdis. alia ꝙ filij non aſſumant ad illa bñficia q̃ patres eoꝝ imediate habuerũt ⁊ hec extẽdit etiã ad filios legitimos clericoꝝ vt patebit infra. e. t. q. vj. Quid de filijs. ⁊ hoc: qꝛ iura ſucceſſionẽ hereditariã I eccleſia dei deteſtãt. extra. e. Ex trãſmiſſa. Intellige aũt hoc qd eã non habeat immediate ſecus ſi interceſſerit media ꝑſona. extra. e. ex tranſmiſſa.

Raymũdꝰ. Vicaria.

Queſtio. iiij.

QUis põt diſpẽſare cũ illegitime natis. R̃n. ſecundũ Ray. §. iij. põt cũ talibus in ſclo remanentibus põt eps in ordinibus diſpẽſare etiã i maioribus. extra. e. veniens. Ex trãſmiſſa. ex tua. ſolus tñ papa diſpẽſare põt cũ eis in epatu. extra de electione innotuit. ⁊ in hoc caſu loquũt capla. di. lvj. aplica. cenomanẽſe⁊. Quia inmo nec ad dignitatem nec ad ꝑſonatũ nec ad bñficia curã habentia aiaꝝ põt cũ talibus. glo. remanẽtibus in ſeculo niſi per ſedẽ aplicã diſpẽſari. extra. e. dilectus. ⁊. c. nimis. Cõcordat ꝓdictis Goff. §. circa pmũ. ⁊ vlti. ⁊ Ber. in glo. ſup. c. Nimis. ⁊ ſup. c. ad abolendã. ſatis etiã cõcordat Hoſti. §. vſi. Quis poſſit in pn. ⁊ vſi. vnũ tñ. diſpenſant ergo epi cũ talibus in ordinibus ⁊ in bñficijs ſimplicibꝰ: ſm Hoſti. ⁊ Gof. et Ber. qꝛ nõ eſt prohibitũ. ar. extra de ſen. ex. nup. ⁊ ar. extra. e. t. Cum decore ad hoc. l. di. c. ſi. Hoſti. tamen in gloſ. ſup. c. Nimis. circa ſi. dicit ſic breuit quicq̃d dixerimus quicq̃d notauerimus hoc tenet curia ꝙ nullus poſſet cũ illegitimo ſcſari ad minꝰ quo ad curam et ſacros ordines excepto romano pontifice diſpenſare.

Idem. Goffredus Hoſtienſis

Queſtio. v.

SEd quis diſpenſare poteſt vt filij imediate habere poſſint bñficia que patres eoꝝ habuerunt. R̃n. ſecundũ Ray. ſcripſit ꝙ epi ⁊ archiepi diſpenſare poſſunt ꝑ illã decre. extra. e. ex tua. et. c. veniens. ⁊ qꝛ nõ inuenit eis prohibitũ Hoſti. etiã vſi. ſecunda vero. ⁊ ſequẽtibus dicit opinionẽ Ray. ſaluari poſſe ⁊ eã ſatis approbat. vñ in ſi. dicit ſic ſatis puto ꝙ ex neceſſitate poſſit i tali caſu epiſcopus diſpẽſare. põt igit ex cauſa ipm admittere ſi vult alioquin repellere. extra. e. ex trãſmiſſa. ſed Goff. reprobat hoc ⁊ dicit ꝙ i decre. ex tua. nõ agitur de diſpẽſatione facienda vel nõ faciẽda. ſ⁊ an facta debeat reuocari ⁊ dicit ꝙ non ⁊ iuſte na⁊ beneficiũ de⁊ eſſe manſurũ. inimo nec legato in hoc caſu l⁊ diſpenſare. extra. e. dilectus. ⁊ dicit ꝙ talis diſpenſatio eſſet contra aplm. viij. q. j. aplica. cum Goff. cõcordat Ber. in glo. ſuper eandẽ decre. Ex tua. videt aũt Ray. loqui de filijs legitimis ſacerdotum. ſed Goff. ⁊ alij de illegitimis. vnde ⁊ ſecũdum Hoſti. decre. ex tua. intelligitur de legitimis: ſecundũ ꝙ eam exponit ſm opinionẽ Ray. decre. autem dilectus. in qua dicitur ꝙ nec legati diſpenſatio valuit: intelligit de illegitimis. vnde Hoſti. dicit Vergiliũ de quo fit mentio illegitimũ fuiſſe videtur etiam ide⁊ ſentire Ber. in glo. e. t. ſuper. c. ad abolendam.

Raymũdꝰ. Johannes lector. Bernardꝰ.

Queſtio. vj.

QUid de filijs legitimis ſacerdotum ⁊ alioꝝ clericoꝝ quos ſuſceperũt de legitima vxore ante ſacrum ordinem. R̃n. ſecundũ Ray. §. iiij. Quid de legitimis dicat ꝙ tales de iure cõi poſſunt promoueri ad omnes ordines ⁊ dignitates ſi alias ſint ydonei ⁊ in eade⁊ eccleſia in qua patres eoꝝ vel fuerũt prelati vel canonici poſſunt illi canonicari ⁊ promoueri dũmõ non ad illas dignitates vel prebẽdas quas patres eoꝝ tenuerint extra eo. ad hoc. extra. e. ad extirpandas ⁊ de talibꝰ põt intelligi di. lvj. §. Sed hoc idem Inno. extra. e. t. in gloſ. ſuper. c. ad abolendam. ⁊ Hoſti. §. ij. Qui filij in principio. ⁊ Ber. ſi vere cõſideraueris. concordat etiam Goff. §. circa aliud in ſi. ⁊. §. per hominẽ addens ſic. Nota ꝙ cum pater habuit perſonatũ filius immediate ipſum habere non põt. extra. e. t. quoniã ⁊ ſi pater habuit vicariã filius imediate eã habere non põt. ar. extra. e. c. Ad extirpãdas. Item ſi pater habuit perſonatũ filius habere vicariam non poteſt. vt extra. e. t. Michael. vel ecõuerſo. Si pater habuit perpetuã vicaria⁊ filius immediate perſonatum non poteſt habere vt extra. e. t. Conſtitutus. ⁊ eſt ratio qꝛ ꝑpetuus vicarius curam h⁊ eccleſie cuius vicarius exiſtit. extra de officio vicarij. Ex parte tua. vñ habẽs vicariã ꝑpetuã aliã habere non poteſt. vt extra de officijs vicari. ꝓuideas extra reſcriptis poſtulaſti. vñ quaſi ius habẽs i eccleſia. vt extra de fide inſtru. ꝑpetuꝰ. amoueri ſine cauſa non poteſt vt extra de officio vicarij. ad hoc ſicut ⁊ emphiteota ⁊ q̃ ad non modicũ tempus cõducit. Jus habet in re. vt. ff. ſi ager. vec. l. j. ⁊ vlti. C. de ſuperficiebus. l. j. §. Qd aũt. hic Goff. idem recitat per omnia Hoſti. vſi. quinimo. ⁊ addit illud tamen non nocet ſi nomine filij vel tanq̃ cõductitius in eccleſia miniſtrauit. extra. e. Conſtitutus. vide infra. q. proxima.

Idem.

Queſtio. vij.

SEd quid de illegitimis vtrum poſſint habere beneficia in eccleſijs in quibus patres ſunt vel fuerunt beneficiati. R̃n. ſecundũ. Ray. ibidem illegitimus filius nec prelatus nec canonicus põt eſſe de iure in eccleſia in qua pater ſuus eſt canonicus vel prelatus ⁊ qui tales canonicauerint a ſuis beneficijs ſuſpendant ⁊ ſic intelligit decre. extra. e. t. c. Cum decore ad abolendã ⁊ in illa ad abolendã vbi inhibet ne filij canonicoꝝ maxime ſpurij canonici ſiãt in ſecularibus eccleſijs in quibus ſunt inſtituti patres eorum ⁊ ſi contra preſumptũ fuerit non valet. Exponit Ray. maxime. i. tantũ. vt ita cõcordet cum illa de hoc concordat ſatis Hoſti. vſi. proximo. ⁊ addit ex hoc patet ꝙ patribꝰ mortuis ibidem poterunt filij promoueri quo ad canonicas que ſimplices ſunt ⁊ ideo capitula allegata. cũ decore. ⁊ ad abolendã. que loquunt de illegitimis ſcilicet naturalibus ⁊ maxime ſpurijs ideſt in ſacerdotio genitis non dixerunt in quibus fuerint canonici patres: ſed in quibus ſunt. capitulũ vero ad hoc dicit in quibus ſunt vel fuerunt: qꝛ loquit de filio legitimo. Gof. etiã non placet qd Ray. expoſuit maxime ſpurij. i. tñ. qꝛ ſpurij nedũ in eccleſijs paternis ſ⁊ nec in alijs de iure canonicari poſſunt. ideo dicit Goff. ꝙ in illa eccleſia in qua ꝑeſt pater legitimus vel ꝑfuit non põt filius niſi ſimplex beneficium obtinere. extra. e. ad hoc canonicatum aũt habere nõ poſſunt etiã ſi legitimus ſit ſed ſpurius maxime. extra. e. ad abolendã. ⁊ ſic maxime impoſitum tenetur comparatiue ſm Hoſti. autem etiam ponitur ibi maxime comparatiue ſ⁊ inter illegitimos. ideſt in ſtatu laicali vel extra ſacerdotium genitos ⁊ ſpurios. i. in ſacerdotio genitos vt predictum eſt.

Raymũdꝰ. Goffredus

Queſtio. viij.

NUnq̃d hec ꝓhibitio. ſ. ꝙ filij taliũ aſſumi nõ debeãt ad bñficia eccleſiaſtica patrũ extẽdit ad nepotes. R̃n. ſ⁊ Ray. ꝙ nõ. qꝛ pene interꝑtatiõe

Raymũdꝰ.

legū artādē ſunt de pe.di.j.penecirca principiū.ff.
de liberis ⁊ poſthu.cum quidem.tollitur enim vi-
tium per ſucceſſionem.diſt.lvj.dicens Ieſus.vnde
licet ſenator non poſſet ducere in vxorē illaȝ cuius
pater vel mater ludicrā artem exercuit: pōt tñ il-
lam ducere cuius auus vel auia ludicrā artē fecit.
ff.de rit.nup.l.j.§.j.Idem Goffre.§.ita.de hac ſe-
cunda ⁊ Hoſti.ꝟ.ſed nunqd.aliam tñ ſolutionem
ponit ibi.

ℭ Queſtio.ix.

Idem. Quid ſi fili⁹ diſpenſatiue ſuccedit pr̄i vel de
facto nunqd frater ſuus imediate poſt ipm
pōt hr̄e eandē eccliam.Rñ.ſm Ray.ſm Hoſtiē.
ibidem ꝟ.qd ſi filius.ſi diſpēſatiue fili⁹ habuit vi-
detur ꝙ frater ei ſuccedere poſſit:ſi autē de facto
ſolū habuit non videt de mente iuris ꝙ talis pſo-
na intermedia purget vitiū imo potius videt com
probare ꝙ ſucceſſio in ecclia dei locuȝ hȝ:vt extra
de electione.venerabilem.§.penult.Uide.ȝ.co.ti.
q.v.ſi quis diſpenſare.

ℭ Queſtio.x.

Quid ſi quis nat⁹ eſt de dānato coitu poſtea
pater ducit matrē eius in vxorem nunqd d̄
Idem. iure cōi iſte poterit pmoueri tanꝗ legitim⁹.Rñ.
ſm Ray.§.v.item qd ſi qs.dicas ꝙ ſi pater potuit
eam legitime hr̄e vxorem tpe ↄceptōis:qꝛ.ſ.nullū
erat impedimentū.⁊ ſi poſtea duxit eam in vxorē
legitimatus eſt filius añ genitus p ſequēs matri
moniū.⁊ ita ſuccedit in hereditatē tanꝗ legitim⁹
⁊ ad oēs actus legitimos admittet:hoc credo verꝝ
etiam ſi poſt natiuitatē filij vel cōceptiōeȝ mater
nupſit alij quo mortuo ↄtraxit cum iſto vel econ-
uerſo.pater duxit aliam qua mortua duxit iſtā qd
dico in fauorem prolis per iura infra poſita.ſecus
ſi ppter aliqd impedimentū non poterat eſſe ma-
trimoniū inter ipſos parentes tpe ↄceptiōis quia
tunc,lȝ ſublato impedimēto poſtea ducat illam in
vxorem non legitimabit ples:extra qui fil.ſunt le
gitimi.tanta in aut.quibus mod.natu.effi.legiti.
coll.vj.circa pn̄.idem Goff.§.qd ſi qs.⁊ Hoſti.ꝟ.
quid ſi qs.Sequit in Ray.qd tñ dixi i pmo caſu le
Raymūd⁹. gitimatū talem quo ad oēs actus legitimos videt
quod fallat in epatu ad quē non poterit talis pro-
moueri abſqȝ diſpenſatione pape:vt pbat ſuā
lecturā.extra de electio.innotuit.circa pn̄.Idē re-
citant Goff.⁊ Hoſti.ſed tñ magis approbant qd
talis diſpēſatiōe nō idigeat.etiā in hoc caſu ⁊ hoc
in fauorem plis.ar.extra.qui fil.ſunt legitimi.ex
tenore ⁊ q matrimoniū.accu.poſ.videt.in fi.

ℭ Queſtio.xj.

Pone ꝙ aliqs ſacerdos gñat filium de vxore
legitima cum qua.ſ.ↄtraxerat laycus vel in
minoribus ordinibus ↄſtitutus nunqd erit legiti-
mus filius.Rñ.ſ.Ray.§.vj.Pone credo ꝙ ſic ma
Idem. xime ſi vxore ↄtradicente vel ignorante vbi ad ſa-
cros ordines eſt pmotus.qd dico in fauorē plis:qꝛ
culpa parentū non debet nocere hmōi filijs de le-
gitimo matrimonio pcreatis.ar.xxviij.di.oꝛaco-
ni.xxvij.q.ij.multoꝝ.extra.e.ti.lr̄as.Sed Goff.§.
item quid cōtradicit.Dñs Hoſt.§.v.qd poſſit.ꝟ.
Hoſtienſis quid ſi ſacerdos.⁊ ſequēti.Hos duos doctores cō
cordans ſic.Dōſnia Ray.vera eſt ſi ignorante vel
inuita vxore vbi pmotus eſt.xxvij.di.ſi vir.extra
de conuer.coniug.quidā.⁊.c.placet.Sed ſi ipſa cō
ſentiente vera eſt ſnia Goff.extra.e.ti.lr̄as.lxxvij
di.epōs.xxxij.di.ſeriatim.in fi.Idem videt ſi ea ſci-
ente ⁊ non ↄtradicente.ar.liij.di.ſi ſeruus ſciente
xxvij.q.ij.agathoſa.De voto aūt ⁊ conſenſu cōiu
gatoꝝ in votis ⁊ ordinibus.vide plura li.j.ti.viij.
de voto.q.lix.qd ſi maritus ⁊ pluribus alijs ibidē.

ℭ Glo.vltī.hic ſup verbo credo ꝙ ſic.Dicit qd
verꝝ eſt quo ad ſucceſſionē hreditariam nō quo ad
ordines vel eccliaſtica beneficia ſm quoſdaȝ ⁊ bñ
ſicut credo.ℭ Inno.etiam ⁊ Ber.in glo.ſup.c.lite
ras ſentiūt.cū Gof.ſ.ꝙ diſpēſatiōe idiget.Addit Goffredus
Goffr.fateor tñ ꝙ cū iſto talr nato benignius agē
dum eſt ⁊ facilius diſpēſandū ꝗ cū alio male nato.

ℭ Queſtio.xij.

Quid ſi diſpenſet cū aliquo illegitimo vel in
clericū vel ad ordines valeat pmoueri.Rñ.
ſecundū Ray.§.vij.Itē pone.Alanus ⁊ quidā alij Raymūd⁹.
dixerūt ꝙ ex tali diſpēſatiōe poterit recipere mi-
nores ordines tm̄.Goff.etiā ⁊ Hoſti.ver.Quid ſi
videntur cōſentire cū eo qꝛ dicūt ꝙ hoc puilegiuȝ
cum odioſum ſit reſtringendū eſt.ar.ff.de liberis
⁊ poſthu.cū quidā.ℭ Idē etiam Hoſt.⁊ Goff.di- Hoſtienſis.
cunt qd ſi diſpenſat vt ad oēs ordines pmoueat.
nō videt diſpenſatū ad dignitates ⁊ platuras eadē
ſ.rōne q dicta eſt.ℭ Addit autē Ray.ſic vel dicas
melius vbi ex diſpēſatione nullū vel modicuȝ alij
parat ꝑiudiciū latiſſima eſt interꝑtatio facienda
extra de reſcrip.olim.⁊ extra de donationib⁹.cum
dilecti.in fi.vbi dicit in ↄtractibus plena.In teſta-
mentis plenior.In bñficijs pleniſſima interꝑtatio
facienda eſt.Sic tñ itellige ꝙ interꝑtatio faciēda
non excedat metas ptātis illius q diſpēſauit.Sed
vbi fieret p eā.alij enormie ꝑiudiciū ſtrictiſſime eſ-
ſent interptāda.ꝟba ibi poſita.extra de p ui.porro.
et.c.Recep imus.ℭ Eandē.ſ.opinionē ſeu diſtin-
ctionem recitāt tā Goff.ꝗ Hoſti.nec eā iprobat.

ℭ Queſtio.xiij.

Quid ſi diſpenſat cū illegitimo ad ordines ⁊
beneficium eccliaſticū.Rñ.ſm Ray.§.viij.
Item qd ſi videt mihi ſaluo melioꝛi iudicio ꝙ ex Raymūd⁹.
quo legitime.i.nō per ſubreptionē circūuentionē
vel fraudē diſpenſatū eſt ſimplr ad ordines ⁊ bñfi
cium ſi ab epō facta eſt diſpēſatio nō extēdit ad ec
cleſiam pꝛochialē pſonatū vel dignitatē.qꝛ etiā ex-
preſſe non poſſet ꝗtum ad illa diſpenſare vt patet
ſupra.e.t.q.iiij.Quis pōt.Si vo a papa vl ab alio
de ipſius mandato facta eſt hmōi diſpenſatio pōt
promoueri ad parochialem eccleſiā.non tñ ad di-
gnitatem vel perſonatū vel rectoꝛiā ad quā per cle
ricos eccleſie electio fieri cōſueuit.vt pȝ extra de
prebend.c.vlti.Satis cōcordāt his Goff.⁊ Hoſti.
ꝟſi.Quid ſi cum tali.

ℭ Queſtio.xiiij.

Quid ſi diſpenſatū eſt ad ordines ⁊ dignitatē
maxime ſi adiecta fuerit hec clauſula.Ita
tñ ꝙ ſi eū ad epiſcopatū vocari cōtigerit non reci-
piat abſqȝ licentia ſedis aplice ſpeciali.Rñ.ſecun
dum Ray.Credo.ꝙ ſi a papa facta eſt diſpēſatio: Idem.
vl ab alio de ipſius mādato pōt ad oēs dignitates
infra epiſcopatum promoueri.Tum quia benefi-
cia principis latiſſime ſunt interpretāda.extra de
donati.cum dilecti.Tum quia alias illa clauſula.
Ita tamen inutiliter poneretur.

ℭ Queſtio.xv.

Pone ꝙ aliquis eſt legitimatus quo ad actus
eccleſiaſticos ⁊ ſpirituales.Nunquid per
hoc erit legitimatus etiaȝ quo ad actus ſeculares
Rñdeo ſecundum Ray.§.ix.Item pone.ſupra al-
legato.videtur ꝙ non:qꝛ ſicut imperatoꝛ indiget Idem.
auxilio pontificis in ſpiritualib⁹ ita et econtrario
pontifex indiget auxilio imperatoꝛis in ſeculari-
bus.di.x.Quoniam.Et addit verius dicas ꝙ ta-
lis intelligitur legitimatus indirecte per quandā
conſequentiā etiā ad actus ſeculares.Monſtruo-
ſum enim videretur vt qui legitimatus ad ſpiri-
tuales actiones fieret circa ſeculares actus illegi-
timus

tim⁹ iꝫ remaneret. Extra qui filij ſint legi. Per venerabilem. Multa enim poſſumus indirecte q̄ non poſſum⁹ directe. C. de iudi. Quonēs. Extra de donat. ꝑpter nup. ⁊ de dote poſt di. reſt. de prudentia. dicunt tñ laur. vincē. ⁊ fere oēs doctores decretorum ꝙ nō erit legitimatus quo ad ſucceſſionē. ſꝫ quo ad actus legitimos alias ſit legitimatus ⁊ eis aſſentio. hec Ray. Idem Ulri. §. Notandū quoqꝫ.

Hoſtienſis ¶ Sed dñs Hoſti. li. iiij. Rubri. xvij. Qui filij ſint legi. §. vj. Qualr ⁊ a quo. ꝑ totū. Multa de hac materia ꝯtrouerſa ponit ſm diuerſorū ſnīas diuerſas doctorū. Tandē. §. Salua ⁊ ſequētibus dicit ſalua reuerentia aliorꝫ mihi videt dominū papā habere poteſtatē legitimādi. quo ad ſpūalia ⁊ tpalia ⁊ ipſꝫ ſolum vt innuit extra. Qui filij ſint legi. ꝑ venerabilem. Rubri. j. ibi ꝑſertim ⁊c. Et hoc idō q꞉ cā matrimonialis ſolū ad eccliā ꝑtinet adeo ꝙ iudex ſclaris de ipſa cognoſcere nō pōt etiā ſi ſciderit. Ergo nec de legitima filiatione. extra Qui filij ſint legi. Lator. ⁊ c. cām.

Imperator legitimat. ¶ Imperator tñ legitimat. i. tanq̄ legitimū etiā ſpuriū ad hereditatē ſuam admittere poteſt. Et etiā in hoc pōt cū filio ꝓprio nō tanq̄ cū filio ſed tanq̄ ſubdito diſpēſare. ar. extra. Qui filij ſint legi. ꝑ venerabilem. §. j. in fi. ⁊ ff. de adopti. Si conſul. Sꝫ papa ꝟe legitimat ⁊ illegitimat qꝛ facit perſonas legitimas ⁊ illegitimas ad matrimoniū in quibus nō ꝓhibet lex diuina. ſ. vſqꝫ ad ſecundū gradū. vt i matre nouerca ſorore nepte amicamatertera vxore patrui vxore fratris filia ⁊ ꝑuigna. vt pꝫ leuiti. xviij. vbi ergo diſpēſare pōt i matrimonio vt ſit legitimū ibi etiā pōt facere filios legitimos. vt in. iij. ⁊ iiij. gradu. Nō ergo cū adulterino filio vel in primo aut ſecundo gradu cōtracto matrimonio. Nihilomin⁹ tñ cū talibus diſpēſare pōt et ſic legitimare. i. ipſos ac ſi legitimi eſſent ad honores ſpūales admittere vt ꝑdictū eſt de imꝑatore.

¶ Quāuis aūt hec facere poſſint principes. i. imperator ⁊ papa. nō tñ eis conuenit ꝙ priuilegiū hoc concedāt in ꝑiudiciū illorꝫ ad quos hereditas deuoluēda eſſet ſi diſpenſatio nō fieret. ar. C. de emācipatis. nec auus. extra de offi. dele. ſup. eo. ⁊ de ſtatu mo. in ſingulis. §. porro.

T. epo. ¶ Poteſt in diſpenſare ſeu legitimare papa ſi vult quo ad eccliaſtica ⁊ ſecularia vbi hꝫ tpalē iuriſdictionē ⁊ in q̄buſdam alijs caſibus. Nō intelligas ſic ne fiat ꝑiudiciū illi ad quē iā deuoluta eſt hereditas verū ſi eo q̄ ius hꝫ conſentiēte ꝓderit legitimatio quo ad oīa. ar. C. de pactis. l. fi. alias nō ꝓderit niſi quo ad ſpūalia ⁊ honores ſclares ⁊ actus legitimos in q̄bus nō ꝟtitur priuatū intereſſe. Secus ſi adhuc nō eſt deuoluta hereditas ſꝫ deuoluēda. vt extra de ꝯſang. q꞉ circa. Idem dico gñaliter de imperatore. ¶ Imꝑator tñ poteſt auferre etiā ius acq̄ſitum: ſed forte non ſine peccato niſi ex magna cauſa fieret. vel niſi donādi animū habeat. Sed papa nō poteſt niſi caſualiter

Hoſtienſis Hec omia Hoſti. ⁊ plura alia ponit ibi de hac materia. ¶ Inno. extra. e. t. Qui filij ſint legi. in gloſ. ſuper decre. ꝑ venerabilē inter cetera dicit ſic. Nota ꝙ legitimatus ⁊ reſtitutus fame ⁊ cū quo diſpēſatū eſt in quocūqꝫ foro: ſiue eccliaſtico ſiue ciuili: omnia facere poterit ſuper quibus habuit poteſtatem qui legitimauit vel fame reſtituit vel dſpēſauit poterit eñ in omni iudicio teſtimoniū reddere ⁊ ad ciuiles honores vocari niſi ſint talia que ſint in alterius preiudiciū. ꝟbi grā. Nam legitimatus ab vno prīnate principe vel ciuitate nō obtinebit ab inteſtato bona hereditaria in terra que non ſit ſubdita legitimāti: q꞉ ſic auferunt bona cōſanguineis defuncti. vel fiſco q̄ dꝫ ſuccedere ab inteſtato. ¶ Item legitimatus a iudice ſeculari nō intelligitur ad ordines legitimatus. q꞉ promoueri ad ordines non eſt de iuriſdictione laici iudicis.

¶ Sed ſi vnus epūs legitimet aliquem etiā in alia dyoceſi poterit promoueri quia diſpenſare in ordinibus cum illegitimo de iuriſditione eſt cuiuſqꝫ epiſcopi ⁊ ꝙ illegitimus ꝓmoueat in nullius preiudicium eſt. ¶ In alijs aūt in q̄bus non eſt neceſſaria legitimatio fame reſtitutio vel diſpenſatio. vt ſi ſeruus donet libertati vel obligatus nexibus curie abſoluat etiā ſi laicus hoc faciat: tñ ad ordines apt⁹ reddit⁹. liiij. di. c. j. q. iij. ⁊ iiij. Ratio diuerſitatis eſt q꞉ in his nō eſt delictū vel defectus. Nec eſt in predictis neceſſaria aliqua diſpenſatio Hec omnia Inno. Aliorꝫ tñ etiā ibidē opiniones ponit. Ber. quoqꝫ in glo. ſuper eadem decre. ꝑ venerabilē. diuerſorꝫ opiniones ponit. magis tñ cōſentit ꝙ papa nō poſſit legitimare niſi quo ad act⁹ ſpirituales. Bernard⁹

¶ Queſtio. xvj.

Utrum malitia parentis noceat filio vel ecōtrario. Rñ ſecundū Ray. e. ti. in fi. qui ſic dicit. Nota ꝙ nec malitia parentū nocet bono filio quo ad deum. Sed nocet interdū quo ad penā tēporalem. Nec bonitas filij excuſat malitiā parentum. di. vj. Nunq̄ naſci. vj. q. j. Quiſq̄s alis. Si q̄s. vide de hoc infra. e. li. t. xxxij. de penis. q. viij. vtrūꝫ vnus homo. ¶ Item malicia parentū inducit ꝑſumptionem contra filiūꝫ. di. lvj. Si gens anglorꝫ ⁊ econtrario filij malicia contra patrē. vj. q. j. Qui crimen. xxxvij. di. legatum. Raymūd⁹.

De illo qui diſtulit baptiſmum vſqꝫ ad mortē. Titulus. xx.

¶ Jtem Goſ.eod.ti.§.vlti.addit tamen ꝙ hoc in-
telligendum putat quando ordinator aliquem ad
ſacrum ordinē ordinauit quem per ſe examinauit
niſi forte poſtꝙ ordinatus reddiderit ſe indignum
vt in decre.accepimus.¶ Secus aūt ſi per alium
examinauit puta per archydiaconum.¶ De ſcdo
articulo.No.ſm Ray.eo.li.ti.xxix.de lap.⁊ diſpē.
Raymund⁹ §.vij.in ſumma quod exiſtens in peccato mortali:
ſiue manifeſto ſiue occulto peccat mortaliter reci-
piendo ordines ſicut recipiendo alia ſacramenta.
di.xl.multi.xcv.di.illud.xj.q.iij.audi idem dicunt
Tho.⁊ Pe.in ſcrip.ſuper.iiij.ſent.diſt.xxiiij.vide
de hac materia infra eo.tit.ſ.de lap.⁊ diſpen.q.iij.
deinde quero.⁊ infra eo.li.ti.xxiij.de ſacra.reiter.
vel non.q.v.quero etiam.

¶ Queſtio.xxiij.

Utrum eps ſcienter ordinans indignum pec
Thomas. cat mortaliter.Rñ.ſm Tho.in ſcrip.dicēdū
ꝙ ſic:quia infidelis eſt domino ſuo indigno com-
mittens eius miniſterium ⁊ precipue cum hoc ver
gat in detrimentum eccleſie ⁊ honoris diuini qui
per bonos miniſtros promouetur.⁊ addit ꝙ ſi non
poſſent tot boni inueniri miniſtri quot modo ſunt
melius eſſet paucos habere miniſtros bonos quā
multos malos:vt dicit beatus Clemens.¶ Jdem
per omnia concordat Alb.dicēs ꝙ mortaliter pec Albertus.
cat abſq3 omni dubio quicunq3 indignum ſcienter
promouet ad ſacros ordines vel ad curam paſtora
lem vel ad aliquod eccleſiaſticum beneficium.eſt Jndignus.
autem indignus dupliciter.ſ.cōtrarie ⁊ priuatiue.
contrarie indignus eſt qui cōtrarium habet digni
tati ⁊ ille nullo modo eſt promouendus.priuatiue
autem indignus eſt qui priuatur dignitate. tamē
non habens contrarium ⁊ in talib⁹ propter neceſ-
ſitatem eccleſiarum aliquarum que indigent lite-
ratis ⁊ defenſoribus poſſet diſpenſari vt a commu
ni haberet de eccleſia donec addiſceret ſ3 puto qđ
ſine peccato mortali non poſſet eis ꝯferri cura vel
prebenda.Sed expenſe pro eis poſſent fieri de ec-
cleſia vel de beneficio eccleſie quod alteri interim
committeret.¶ Hec tamen commiſſio ꝙtum ad
parochialem eccleſiam modo non durat vltra.vj. Joh an.lect.
menſes:vt patet in conſtit.Greg.x.extra de elec.c.
vlti.nemo.nec poteſt niſi ſacerdoti vt patet ibidē.
¶ Jtem dicit Alber.qđ nec nobilitas excuſare pōt Albertus.
vt malus promoueatur quia ꝙto nobilior eſt tāto
nociuior.ſi malus eſt.nec puto ſufficere qđ nō ſcie
cum eſſe malum.ſ3 puto ꝙ neceſſarium eſt quo ad
vitandum peccatum ſcire eſſe bonum per talē ra-
tionem qualē3 poſſibile eſt haberi de homine.⁊ ſi
dicitur ꝙ alius nō eſſet ita vtilis ei. nino nihil eſt
quia omnis vtilitas temporalis ſpirituali eſt poſt
ponenda.¶ Nec excuſat in hoc paucitas bono-
rum quia melius eſt habere paucos bonos mini-
ſtros ꝙ multos malos.preterea ꝙ malis conferū-
tur hmōi beneficia ⁊ ordines facit eos eſſe malos
quia ſciūt tales habere locum in eccleſijs ⁊ bonos
expelli.⁊ ideo efficiunt mali vt citius pmoueant.

¶ Queſtio.xxiiij.

Utrum aliquis in peccato exiſtens poſſit ſine
peccato ordine ſuſcepto vti. Rñd.ſm Tho. Thomas.
ibidem dicendū ꝙ non quia facit contra illud pre-
ceptum iuſte qđ iuſtū eſt exequeris.indigne enim
ſacrum officiū pertractat.nec in hoc aliquis poſ-
ſet diſpenſare q2 eſt de iure naturali vt homo ſan-
cta ſancte pertractet.concordat Ray.vbi proximo
¶ Jdem Alb.⁊ addit ꝙ ſi prelatus diſpenſat cum Albertus.
malis ⁊ indignis ipſe peccat mortaliter.ſi autem
patit neceſſitate mali cōpulſus ne eueniat peius
tunc non peccat mortaliter.tunc ho non diſpenſat
ſed diſſimulat ad tempus donec corrigi poſſit.nec
diſpēſatio cum indigno excuſat eum a peccato ad-
miniſtrationis ꝙdiu eſt indignus.dñs enim papa
ſicut ipſemet in quadam decretali pteſtatur vnū-
quenq3 proprie conſcientie quo ad deum relinquit
¶ Dicit etiam Tho.ꝙ ꝙuis ſubditus teneatur re
cipere ſacramēta a miniſtro eccleſie etiam in pec-
cato mortali exiſtente ꝙdiu ab eccleſia toleratur
quia ad hoc eſt ei obligatus.tamē preter neceſſita-
tis articulū non eſſet tutum quod talem miniſtrū
induceret ad aliquid ſui ordinis exequendum du-
rante tali conſcientia quod ille in peccato mortali
eſſet:quam tamen deponere poſſet quia in inſtanti
homo a diuina gratia emēdat.¶ Jtem no.ꝙ dicit Thomas.
Tho.in ſcrip.ſuper.iiij.ſent.di.xij.ꝙ a notorio cō
cubinario non eſt recipienda communio euchari
ſtie quia ſiue ſit notorium per ſententiā.ſ.qr conuic
tus eſt ſiue per cōfeſſionē in iure factam ſiue per

euidentiam facti ſcilicet quod ita manifeſtum eſt qꝫ nulla poteſt tergiuerſatione celari ab alijs autē occultis ꝯcubinarijs vel peccatoribus poteſt recipi.

¶ Queſtio. xxv.

Thomas. Utrum in actu cuiuſlibet ordinis ⁊ in quolibet actu peccet mortaliter. R̄ñ. ſm Tho. ibidem. dicendum ꝙ in peccato mortali exiſtens quādocunqꝫ exhibet ſe in aliquo actu vt miniſter eccleſie mortaliter peccat quotiens huiuſmodi actum facit quia vt dicit dyoniſius. j. c. eccleſiaſtice ierarchie. immūdis nec ſymbola. i. ſacramētalia ſigna: tangere fas eſt. vnde quando tangunt res ſacras quaſi ſuo officio vtentes peccant mortaliter. ſecus autem eſſet ſi in aliqua neceſſitate aliquod ſacrū contingeret vel exeqretur in illo caſu in quo etiam laicis liceret ſicut ſi baptizaret in articulo neceſſitatis vel ſi corpus Chriſti in terram proiectum colligeret. Albertus. ¶ Cum his per omnia concordat Alber. ⁊ addit ꝙ ſi dicitur ꝙ hoc eſſet graue valde. R̄ñdeo ꝙ via lata eſt que vadit ad infernum ⁊ multi ſunt qui vadunt per eam: vt dicitur Matt. v.

¶ Queſtio. xxvj.

A quo poſſint et debeant ordines conferri et quid iuris de ordinatis ab epiſcopo qui renunciauit epiſcopatui vel reſignauit epiſcopatui. R̄ñ. ſm Ray. §. iiij. preſbyteri dicendum ꝙ preſbyteri ⁊ omnes inferiores poſſunt ⁊ debent a ſuo epiſcopo ſolo etiam ſine alijs ep̄is ordinari. cōſenſus tamen ſuorum clericorū debet adeſſe. diſt. lxvij. c. j. Hoſtienſis. di. xxiiij. epiſcopus. idem dicit Hoſt. lib. j. rubr. xj. Gloſſa. de tempo. ordi. §. iij. ⁊ a quo. Glo. dicit hic: ꝙ clerici conſentire preſumuntur eo ipſo quod non contradicunt: alioquin hoc hodie non obſeruatur de conſuetudine. Item minores ordines poſſunt conferri de licentia ſcilicet dyoceſani ab epiſcopis qui renunciauerunt loco ⁊ dignitati. Si autem renunciauerunt loco tātum poterunt conferre etiam ſacros ſi fuerint inuitati ſi nō ſunt prohibiti a papa vel eius legato extra de ordi. ab epiſco. qui renun. epiſcopa. c. j. vbi ponitur hec diſtinctio. qui tamen a talibus qui ſcilicet renunciauerunt loco ⁊ dignitati receperunt abſqꝫ licentia epiſcoporū ſuorum minores ordines diſpenſatiue poſſunt in ipſis ordinibus deſeruire. nam de iure communi deberēt deponi cum non a ſuo epiſcopo ſe fecerint ordinari. vij. q. j. epiſcopus in dyoc. ⁊ ix. q. ij. epiſcopū circa illum vero. qui recepit a tali ſacros ordines diſtinguitur. vtrum ſcienter vel ignorāter. ſi ſcienter quia indignum ſe fecit executionem officij non habebit. ſi ignoranter niſi craſſa ⁊ ſupina fuerit ignorantia poterit diſcretus pontifex diſpenſare vt extra de ord. ab epiſco. qui re. epi. c. j. Hoſtienſis. ¶ Idem Hoſt. lib. j. rub. xiij. de ordi. ab epi. qui re. epiſ. §. j. ⁊ addit ꝙ probabilis ignorantia eſt vt ſi renunciauit in curia ⁊ veniens. dicit ꝙ non renunciauerit dignitati: vel etiam oīno tacuit renūciationē quam fecerat. Gloſſa. ¶ Item abbates ⁊ corepiſcopi. glo. qui hodie non ſunt in vſu poſſunt conferre tres minores ordines: ſcilicet pſalmiſtatum: hoſtiariatum: ⁊ lectoratū. di. lxix. c. j. ⁊ ij. ¶ Addit glo. hic quod hos ordines poteſt abbas conferre monachis ſuis ⁊ alijs pleno iure ſibi ſubiectis ⁊ hoc in ſuo monaſterio alijs autem aut in alio loco non debent abbates huiuſmodi ordines conferre. ar. lxix. di. c. j. ſi tamen contulerint conferunt caracterem. ⁊ hoc eſt intelligēdum de abbatibus qui ſunt preſbyteri ⁊ quibus impoſita eius manus ab epiſcopo ſm morem perficiendorum abbatū: vt dicitur in eo. c. glo. tamen ſuper idem decretum dicit qꝫ etiam monachos alterius monaſterij poteſt ordinare ſi inuitatus fuerit. ix. q. ij. lugduñ. ¶ Inno. extra de ſupp. negli. prela. in Innocētius. glo. ſuper. j. c. dicit ꝙ abbas exorciſtatum ⁊ acolitatum cōferre non pōt niſi hoc habeat ex priuilegio. ¶ Item preſbyter poteſt conferre pſalmiſtatum. di. xxiij. pſalmiſta. ſed ſm theologos pſalmiſtatus non eſt ordo proprie: vt dictum eſt. ſ. eo. titu. q. iij. vtrum pſalmiſtatus.

¶ Queſtio. xxvij.

A quibus conſecrandus ſit epiſcopus. R̄ñd. Johan. lect. ſm Ray. §. v. epiſcopus. Conſecrari dꝫ ep̄s Raymund⁹ ab omnibus epiſcopis qui ſunt in illa prouincia ⁊ autoritate metropolitani vel ſi non oēs poſſent cōuenire ad minus a tribus iuſſu archyepiſcopi conſecretur epiſcopus omnibus alijs per literas ſuas conſentientib⁹. diſ. lxiiij. per totum. credo etiam lꝫ quidam contradixerint qꝫ metropolitanus cum duobus epiſcopis poterit conſecrare ep̄m. ar. contra extra de temp. ordi. nec epiſcopi. dic quod hec dictio ſine ponitur ibi incluſiue cum dicit. nec metropolitanus ſine tribus epiſcopis ꝓuincialibus preſumat epiſcopum ordinare. idem dicit Ber. in glo. ibidem ⁊ addit quod propter hoc in noua compilatione additum eſt ſine tribus vel duobus epiſcopis licet in antiqua compilatione non fuerit hoc. c. vel duobus. ⁊ vt dicit hic glo. vnlſ. abſurdū eſſet ꝙ tres epiſcopi ſimplices poſſent conſecrare epiſcopum ⁊ duo epiſcopi cum archiepiſcopo non poſſent. ¶ Item dicit hic glo. ⁊ Ber. in glo. vbi. ſ. Gloſſa. quod numerus iſte epiſcoporum eſt de ſubſtantia conſecrationis epiſcopi. vnde ſi de facto conſecraretur a paucioribus nihil ageretur. ⁊ idem nota. Hugu. lxvj. di. porro. qui etiam notauit ibidem vt dicit hic glo. ꝙ ſi non eſſet modo niſi vnus ep̄s vel duo non poſſet conſecrari epiſcopus donec aliud ꝯſtitueretur a papa vel mortuo papa. generalis eccleſia poſſet mutare hanc formam licet ab apoſtolis inſtitutam ⁊ ſtatuere qꝫ vnus epiſcopus ſolus vel duo conſecrarent epiſcopum vel ſi nullus eſſent epiſcopus quod preſbyteri ꝯſecrarent eum. ſi autem nec epiſcopus nec preſbiter eſſet dicit ſic diuinum implorādum eſſe iudicium quid fieri debeat. ¶ Item dicit hic glo. quod cum tres epiſcopi conſecrent epiſcopum poteſt concedi quod quilibet illorum conſecret ſed non ſolus idest cum alio facrat ⁊ ꝙ ſunt ibi tres actiones ſed vna ſola paſſio ſm Hug. in conſecrato ſicut in tribus hominibus ferentib⁹ lapidem tres ſunt actiones in ferentibus ſed vna paſſio in lapide. ¶ Sed Hoſt. lib. j. Hoſtienſis. rub. xv. de ſa. vnct. §. iij. a quo. dicit ꝙ vnus horum trium epiſcoporum eſt principaliter conſecrans ⁊ duo coadiutores ⁊ conſecrantes. Item oportet qꝫ vnus totam conſecrationem perficiat. nā ſi vnus partem vnam faciat ⁊ alius partem alteram nihil agitur vel ſi vnus epiſcopus manū imponat ⁊ ſimplex preſbyter vel etiam alter epiſcopus benedictionem infundat. Item lꝫ vnus principaliter conſecrare dicatur tamen omnes pronunciare debent quia omnes conſecrant. ſatis etiam cōcordat cum hoc Goffre. in titu. de eta. ⁊ quali. ⁊ ordi. preficien. §. ⁊ eſt ſciendum.

¶ Queſtio. xxviij.

A quo conſecrandi ſint primates ⁊ metropolitani. R̄ñ. ſm Ray. §. vj. primates. Cōſecrari debent a tribus epiſcopis ſuffraganeis omnib⁹ alijs ſuffraganeis perſonaliter veniētibus ad conſecrationem niſi eſſent neceſſitate grauiſſima impediti ⁊ tunc ꝯſentirent per literas. lxiiij. di. quia. lxvj. di. archyepiſcopus. porro. extra de temp. ord. ſi archyep̄s. diſt. lj. qm̄ in aliquo. in fi. ⁊ lꝫ ita ſit de mero iure hodie tamen obtinet de cōſuetudine qꝫ

Raymund⁹ Conſecratio Metropolitani.

arguitur. extra de tempo. ordi. ſi archyepiſcopus. glo. dicit hic ꝙ hoc eſt de iure regulari hodie tamē de ↄſuetudine epiſcopi ordines etiā ſacros conferunt vbi volunt. ⁊ idē dicit Hoſt. vbi ſunt etiā conferendi. addens lꝫ hoc ſine cauſa facere non debēt.

¶ Queſtio. xxxij.

Raymund⁹ QUe ſit forma conſecrationis epoꝝ ⁊ inferiorum ordinuꝫ. R̄ſ. ſm̄ Ray. §. x. de forma. dicit ꝙ hoc non proſequitur quia has formas habent epi ſcriptas in ordinarijs ſuis. ⁊ addit de conſecratione epi potes inuenire. xxiij. di. qui eps. di. lxxv. c. j. extra de ſa. vnct. cum veniſſet. de inferioribus ordinibus require. xxiij. di. preſbyter: dyaconus: accolitus: exorciſta: lector: hoſtiarius: pſalmiſta: ſed de hac materia plenius. ſ. habes eo. ti. q. x. in quo actu.

¶ Queſtio. xxxiij.

Raymund⁹ QUid ſi aliqua obmittātur de forma ſtatuta in canonib⁹. nunquid tenet ordinatio. R̄ſ. ſm̄ Ray. §. xi. quid ſi aliqua. qui ſic dicit ad hoc varie ſunt opi. ſed inter alias hāc intelligo tutiorem vnde regulariter teneas ꝙ in hmōi de quibus non conſtat que ſint de ſubſtantia vel que nō inuenitur tamen in iure qḋ debet fieri intelligas omnia eſſe de ſubſtantia niſi inuenias expreſſum in iure ꝙ nō ſint de ſubſtantia. vnde ſi aliquod tale de quo dubitatur an ſit de ſubſtantia fuerit omiſſum pōt ordinatio iterari. glo. ex toto quaſi nihil factum ſit. idē Inno. non enim intelligit̄ iteratuꝫ qḋ neſcitur eſſe factum. di. lxviij. preſbyteri. de conſe. di. j. ſolēnitates. aliqui libri habent. c. de eccleſiarum. Si autēꝫ fuerit omiſſum id de quo expreſſum eſt ꝙ non eſt de ſubſtantia non debet ordinatio iterari. Sed qḋ omiſſum eſt debet caute ſuppleri ⁊ ſtatuto tempore ad hmōi ordines conferendos extra de ſacra.

Innocētius. ite. vel non. preſbyter. ⁊ c. j. concordat his Inno. in glo. ſuper predictum. c. preſbyter. eſt autem expreſſum in iure quedam non eſſe de ſubſtantia. ſ. tps extra de tempo. ordi. ſane. item etatem. diſt. lxxvij. ſubdyaconus in veteri. item vnctionem extra de ſacra vnctione. c. j. circa finem. ⁊ de ſacramentis non iteran. c. j. item quod ordinandus in preſbyterum vel dyaconum recipiat impoſitionem manus epi tactu corporali: licet debeat fieri non eſt tamen de ſubſtantia: vt extra de ſacra. non ite. c. vlti. item ꝙ a proprio epo recipiat ordines vel quod recipiat ſingulos ordines ſeruatis debitis interſticijs ⁊ nō ſimul. hec vero ſunt de ſubſtantia. extra de tempo. ordi. quod tranſlationem literas. ix. q. ij. lugduñ.

Hoſtienſis. ¶ Concordat his Hoſt. in rubri. de ſa. vnct. §. ij. a quo. ⁊ addit. in conſecratione epi de ſubſtantia eſt liber qui ponitur ſuper ceruicem ↄſecrandi. xxiij. di. epiſcopus. ſm̄ Goſ. item numerus ↄſecrantiuꝫ ſcilicet ꝙ ad minus ſint tres epi. de hoc dictū eſt. ſ.

Raymund⁹ ¶ Addit Ray. dicens ſunt autem alia de quibus neſcitur vtrum ſint de ſubſtantia vel non: vt miſſa ⁊ quod ſint ieiuni tam ordinans ꝗ ordinandus et ſimilia que omnia intelliguntur de ſubſtantia niſi expreſſum inueniretur contrarium vt ſupra dictū eſt. Hug. tamen vt dicit hic glo. notauit. lxxv. di. ordinationes. i. quod nec miſſa nec ieiunium ſint de ſubſtantia ⁊ cōſentire videtur hic glo. Hoſt. ⁊ ver. ſed nunquid ieiunium. ⁊ ſeq. cōſentit ꝙ ieiunium non ſit de ſubſtantia. ſed de miſſa relinquit in dubio. dat etiam ibidem idem conſilium ꝙ Ray. ſ. ꝙ in hmōi de quibus dubium eſt ⁊ nullum ius eſt expreſſum ꝙ ſuppleri debeant quod tutius eſt preſumatur ⁊ iudicetur nihil actū fuiſſe ſed totum iterandum eſt. idem dicit etiam ⁊ conſulit. Goſ. in ti. de etate ⁊ qualitate ⁊ ord. preſi. §. vnctione autem.

Innocētius. ¶ Inno. extra de ſacra. ite. vel non. in glo. ſuper. c. preſbyter. dicit ꝙ cum in ordinatione alicuius in dyaconum vel ſacerdotem omiſſa eſt manus impoſitio ⁊ poſtea ſuppletur etiam omnes orationes dicuntur que precipiuntur dici quando fit manus impoſitio quia ipſe manus impoſi adherent ⁊ de manus impoſitione fit mentio in ordinibus. ¶ Item addit ibidem ꝙ non eſt iterandū ſed ſupplendum vbi diuiſi ⁊ diuerſi ſunt actus ſicut eſt in ordinatione ſacerdotis vbi alius actus eſt tenere manus ſuper caput aliud ei dare calicem ⁊ patenā aliud vngere. quorum ſi aliquod fuerit legitime factum non erit poſtea iterādum: vt hic dicitur. quidam tamen dicunt quod hec duo ſcilicet de patena et calice non ſunt ſupplenda quia non ſunt de ſubſtantia: tamen ſecurius eſt ſupplere. Item ſi pars orationis alicuius omiſſa eſſet: a capite inchoanda eſt: tamen in ordinibus multe orationes poſſunt eſſe que non ſunt de ſubſtantia ordinis vnde ſi alias ordo legitime collatus eſſet propter hoc non iteraretur. Item ſi tātum vna manus inuncta eſt. poſtea ſolum alterius manus inunctio ſupplēda eſt quia iam conſtat vnam manum inunctam. ⁊ vbi in orationibus dicitur manus in plurali: dicetur manus in ſingulari. Et ſi facta eſſet inunctio in aliquo ⁊ non dicta oratio vel econuerſo repetendum erit vtrūqꝫ quia actus non ſunt diuiſi cum in orationibus mentio fiat de vnctione. Item quod omiſſum eſt ſuppleri debet per eum qui ordinauit quod ſi fieri non poteſt: per alium ſuppleri poteſt. ¶ Item ſi eps in ordinādo ex infirmitate deficiat per eum poſtea vel per alium. inchoabitur vbi ipſe dimiſerat niſi ſint aliqua coherentia vt vnctio et oratio: vt dictum eſt vel niſi ſit vnus actus: vt patet in forma conſecrationis euchariſtie et in forma baptiſmi cuius parte iam dicta ſi deficit miniſter per alium reincipitur forma in baptiſmo ⁊ in miſſa ab illo loco. qui pridie ⁊c. hec Inno. concor-

Hoſtienſis. dat etiam Hoſt. in glo. ibidem. vide de hoc vltimo c. de defectu in miſſa plenius infra eo. lib. ti. xxiij. de ſacra. iterā. vel non. q. ix. de diuerſis defectibus. ¶ Quod ſupradictum eſt omiſſum debere caute ſuppleri. exponit Hoſtiē. in glo. ſuper. c. preſbyter. quod. ſ. fiat ſuppletio tempore ordinationū. ⁊ vitat patiēs defectum quaſi miniſtrās epo nec erit intentio epiſcopi nec ipſius quod orationes ſuper ipſum iterentur. ⁊ cum venerit epiſcopus ad id qḋ omiſſum eſt ſuppleat ⁊ pōt fieri vltimo. poſt alios eiuſdem ordinis vt magis celetur poteſt eps etiaꝫ ei dicere. vade porta mihi librum vel aliam rem quaſi credant circumſtantes quod propter mandatum ſibi iniūctum manum impoſuit vel etiam in capella ſua paucis ⁊ bonis ſecretarijs vocatis priuatim poterit ordines celebrare. quouſqꝫ autē hoc ſupplementum receperit executionem non ſeruata hac forma ſuſcepti ordinis non habebit. lij. diſt.

Bernard⁹. ſollicitudo. ⁊ extra. e. ti. c. j. idem Ber. in glo. ſuper illud. c. j. in omnibus tamen palliationibus mendacium euitetur. hec Hoſt. in glo.

¶ Queſtio. xxxv.

Raymund⁹ QUid iuris de ordinatis ab alieno epiſcopo ſine licentia proprij epiſcopi. R̄ſ. ſm̄ Ray. §. xij. in ſumma talis de iure debet deponi niſi multitudo vel alia cauſa inducat diſpenſationem vel tolerantiam. immo non recipiunt executionem. extra de tem. ordi. quod tranſlationem. vide. ſ. eo. ti. q. xxvj. a quo poſſint. Item ſi eps ordinans non ſuum ſubditum ordinat poterit proprius eps confirmare quod factum eſt per ſuam ratihabitioneꝫ alſ non. ix. q. ij. lugduñ. ff. de ſolu. ſi quis offerentis.

Innocẽtius. ¶ No. ſm Inno. extra de eo qui fur. ord. ſu. in glo. ſuper. c. innotuit. qđ de quolibet viro noto ⁊ bone fame qui vbi conuerſatur habetur pro noto ⁊ ordinato ⁊ ſic lõgo tem ore hactenus vt ordinatus habitus eſt credere debeo eum bene ordinatum. nec cogitur alias probare hec em̃ ſunt ſufficientia argumenta ſue ordinationis. arg. extra de cleri. pere. inter. ⁊ c. ſe. ix. q. ij. lugđ. vide. ſ. ti. proxi. q. iiij. in fi.

¶ Queſtio. xxxvj.

Raymund⁹ Quę pena eorum qui extra ſtatuta tp̃a ſacrũ ordinem receperunt. Rñ. ſm Ray. ibidem. tales deponi debent. extra de tempo. ord. ſane. põt tamen ſuus ep̃s cum talibus primo eis impoſita penitentia competenti vt in ſuſceptis miniſtrẽt ordinibus diſpenſare. extra de tempo. ordi. conſultationem. ⁊ licet quidam ↄtradicant tamen Inno. et Ber. in glo. ſuper idem. c. magis cum hoc concordant. ſ. quod ep̃s poſſit in ſuſceptis ordinibus diſpenſare. concordat etiam glo. hec ſecus autẽ de ordinibus ſuſcipiendis.

¶ Queſtio. xxxvij.

Raymund⁹ Quid iuris ſi quis ordinatur ab ep̃o excõicato. Rñ. ſm Ray. ibidem ſi ignoranter a tali recepit ordines põt cum taliter ordinato ſuus ep̃s diſpenſare extra de ordina. ab epi. qui re. epiſ. c. ij. glo. dicit hic poteſt diſpenſare tam in ſuſceptis ꝙ in ſuſcipiẽdis: qꝛ decretalis inducta nõ diſtinguit.

¶ Queſtio. xxxviij.

Hoſtienſis. Quero etiam generaliter quis cum minus rite ordinatis poſſit diſpẽſare. Rñ. ſm Hoſt. in rub. de temp. or. §. v. ⁊ qualiter. ver. per prelatus dicendum ꝙ per prelatum proprium diſpenſatur in caſibus illis in quibus ordinatus recepiſſet executionem ſi mandatum ſuum ab initio interueniſſet puta quando ordinatur ab extraneo ſine mãdato extra. e. quod tranſlatione. ix. q. ij. lugđ. Item qñ iuſta ignorantia excuſat. extra de or. ab epi. qui renun. epi. c. ij. in alijs ṽo per ſolum papam. ar. extra de tem. ord. dilectus. extra de eo qui fur. ord. ſuſ. c. j. ij. ⁊ iij. vel dic. cum ep̃o delinquente diſpẽſari non poteſt niſi per papam. ar. extra de temp. ordi. dilectus. ſed cum ordinato poteſt: vt in. c. ↄſultationẽ. vel intellige ꝙ in omnibus caſibus ex poſtfacto neceſſitate vel vtilitate eccleſie vigente poteſt ep̃s diſpenſare niſi papa ſibi ſpecialiter retinuerit: vel ſniam per ſe vel per alium tulerit. tunc em̃ ſpeciale mandatum requiritur. ar. extra de iudi. cum veniſſet. ⁊ de appel. nouit. vide. ſ. c. ti. q. xiij. quid iuris.

¶ Queſtio. xxxix.

Quę pena ep̃i ordinantis aliquem extraneũ ſine licentia ſuperioris ipſius ordinandi.

Gregori⁹. x. Rñ. de hoc ſic ſtatuit Grego. x. in conci. Lugduñ. quod qui hoc facit ſcienter aut affectata ignorãtia vel quocũq; alio figmento queſito per annũ a collatione ordinum eſt ſuſpenſus ⁊ poſtꝗ eius ſuſpẽſio fuerit manifeſta clerici ſibi ſubiecti abſq; ſua licentia poſſunt interim ab alijs vicinis ep̃is ordinari hoc in titu. de tempo. ordi. c. eos qui clericos.

Clemẽs. iiij. ¶ Dominus autem Clemens. iiij. in quadã decre. publicata in curia que incipit. ſepe accidiſſe. Statuit vt nullus ep̃orum Italie vlterius aliquem clericum de partibus vltramõtanis ordinare preſumat niſi a papa licentiam habeat vel ab ep̃o de cuius dyoceſi ordinandus originem traxerit: vel cuius dyoceſi beneficiatus exiſtat per patentes litteras cauſam rationabilem continentes quare illum ordinare non velit vel non valet requiſitus. Ordinati autem contra huiuſmodi prohibitionem ſine ſpe alicuius diſpenſationis obtinẽde ſuper hoc a ſede apoſtolica ſuſpenſi ſunt. nec penitẽtiarij domini pape ſine ſua ſpeciali licentia poſſunt cum talibus diſpenſare. ¶ De hac aũt decretali. Clementis etiam apparatus ſuper predicto. c. eos qui clericos. mentionem facit.

¶ Queſtio. xl.

Quid iuris de clerico per ſaltum promoto. Reſpondeo ſm Ray. §. xiij. Item nota ordines recipi debent per ordinem ſecundum quod numerati ſunt. ſ. eo. titu. q. iiij. quod ſunt. vt patet di. lix. ſi officia. ⁊ di lxxvij. c. j. ſi tamen per ſaltum aliquis promoueatur ideſt vno vel pluribus pretermiſſis ordinibus cuius aliquem ſuperiorem recipiat ſicut quidam interdum faciunt volentes ad ſacerdotiũ ꝑpꝛopere feſtinare recipit caracterẽ niſi aliud impediat tamen debet deponi. glo. de rigore iuris etiam ſi non malicia ſed negligentia ordinem aliquem pretermiſit. Sed ex diſpenſatione epiſcopi impoſita ei penitentia pro eo quod ſic ignoranter vel negligenter medii in ordinem pretermiſit ad ordinem omiſſum poteſt promoueri interim a ſuperioris ordinis executione ſuſpenſus Grego. diſtin. xlviij. ſicut olim. ver. ordinate ad ordines aſcendendum eſt. nam caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta querit aſcenſum. ⁊ diſtinct. lij. ſollicitudo. extra de clerico per ſaltum promoto. cap. vnico. Raymund⁹ Gradatim.

¶ Dicit hic glo. ex hoc quod dicit. non malicia. videtur qđ ſi hoc feciſſet ex malicia non poſſet epiſcopus cum eis diſpenſare. Idem Hoſtien. in glo. item ſuper hoc quod dicit hic ad ordinem omiſſum poteſt promoueri. dicit glo. credo quod etiam ad ſuperiores cum hoc non inueniatur inhibitum Hoſt. lib. v. rub. xix. de clerico per ſaltum promo. §. vlti. ſic dicit quod ſi quis ſcienter promoueatur per ſaltum non tamen miniſtret iniungetur penitentia ⁊ ſupplebitur caute qđ incaute omiſſum eſt et ſic per epiſcopum diſpenſabitur. argumentum lij. diſtin. ſollicitudo. et extra de ſacramentis non iterandis. c. j. idem ſi miniſtrauit ſed credebat ſe promotum fore gradatim: licet vicini contrarium aſſerant: quia forte in minore etate promotus fuit aſſentit ergo vicinis ⁊ ſic ſupplebitur gradus obmiſſus et diſcreta penitentia iniungetur ⁊c. vt. ſ. proximo. ſi tamen ſcienter per ſaltum promotus in ordine vero gradatim recepto miniſtrauerit nõ poteſt cum eo niſi per ſedem apoſtolicam diſpenſari in hoc. ſ. vt vlterius promoueatur. Sed in ordine ſuſcepto. puto qđ poteſt epiſcopus diſpenſare. ſicut ⁊ cum non ordinato miniſtrante. de quo vide infra eo. titu. q. xliij. quid iuris. Hoſtien. in glo. dicat ſimpliciter quod cum promoto ſcienter per ſaltum ſolus papa diſpenſat. Gloſſa. Hoſtienſis.

¶ Queſtio. xlj.

Sed nunquid laicus qui nullum habet ordinem poſſet recipere ordinem ſacerdotalem omnibus alijs pretermiſſis. Reſpondeo ſecũdum Raymundum. §. xiiij. ſed nunquid dixit Huguinus quod non niſi habeat ad minus primam tonſuram. Alij dicunt contrarium dummodo ſit baptizatus. Idem etiam dicũt theologi: vt Thomas ⁊ Pet. ⁊ ceteri. Idem Hoſti. in glo. vbi. ſ. q. proxi. vide. ſ. eo. li. titu. v. de prudentia ordinandi. q. iij. ſed nunquid. Raymund⁹

¶ Queſtio. xlij.

Quid ſi clericus pretermiſſo ſacerdotali conſecratur in epiſcopum. Rñdeo ſm Ray. ad hoc dicunt fere omnes doctores quod nullo modo poteſt eſſe epiſcopus niſi ſit ſacerdos. quod etiam videtur ſentire Inno. iiij. extra de exceſ. prela. ex litteris. in fi. ⁊ ſm hoc caſus iſte ſpecialis eſt qꝛ ordo Raymund⁹

ſacerdotalis

ſacerdotalis eſt quaſi ſubſtantiale fundamentum
ordinis epiſcopalis. concordat cum hoc ⁊ Goffre.
Hoſt. tamen videtur ſentire contra. ſ. quod epiſco
patus conferatur ſed non executio. vnde nihil con
fert talis epiſcopus niſi in ſacerdotio ꝓmotus ſit.

¶ Queſtio. xliij.

SEd quid ſi aliquis promouetur in epm̄ pre-
termiſſo aliquo ordine alio a ſacerdotali et
ordinet aliquos: nunqd confert ordines. Rn̄. ſm
Raymund⁹ — Ray. poteſt dici ꝙ ſic. ⁊ ita ſentiunt fere oẽs doct.
excepto illo ordine quē non accepit quē ꝗ non ha-
bet dare non poteſt. j. q. j. gratia. ⁊ q. vij. daibertū.
idem recitat Hoſti. vbi vnicus ꝗo. In glo. tamen
dicit Hoſti. in fi. ꝙ epũs per ſaltum ꝓmotus execu
tionem non habet etiam quo ad illum ordinē quē
ſuſcepit.

¶ Queſtio. xliiij.

QUid iuris de his qui nullū ordinē habētes
exercent diuinū officiū vel aliquē habētes
ordinē exercent officiū alterius ordinis quē nō ha
Raymund⁹ — bent. Rn̄. ſm Ray. primi ſi fuerint contumaces.
Glo. ita ꝙ nōvelint ceſſare debent excōmunicari.
Scdi ſunt deponendi vel perpetuo ſuſpendēdi ab
eccleſiaſtico ordine quē habebāt niſi poſtꝗ̄ iuxta
ꝓmiſſionem epi biennio vel triennio ſuſpenſi fue
rint miſericorditer tolerent. Nunꝗ̄ tn̄ poterunt
vlterius ꝓmoueri. ꝓbātur hec extra de clerico nō
ord. mini. c. j. ij. ⁊ iij. ar. xj. q. iij. priuilegiū. xxv. q. ij.
ſic decet fidem ſanctoꝝ patrum in eccleſia ſeruari
catholica vt qḋ habuit amittat qui in ꝓbabili te-
meritate qḋ non accepit. Glo. de iure aſſumpſit.
Glo. de facto. de beneficio aūt ſimplici ꝙ curā nō
habet animarū miſericorditer agatur cum eo qui
Gloſſa. — iam eſt in ſacris ordinibus cōſtitutus. Glo. maxi-
me. nam idem credo de conſtitutis in minoribus
ne ſuſtentatione priuatus ad ſeculi negocia reuer
tat. qḋ vt ſecurius poſſit fieri de agenda penitētia
diligēs circa eum eſt adhibēda cautela. Salubri⁹
tamen ſibi ꝓuideret ſi ſe ad regularē vitam tranſ
ferret. habētur hec extra de cleri. non ordi. mi. c. ij.
¶ Qḋ talis non poſſit ad ſuperiores ordines ac-
cedere niſi ex diſpenſatione pape. Cum Ray. con-
Hoſtienſis. — cordat Hoſti. lib. v. rubri. xxviij. de clerico nō ordi.
Gloſſa. — mi. §. vlti. ⁊ Gof. Glo. dicit hic ꝙ iſtud intelligit
de rigore iuris ⁊ diſpēſatione ſimplicis epi. ⁊ ma-
xime ad ordinē illum cuius officiū vſurpauit. Et
hoc videtur velle extra de cleri. non ordi. mi. ex li-
teris. Quidam tamen volunt ꝙ in hoc caſu poſſit
epũs diſpenſare. Cum nō expreſſe ꝓhibeatur ⁊ huic
Bernard⁹. — opinioni cōſentit Ber. in glo. ſuper idem. c. ex lite
ris. ſed Hoſtiē. etiam in glo. contra glo. hic ſuper
ver. ſuſpendendi. dicit predictū rigorem intelligo
de illis qui mētiuntur ſe promotos ad ordines ad
quos reuera ꝓmoti non ſunt: vel qui tanꝗ̄ ſciſma
tici ingerunt ſe officio ordinis quē non habent. ſi-
cut rex Ozias vſurpauit ſibi officium ſacerdotis.
nec credo iſtum rigorem extendendū eſſe ad cleri-
cos minoꝝ ordinum vel qui in miſſis nouis mini-
ſtrent in officio ſubdyaconat⁹ cauſa cuiuſdā gau-
dij ⁊ ſolēnitatis faciende. non mentiētes de ordi-
nibus ſuis cum fere omnes aſſiſtētes ſciant veri-
tatem. Tales tamen grauiter peccant hmōi etiā
Hoſtienſis. — ſine malicia acceptando. ¶ Hoſti. etiā lib. v. rub.
xxviij. de cleri. non ordi. mi. ver. vlti. dicit ꝙ quan-
do hmōi ſibt cauſa ioci. certe ludus noxius in cul
pa eſt. Non tamen credo ꝙ hanc penam patiatur
niſi ſeruaret ſolēnitatē: ſꝫ alſs debeat penitere. xv.
q. j. illud. in fi. Et quia voluntas ⁊ ꝓpoſitū diſtin-
guunt maleficia. extra de ſenten. excōmunica. cum
voluntate.

¶ Queſtio. xlv.

SEd quid de illis clericis ſacerdotū in mino-
ribus ordinibus conſtitutis qui in miſſa le-
gunt epiſtolā: nunquid fiunt irregulares aut pec-
cant. Rn̄. ſm glo. ibidem. Credo ꝙ nō ex quo ſine — Gloſſa.
ſolēnitate hoc faciunt cum ꝯceſſum ſit preſbyteris
parochialibus habere ſecum clericos qui cū eis
cantēt ⁊ legant lectiones ⁊ epiſtolas. extra de vita
⁊ honeſt. cleri. vt quiſꝗ qḋ intelligitur de clericis
in minoribus ordinibus ꝯſtitutis. Inno. etiā dicit
ibidem in glo. ſic. Nota in minoribus ordinibus
cōſtitutos legere epiſtolā. ⁊ hoc credo verū quan-
do nō eſt ibi ſubdyaconus: nec debet cantare cum
ſolēnitate cum qua cantat ſubdyaconus ⁊ cum or-
namentis ſubdyaconi. xxiij. diſt. ſubdyaco. lxxiij.
diſtin. ſi qui clerici. hec Innocen. concordāt etiam
Ber. ibidem ⁊ Hoſti. in glo. ¶ Hoſti. etiam. §. ij. — Hoſtienſis.
dicit quod excuſatur talis ſi dicat epiſtolā tanꝗ̄
clericus tempore neceſſitatis ſcꝫ qꝛ alius preſens
non eſt qui ſit ſubdyaconus: nec tenet manipulū
in manu: vt in dicto. c. vt quiſꝗ. ¶ Seqtur hic in
glo. ꝙ ſi accolitus in tali caſu ſcꝫ abſente ſubdya- — Gloſſa.
cono legat epiſtolam bona intentione ⁊ abſꝗ pre-
ſumptione ſuperbie aut modicū aut in nullo pec-
cabit: maxime vbi eſt talis cōſuetudo ⁊ ius igno-
rat. concordat Hoſti. in glo.

¶ Queſtio. xlvj.

ITem quero vtrum non ordinati poſſint lici-
te minoꝝ ordinum officia exercere. Rn̄. ſm
Tho. dicēdum ꝙ omnia officia minorū ordinum — Thomas.
poſſūt licite facere non ordinati. Quis illi ad hoc nō
habeant officium ſicut etiam in domo non conſe
crata dici poteſt miſſa quis conſecratio eccleſie
ad hoc ordinetur vt in ea miſſa dicatur.

¶ Queſtio. xlvij.

CUius ordinis officium ſit explicare corpora
le. Rn̄. ſm Alb. qui ſic dicit ꝙ Yſidorus ait
qḋ ad dyaconū pertinet componere mēſam dñi. i. — Yſidorus.
altare intelligit aptatio corporalis in altari. Hoc
enim non debet facere niſi dyaconus. eadem auto
ritas yſido. habetur etiam in litera Sententiarū
diſtinc. xxiiij.

¶ Queſtio. xlviij.

DEinde circa materiā de ordinib⁹ quero vtrū
epũs poſſit compellere clericos ad ſuſcipiē-
dum ordines. Rn̄. ſm Ray. §. xv. item nūqd. quic- — Raymund⁹
quid ſuper hoc notatū ſit a diuerſis. hec diſtinctio
eſt diligenter tenēda: qꝛ aliqñ vult epũs cogere cle-
ricum ad recipiēdū ordinem annexū beneficio vel
dignitati quā habet aliqñ ad recipiendū ordinem
aliū. in primo caſu videlꝫ cum electū in archidia-
conum vult cogere vt fiat diaconus ⁊ electū in de
canum vel archipreſbyterū abbatem prepoſitū vt
fiat preſbyter. poteſt per ſubtractionē illius bene
ficij vel dignitatis ⁊ appellatiōe remo. di. lx. inno-
uamus. extra de elec. cū in cūctis. extra de etate ⁊
quali. c. j. fallit tn̄ hoc in vno caſu ſcꝫ cū ſine culpa
ſua. poſt electionē ⁊ cōfirmationē ſed tn̄ ante ordi
nationē factus eſt irregularis vt ſi perderet manū
vel oculū ſine culpa ſua. argu. extra de elec. cum in
cūctis. ver. ſi canones nō obſtat. vnde decre. extra
de eta. ⁊ quali. c. j. intelligit cum ꝗs culpa ſua con-
traxit impedimentū. in ſcdo caſu ſcꝫ cū vult eum
cogere ad ſuſcipiendū ordinē nō annexū beneficio
vel dignitati. ſubdiſtingue qꝛ aut vtilitas aut ne-
ceſſitas eccleſie exigit aliquos ꝓmoueri ad ordinē
illum aut nō. In primo caſu iterū ſubdiſtingue: qꝛ
aut ille clericus excuſat ſe ratione criminis qḋ ſe
dicit cōmiſiſſe aut ratione alteri⁹ impedimēti qḋ
ſe dicit incurriſſe: aut ſola volūtate. Si quidem excu

ſat ſe ratione criminis qđ dicit ſe cōmiſiſſe dꝫ ep̄s
ꝓmouere inferiores idoneos ad ordinē illū ⁊ ipſuꝫ
contradicentē remouere a beneficio qđ obtinet in
eccleſia niſi aliꝰ ſit valde vtilis ⁊ neceſſariꝰ eccleſie
extra de eta. ⁊ quali querelis. ⁊ ita poteſt intelligi. c.
diſt. lxxiiij. cōſuluit. Si vero excuſet ſe clericꝰ ratio-
ne alteriꝰ impedimēti. puta ꝓpter infirmitatē: vel
ꝓpter aliqđ aliud impedimentū tēporale vel per-
petuū nō ꝓueniens ex delicto ſuo nō eſt cogēdus:
⁊ ſi cogeret̃ eſſet eius appellatio admittēda. ſicut
dicit̃ in tutore cuius excuſatio nō admittit̃. ff. quā-
do appellandū ſit. l. j. §. ſi quis tutor. vbi dicit̃ ꝙ qñ
quis datur tutor in teſtamēto ab illo qui ius dādi
habet excuſare ſe poteſt ſi cauſam habeat. ⁊ ſi non
admittat̃ eius excuſatio appellare poteſt. ſi autēꝫ
ſola volūtate ſe excuſet nullā aliā cauſam preten-
dens niſi qꝛ non vult ordinari debet cōpelli ap. re.
per ſubtractionē officij ⁊ beneficij. di. lxxiiij. c. iij.
et. liij. extra de eta. ⁊ quali. ordi. queris. vbi vero non
exigit neceſſitas vel vtilitas eccleſie nō debet eos
cogere inuitos. ⁊ ſi faciat puniēdus eſt. di. lxxiiij.
c. j. ⁊. ij. ⁊. c. vbi iſta. Videt̃ autē exigere vtilitas ec-
cleſie qñ eccleſia indiget aliqbus miniſtris. ⁊ ſunt
alij idonei in eccleſia preter iſtū quē vult ep̄s com
pellere. neceſſitas autē qñ eccleſia idiget miniſtris
⁊ nullus alius eſt idoneus in eccleſia preter iſtum
quē vult ep̄s compellere. Concordāt cū oībus pre-
Hoſtienſis. dictis. Hoſt. lib. j. rubri. xiiij. de etate ⁊ quali. §. iij.
ordo. ⁊ Gof. §. ſecūda diſcordia. ⁊ Vlri. §. poteſt ta-
men. Quidam tamen aliter diſtinguūt. ſed teneas
quod dixi.

¶ Queſtio. xlix.

Raymundꝰ ITem quero vtrū recipiat caracterē qui coa-
ctus ordinatur. R. ſ. ſm Ray. §. xvj. circa hāc.
Ad hoc dicas ꝙ ſic ſi coactio ſit cōditionalis. arg.
di. lxxiiij. vbi iſta. xlv. di. de iude. j. q. j. qđ qdā. Nā i
tali caſu eſt ibi volūtas ſaltē idirecta. de qua dicit
Aug. voluit facere: qꝛ voluit viuere. xv. q. j. merito.
ſed ſi fuit abſoluta coactio nullū recipit ordinem.
ſicut nec in tali caſu reciperet baptiſmū. extra de
bap. ⁊ eius effec. maiores. circa fi. ⁊. lj diſt. preſby-
teros. Concordant his Hoſti. ver. queritur etiam
Goffre. ⁊ Vlri. §. voluntas autem. Glo. dicit hic
ꝙ coactio conditionalis eſt vt fiat cōmmatio mor
tis vel cruciatꝰ niſi ſe patiat̃ ordinari. abſoluta au
tem coactio eſt vt ſi omnino inuitus violenter te-
neatur ſub manibus ordinatoris.

¶ Queſtio. l.

SEd nunqd tenetur continere qui recipit ſa-
crum ordinē cōditionali coactione. R. ſ. cir-
ca hoc Ray. ſic allegat videt̃ ꝙ ſic. ne ordo. ⁊. reli-
Raymundꝰ gio ꝯtēnat̃. diſt. xlv. de iudeis. in fi. Itē qđ coacta
volūtas volūtas eſt. xv. q. j. merito. ⁊ videtur hoc
maxime ſm illos qui dicunt ꝙ votum eſt annexū
ordini ſacro. ar. xxviij. diſt. dyaconi. diſt. lxxxiiij. cū
in preterito. Ad hoc dicunt quidā ꝙ talis tenetur
cōtinere. Nam licꝫ non debuerit cogi ad ordinē ſu-
ſcipiendū. ſuſceptum tamen per coactionē tenet̃
etiam ſeruare per illud. C. de iudeis. vbi dicit̃ de
iudeis qui per coactionē baptizati erant ꝙ fidem
quā taliter ſuſcipiūt vilis ac contēptibilis habea
tur. Johannes vero dicit ipſum non teneri ſi metus
vel coactio talis fuit que poſſet cadere in conſtātē
virum: aliꝰ ſic. extra qđ metus cau. perlatū. cum di
lectus filiꝰ. Item qꝛ integritas corporis res eſt vo-
ti non precepti. xxxij. q. j. integritas. Itē continētia
nō debet̃ niſi volūtaria. di. xxxj. aū triēniū. xx. q. iij.
preſens. Eadē que hic dicunt̃ recitant Hoſti. ver.
Goffredus. ſed nunqd. ⁊ Goffre. Glo. ſentit hic cum Johāne:
maxime ſi ꝓteſtatus eſt ſaltem in ſecreto ſe nolle
cōtinere. arg. illius decre. perlatū. Item dicit glo.
hic ꝙ votū caſtitatis nō eſt annexū ordini ſacro vt
patet in grecis qui nō tenent̃ ad continentiā. nec
illi qui apud nos ordinant̃ inuitis vxoribus. Sed
ex cōſtitutione eccleſie talis tenetur ad caſtitatē. ⁊
ꝓpter honeſtatem ſacri ordinis cōſeruandā. ſicut
notauit Hugu. xxviij. diſt. in prin. Concordat etiā
cum hoc Tho. vt ptꝫ. ſ. li. j. ti. viij. de voto. q. lxxij.
quero ſpecialiter. vide infra.

¶ Queſtio. lj.

POne ergo ꝙ non tenet̃ cōtinere: qꝛ talis fuit
metus qui potuit cadere in conſtantē virum
nunquid vtetur priuilegio clericali. R. ſ. de hoc ſic
dicit Ray. videt̃ ꝙ ſic ſi aliꝰ vult viuere clericali- Raymundꝰ
ter. ar. xxxij. diſt. ſi qui vero ſunt clerici. Et hoc verū
credo niſi penitus tranſiret ad contrariū actum.
diſt. lxxxiij. quiſquis ar. ſi quis. vel aliter dicas ꝙ
ſi priꝰ habebat vxorē legitimā poterit illa vti ſine
peccato. ⁊ ita intelligas ſolutionē precedētis que-
ſtionis. Si vero ipſa vellet cōtinere ⁊ ipſe nollet nō
haberet ꝓuilegiū clericale: aliꝰ ſi ipſa nollet ⁊ ipſe
vellet: ꝯtum in ſe eſſet priuilegiū haberet ſi aliꝰ vi
ueret clericaliter vt dictum eſt. arg. xxvij. q. ij. mul
torum. Si vero ante non habebat vxorē legitimā te
netur preciſe cōtinere. ar. illius. c. de iudeis. eadē a
principio per oīa ponunt tam Goffr. ꝙ Hoſtien.
¶ Glo. dicit hic ꝙ prima ſolutio potior et beni- Gloſſa.
gnior eſt. ⁊ ideo tenenda. ⁊ addit qđ Hug. notauit
xxviij. diſt. in prin. ꝙ qui apud nos ordinant̃ inuiti
nō tenent̃ ad continentiā. qđ ſi intelligeret de coa-
ctis abſolute nihil deberet: quia illi non recipiunt
ordinem.

¶ Queſtio. lij.

QUid ſi clericus vult ꝓmoueri ⁊ prelatꝰ eius
nō vult: qꝛ forte ſcit illū in ſecreto cōmiſiſſe
magnū peccatū vel ꝓpter aliam ſimilē cauſam.
R. ſ. ſm Ray. §. xvij. quid ſi dicas ꝙ ſi eſt clericus Raymundꝰ
ſecularis admoneri poteſt in ſecreto vt abſtineat
alias ſi ille inſtiterit debet eum ep̄s ordinare. arg.
de cōſecra. diſt. ij. non ꝓhibeat. ⁊ eſt expꝛeſſum. extra
de tēpo. ordi. ex tenore literarū tuarū. Hoſtiē. ver.
quid ſi clericus. dicit qđ predictū eſt intelligendū
de crimine occulto nō enormi. Et addit ꝙ ſi ſit cri
men enorme ꝓhiberi poteſt: qꝛ equiparatur medio-
cri manifeſto. idem intelligas ſi prelatꝰ ſcit clericū
impeditū ob defectū natalium. arg. extra de electio.
c. innotuit. vel ob irregularitatē: puta bigamiā vel
aliam. In his enim caſibꝰ nō ordinabit nec faciet
ordinari. Et cōcordat cum Hoſti. Gof. alij tamen
vt infra addit Hoſti. dicunt contrariū ſcꝫ qđ idem
eſt de quocūqꝫ occulto: ⁊ ꝙ ep̄s cum ſciat peccatū
tanꝙ deus nō dꝫ facere cōtra ꝯſciētiā ſi eum tanꝙ
ep̄s ꝓmoueat: qꝛ tanꝙ alius ſcit ⁊ tanꝙ alius or-
dinat. arg. extra de elec. cum inter vniuerſas. ad fi.
¶ Sequitur in Ray. ſi eſt regularis nō debet ordi
nari contra voluntatē prelati ſui. nō enim in ſubli
mitate graduū ſed in amplitudine charitatis acq
ritur regnū dei. extra de tēpo. ordi. ad aures. Ra-
tio diuerſitatis eſt: qꝛ regulares fortius ſunt aſtri
cti ſuis prelatis ꝙ ſeculares. xij. q. j. non dicatis.
idem Gof. ⁊ Hoſti. vel aliter ſi habet clericus ius
petendi ordinē forte ratione beneficij cui eſt ordo
annexus non poteſt ep̄s eum ꝓhibere ꝯuis ſciat
illum cōmiſiſſe peccatū occultū: ⁊ ita poteſt intel-
ligi illa decre. ex tenore. ſi vero non habet ius petēdi
non tenet̃ eum ep̄s ordinare. ⁊ ita intelligas illam
ad aures. idē Goffre. ⁊ Hoſti. ver. ad ſcdm. Glo.
etiā dicit hic ꝙ hec vltima diſtinctio ſcꝫ vel aliter
eſt melior ⁊ plenior. ⁊ hāc etiam magis approbat
Ber. in glo. ſuper. c. ex tenore. vide de hac materia
infra

infra eodem lib.titu.xxix.de lapſis ꝛ diſpen.q.iij. deinde quero.

¶ Queſtio.liij.

POne ꝙ vtilitas eccleſie exigit vt aliqͦs ordinetur ep̄s:tn̄ non ex hac cauſa ſed ex odij fomite:modo ad compellendū iſtum vt ſuſcipiat ordines nunqͦd tenetur obedire vt ordines recipiat. Raymund⁹ R̄n̄.ſm Ray.§.viti. Non videt̄ qꝛ ep̄s non poteſt taliter precipere ſibi ſcȝ ꝓpter odium vel aliā cauſam inhoneſtā. ꝛ ſi compelleret eum videt̄ ꝙ deberet deponi lȝ vtile eſſet illū ordinari.ar.diſt.xlv. c.j. et.c.ep̄m.extra de etate ꝛ qualitate ordi. tuam. credo tamen contra:qꝛ lȝ ep̄s peccet ſic precipiendo.Iſte tamen debet obedire ex quo nō eſt malum qͦd precipitur:immo iuſtū ꝛ vtile eccleſie. argu.xj. q.iij.quid ergo.xxiij.q.j.quid culpatur.in fi.xxxiij. q.v.manifeſtū.idem dicunt Hoſti.ꝛ Gof.

¶ Queſtio.liiij.

QUid ſi ſciam ep̄m meum hereticū vel ſciſmaticū occultū per ſn̄iam non preſciſum cōpellit me ad ordines.R̄n̄.ſm Gof.lib.j.titu.xj.de Goffredus. tempo.ordi.§.ſed quid ſi ſciam. dicendū ꝙ non debeo obedire ſed potius permittā me excōmunicari:vt extra de ſen.excom.inquiſitioni.Tales enim cōferre non poſſunt executionē ordinum quā non habent:vt.j.q.vij.daibertū.ꝛ idem dico in prelato quē ſcio ſuſpēſum vel interdictū de ſimili. vide.ſ. lib.j.titu.j.de ſymo.q.xlvij.quid de eo.

De impedimēto. Tit.xxiij.

POſtqͦ circa tractatus ordinū aliquā fecimus digreſſionē ad ꝓpoſitum redeūtes de impedimēto ſexus pauca ſubijciam⁹.

¶ Queſtio prima.

ET quero hic an femina poſſit caracterē ordi- Femina. nis clericalis recipere vel actum alicuius ordinis clericalis ex errore amboꝝ ſuper illum locū j.Thy.iij. apl̄i. j. Thi. iij. Mulieres ſimiliter pudicas eſſe oꝫ occaſione iſtoꝝ verboꝝ cathafrige dicunt dyaconiſſam ordinari debere qͦd eſt cōtrariū veritati: qꝛ mulieres caracterē non recipiunt impediente ſexu ꝛ cōſtitutione eccleſie.vnde nec poſſunt predicare etiam abbatiſſe:nec benedicere:nec excōmunicare:nec abſoluere:nec penitentias dare:nec iudicare:nec officiū aliquoꝝ ordinū exercere quantūcūqꝫ ſint ſancte vel docte vel religioſe.diſt.xxiij. mulier.ſacratas.xxxiij.q.v.mulierē.extra de ſentē. Maria. excō. de monialib⁹.lȝ enim beatiſſima virgo maria dignior ꝛ excellētior fuerit apoſtolis vniuerſis non tamen illi ſed iſtis dominus claues regni celorum cōmiſit.extra de peni.ꝛ remiſ.noua.Idē dicit Hoſtienſis. Hoſti.extra de maio.ꝛ obe.in glo.ſuper.c.dilecta. ¶ Quod hic dicit̄ ꝙ femine non poſſunt predica- Gloſſa. re.Glo.addit publica.ſcȝ predicatione poſſunt tn̄ in capitulis ſuis ꝛ clauſtris ſorores ſuas exhortari ad bonū ꝛ docere ſed nō in eccleſia in publico aut in ſynodo.Augu.Mulier ſemel docuit ꝛ totū mūdum ſubuertit. ¶ Itē qͦd hic dicit ꝙ non poſſunt excōdicare.Glo.addit.Credo tn̄ ꝙ poſſunt precipere preſbyteris ſuis de ſua cōgregatione ꝙ excōmunicent vel abſoluant moniales delinquētes ꝛ illi tenentur obedire ſi tn̄ illi p̄ſbyteri habent ex cōceſſione generali vel ſpāli ep̄i loci vel pape ſi exempte ſunt:aut habēt hoc de conſuetudine antiqua ꝛ approbata.Idem dicit glo.qͦd videt̄ ꝙ poſſint ſuſpēdere:maxime vbi eſt talis cōſuetudo ꝙ mulieres etiā laice habent iuriſditionē de cōſuetudine alicubi. extra de arbi. dilecti.ꝛ videtur expreſſum ꝙ poſſint ſuſpēdere ab officio ꝛ beneficio ſicut ꝛ preſentare. extra de maio.ꝛ obe dilecta. Notauerunt etiam ibi quidā ꝙ clericos ſibi ſubiectos poſſunt ſuſpēdere ab officio ſicut ꝛ preſentare ad eccleſias vacantes.habēt enim hmōi abbatiſſe vt dicūt iuriſditionē talē qualē. Hec glo.Inno.extra de maiori.ꝛ obe. in glo.ſuper.c.dilecta. Concordat cum Innocētius. hoc dicens ꝙ vbi hoc haberet ex ꝯſuetudine poteſt ſuſpēdere clericos ab officio ꝛ beneficio lȝ excommunicare nō poſſint nec abſoluere.Itē nec interdictum ex conſuetudine de iure ponere poteſt:ſicut nec excōdicare.hec Inno.ſed Hoſtiē.ibidem in glo. dicit ſic. Quicqͦd dicant alij tu dicas ꝙ ad minus ab officio ſuſpēdere nō poteſt:qꝛ hoc quaſi clauiū eſt:ꝛ noīe cenſure eccleſiaſtice ꝯtinetur quā abbatiſſa exercere non poteſt. ¶ Nota ſm Ber.in glo. ibidē que poteſt abbatiſſa facere ſtatim poſt con- Bernard⁹. firmationē:qꝛ poteſt cōferre eccleſias ꝛ beneficia ꝛ inſtituere clericos in eccleſijs ſui monaſterij.ſicut faciunt alij cōfirmati.extra de elec. noſti. ꝛ ſicut abbates.extra de his que fi.a prela. ſine ꝯſen. capi.ea noſcitur.idem Hoſti.in glo.vbi.ſ.Item dicit hic gloſ.ꝙ lȝ mulier de ſpiritualib⁹ cauſis iudicare non poſſint.de temporalib⁹ tn̄ vbi eſt cōſuetudo.credo ꝙ poſſunt iudicare ſicut nobiles dn̄e Nobiles domine de frācia. de francia:vt extra de arbi. dilecti. ¶ In ſupradicto etiam.c. ſacratas.dicit̄ ꝙ ſacrate deo femine ſacra vaſa ꝛ pallas ſacratas cōtingere non debent vel incenſum circa altare deferre. ¶ Sequitur in Raymund⁹ Ray.quidam tn̄ mentiunt̄ ad hoc cū cathafrigis feminā recipere caracterem etiam dyaconalē vel preſbyteralē.ꝛ inducunt pro ſe.xxvij.q.j.dyaconiſſam.et.c.ſi quis rapuerit.in fi. In alijs videtur expreſſe probari de ordine dyaconali.de ordine preſbyterali ꝓbant per diſt.xxxij. c.p̄ſbyter. Sed prima capitula dyaconiſſam vocant illam ſuper quā fundebat̄ aliqua benedictio ratione cuius conſequebatur aliquod ſpeciale officiū forte legēdi homeliam in matutinis:vel aliquid aliud qͦd nō licebat alijs monialibus.idem Tho.ꝛ Pe. Glo.dicit hic ꝙ hodie oēs moniales conſecrate hoc faciunt ꝓpter defectum clericoꝝ ſeruientiū. Dyaconiſſe autem de qͦbus loqͦtur illud.c.dyaconiſſam nō in- Monialis. ueniuntur ſicut ibi notauit Hugu.quarum ordinatio vocabatur inſtitutio ad predicta officia non collatio alicui⁹ caracteris aut ordinis eccl̄iaſtici. idem theologi dicūt. ¶ In illo autem.c.preſbyter appellat̄ preſbytera que erat preſbyteri vxor vel ꝛ vidua vel matricuria.i.de bonis eccleſie curam habens ad inſtar matriſfamilias.ꝛ ita exponit cōcilium laodicenſe in ſequenti.c.eiuſdē diſtin. concordant theologi.

¶ Queſtio.ij.

SEd quid de hermofrodito:nūquid ordinari Hermofroditus. poteſt.R̄n̄.ſm glo.hic ſuper verbo mentiūtur.dicendū ꝙ ſi magis vergit in ſexum virilem ꝙ Gloſſa. in femineū poteſt recipere caracterem.Si econuerſo non poteſt.iiij.q.iij. item hermofroditus ordinari tn̄ non debet ſiue ſic:ſiue ſic habeat propter deformitatē ꝛ monſtruoſitatē.ar.xxxvj.diſt.illiteratos.xlix.diſt.c.vlti. Si autem equaliter inualeſcat in eo ſexus virilis ꝛ femineus caracterē recipere nō poteſt.qꝛ non poteſt dici aliqͦs vel aliqua.

De ſacramētis iterandis vel non. Titulus.xxiiij.

QUoniā ſacramētoꝝ quorūdā iteratio irregularitatē inducit:merito poſt predicta impedimēta.de hoc aliqua ſunt tangenda.ꝛ qꝛ de aliqͦb⁹ ſacramētis in hoc

ſumimus: ſicut nec in ſumma fratris Ray. ſpeciales
tituli nõ ponunt. puta de baptiſmo: ↄfirmatione:
eucharistia: ⁊ extrema vnctione. quarũ notitia nõ
modice eſt vtilitatis. de his in hoc titulo aliquãtu
lum latius proſequamur maxime ſm theologos
a quibus hec materia perfectius determinatur.

¶ Queſtio prima.

Sacramẽtũ. Sententiarum. PRimo ergo quero quid ſit ſacramentũ. Rñ.
ſm Pe. in ſcrip. ſuper. iiij. ſenten. diſt. j. ſacra
mentũ quatuor modis inuenit diffinitũ. Una eſt
diffinitio magiſtri ſententiarũ quã ponit ibidem.
Sacramentũ eſt ſacre rei ſignũ. altera Auguſti. in
lib. de doctrina xpiana. Sacramentũ eſt inuiſibi-
lis gratie: viſibilis forma. ⁊ magiſter ſententiarũ
addit explanãdo ita vt eius ſimilitudinẽ gerat. et
Auguſtinus cauſa exiſtat. Tertia eſt eiuſdẽ Augu. Sacramẽtũ
eſt illud in quo ſub tegumẽto rerum viſibiliũ di-
uina virtꝰ ſecretius operat ſalutẽ. Quarta eſt Hu
gonis de ſancto Victore in lib. de ſacramẽtis. Sa-
cramentũ eſt eſt materiale elemẽtũ: extrinſecꝰ ocu
lis ſuppoſitũ ex inſtitutione ſignificãs ex ſimilitu
dine repſentãs ex ſanctificatiõe inuiſibilẽ gratiã
Ornamẽtũ. conferens. ¶ Ad intellectũ horum nota ꝙ ſicut or
namentũ dicitur ab ornando actiue ⁊ non paſſiue
ita ſacramentũ a ſacrando actiue nõ paſſiue. hoc
aũt poteſt fieri tripliciter. aut ſanctitatẽ efficiẽdo
tñ. aut ſanctitatẽ ſignificãdo tñ: aut ſimul efficiẽ
do ⁊ ſignificãdo. Sicut medicina dr̃ ſana efficiẽdo
tñ. vrina indicãdo tñ exercitatio indicãdo ⁊ efficiẽ
do vt ſudor vł aliꝰ modꝰ quicũqȝ exercitatõis. Primo
modo ſacramẽtũ dicit ſacrũ ſignatũ vt paſſio xpi
⁊ hmõi. ¶ Scđo modo ſignũ ſacre rei. Tertio mo
do ſignũ ⁊ cauſa rerũ ſacrarũ. Primo modo ratio
ſacramẽti ↄuenit rebus ſignificatis ſacris tam ve
teris ꝙ noue legis. Secundo modo ſignis veteris
legis. Tertio modo ſignis noue legis. Primo mo
do accipit ſacramentũ large. Scđo modo minus
large. Tertio modo ſtricte ⁊ ꝓprie. De rõne vero ſa
cramenti ſtricte ⁊ ꝓprie accepti tria ſunt que tan-
git expſſe Hug. de ſancto vic. pzimũ eſt naturalis
ſimilitudo ex qua habet aptitudinẽ ſignandi. ſe-
cundũ eſt actualis inſtitutio vel expreſſa vel occul
ta ex q̃ hȝ ordinationẽ determinatã reſpectu hmõi
ſignificati. ¶ Tertiũ eſt ſpũalis ſanctificatio ex
qua habet virtutẽ efficiẽdi illud ſignificatũ. Nota
etiã ſm Tho. ⁊ Pe. ibidẽ ꝙ in ſacramẽtis eſt tria
reperire. Unũ qđ eſt ſacramentũ tñ vt in baptiſmo
exterior ablutio ſub forma verboꝝ. Aliud qđ eſt ſa
cramentũ ⁊ res vt in baptiſmo character. Tertiũ
qđ eſt res ⁊ non ſacramentũ vt gratia ſiue effectus
vltimus ſacramenti.

¶ Queſtio. ij.

Aqua benedicta. UTrum aqua benedicta ſiue aſperſio aque be
nedicte ſit ſacramentũ. Rñ. ſm Pe. ibidẽ. di
Petrus. cendum ꝙ remiſſio peccatoꝝ venialiũ que fit per
aſperſionẽ aque benedicte nõ fit per modũ ſacra-
menti ſed per modũ meriti. idẽ Alber. dicit vnde
Thomas. etiam ſacramentũ non eſt. ¶ Tho. autem dicit ꝙ
aqua benedicta nõ ordinat directe ad remedium
preſtandũ ſed ad remouendũ ꝓhibens. vnde dat
cõtra demonũ nequitias ⁊ venialia ⁊ omne qđ ef-
fectũ ſacramentoꝝ impedire poſſet vnde non eſt
ſacramentũ ſed ſacramẽtale quaſi diſpoſitio que-
dam ad ſacramenta.

¶ Queſtio. iij.

Thomas. QUid cum aqua nõ benedicta apponat aque
benedicte. de hoc nota qđ Tho. diſt. xij. ar-
ti. ij. q. vj. arg. ij. cõſentit ꝙ cum apponit aqua nõ
benedicta ad benedictã totũ eſt benedictũ. virtus
eñ que acquiſita eſt aque ex bñdictiõe ↄuenit ad
aquam additã. ⁊ idem dicit Pet. ſimile etiã eſt de
oleo nõ ↄſecrato qđ põt apponi ↄſecrato: vt extra
de cõſecra. eccle. vel alta. qđ in ordijs.

¶ Queſtio. iiij.

QUot ſint ſpecies ſacramẽtoꝝ. Rñ. ſm Ray. Raymundꝰ
co. ti. §. ij. ſpecies ſacramentoꝝ ſunt due: q2
quedã ſacramenta ſunt neceſſitatis. videlȝ quinqȝ
ſcȝ baptiſmus: cõfirmatio: eucharistia: penitẽtia:
⁊ extrema vnctio. Quedã aũt ſunt volũtatis ſcilȝ
reliqua duo. i. ordo ⁊ matrimoniũ. Dicunt autem
vt dicit hic glo. quinqȝ prima predicta eſſe neceſſi Gloſſa.
tatis: q2 ſunt in precepto: ⁊ tenetur quilibet ad ea
ſuſcipiẽda pro loco ⁊ tempore. De his tñ plenius
habebit cum de quolibet hoꝝ ſpãliter tractabit.

¶ Queſtio. v.

QUero etiam in genere quis ſit effectꝰ ſacra-
mentoꝝ. Rñ. ſm Ray. §. iij. effectus ſacra-
mẽtoꝝ eſt vt talia ſint cuilibet qualis ipſe accedit Raymundꝰ
ideſt bonis bona ⁊ malis ac fictis mala occaſiona
biliter vt expreſſe dicit. j. q. j. deus declarauit. de
ↄſecra. diſt. ij. vnde ⁊ ſancta malis obeſſe poſſunt.
etiam circa coꝛpus.⁊ debet in fine ſumere hoſtiã.
iterum conſecratam ⁊ ſanguinẽ.non obſtante etiã
ſi prius ſumpſerit aquam que erat in calice:q: pre
ceptũ de perfectione ſacramẽti maioꝛis eſt ponde
ris ꝙ preceptum quod hoc ſacramẽtum a ieiunis
ſumatur.vide infra eo.ti.q.lxij.quid ſi ſacerdos.

¶ Queſtio.lxj.

Quid ſi ſacerdos non recolit ſe dixiſſe verba
Thomas. conſecrationis vel etiam alia que in conſe
cratione hmõi ſacramenti dicuntur quid faciet.
Rñ.ſm Tho.in vltima parte ſum.q.lxxxiij.art.vj.
ar.v.dicendum qđ lz ſacerdos non recolat ſe dixiſ
ſe aliqua eoꝛum que dicere debuit non debet tñ ex
hoc mẽte perturbari.non enim qui multa dicit re
colit omnium que dixit niſi foꝛte in dicendo aliqđ
apphẽderit ſub ratione iam dicti.ſic enim aliquid
efficitur memoꝛabile vnde ſi aliquis attente cogi
tet illud qđ dicit non tñ cogitet ſe dicere illud non
multum recolit poſtea ſe dixiſſe.ſic enim fit aliqđ
obiectum memoꝛie inꝙtum accipitur ſub ratione
preteriti ſicut dicitur in li.de memoꝛia ⁊ re.ſi tñ ſa
cerdoti ꝓbabiliter conſtet ſe aliqua omiſiſſe ſiqui
dem non ſunt de neceſſitate ſacramenti non eſti
mo quod propter hoc debeat reſumere immutan
do oꝛdinem ſacrificij.Sed debet vlterius ꝓcedere.
ſi vero certificetur ſe obmiſiſſe aliquid eoꝛum que
ſunt de neceſſitate ſacramenti.ſ.foꝛmam conſecra
tionis cuz foꝛma ſit de neceſſitate ſacramenti ſicut
⁊ materia.idem videtur faciendũ qđ dictum eſt in
defectum materie.ſ.vt reſumatur a foꝛma ꝯſecra
tionis ⁊ cetera per oꝛdinem reiterẽtur ne mutetur
oꝛdo ſacrificij.

¶ Queſtio.lxij.

Quid ſi ꝓpter frigus qđ ſacerdos patitur in
manibus vel alias ex negligẽtia hoſtia dila
bitur in calicem ſiue ante fractionẽ ſiue poſt.Rñ.
ſm Tho.ibidem ar.vj.dicendum ꝙ fractio hoſtie
conſecrate ⁊ quod pars vna ſola mittatur in calicẽ
reſpicit coꝛpus miſticuz ſicut ⁊ admixtio aque ſi
gnat populum ⁊ ideo hoꝛum pretermiſſio non fa
cit imperfectionem ſacrificij vt propter hoc ſit ne
ceſſe aliquid reiterare circa celebrationem hmõi
ſacramenti.

¶ Queſtio.lxiij.

Utrum hoc ſacramentum tantum a ieiunis
ſumi debeat.Rñ.ſm Tho.⁊ Pe.in ſcrip.di Petrus.
cendum quod generaliter coꝛpus xp̄i debeat ſumi
tãtum a ieiunis.Caſualiter tñ neceſſitate moꝛtis
imminente poteſt etiam poſt alios cibos ſumi.ra
tio vero ſumẽdi ante cibum vna eſt a parte cibi:ſcꝫ
eius reuerentia vt ante alios cibos os Chriſtiani
hic cibus ingrediatur.alia a parte cibati.ſ.digna
preparatio:quia ieiuni magis cõſueuerunt eſſe ſo
brij ⁊ deuoti.

¶ Queſtio.lxiiij.

A Quibus debẽt eſſe ieiuni ſumpturi hoc ſa
cramentũ.⁊ an quelibet cibi vel potus ſum Ieiuni.
ptio impediat.Rñ.ſm Pe.dicẽdum ꝙ hoc ſacra
mentum ſumi debet a ieiunis tam ob reuerẽtiam
ſacramenti ꝙ propter ſobꝛietatem ſumentis vnde
ab omnibus debent eſſe ieiuni que impediunt non
tantum ſobꝛietatem ſed etiam reuerẽtiam.eſt au
tem duplex ieiunium.ſ.ieiunium nature a priua
tione.ſ.cuiuſlibet alimenti quo quis ieiun⁹ dr.vſqꝫ
quo comederit etiam ſi pluries poſtea in die co
meſturus ſit.quoddam ieiuniuz eccleſie quo quis
ieiunare dr etiam poſtꝙ ſemel in die comederit.
De primo ergo ieiunio intelligitur cuz dr quod dꝫ
ſumi a ieiunis ⁊ non de ſecundo.Nam ⁊ in dieb⁹
ieiunij ⁊ in alijs miſſa celebratur.Idem dicit Tho.
debet ergo ſumi ante omnem cibum:vt dicit Aug.
de conſe.di.ij.liquido.item.vij.q.j.nihil.dicit con
cilium Toletanũ nullus poſt cibum potum quẽli
bet minimum ſumptum miſſas facere preſumat.
⁊ iđ dicunt Tho.⁊ Pe.⁊ Alb.in ſcrip.ꝙ poſt potũ Thomas et
aque vel ſumptionem electuarij ſiue medicine que albertus.
conſiſtit in cibo vel potu non licet ſumere euchari
ſtiam vel celebꝛare:quia hec ſoluunt ieiunium na
ture.Idem dicit Tho.ꝙ q: ieiunium nature dr per
priuationem actus comeſtionis ſm quod come
ſtio etiam potationem includit. comeſtio autem
principaliter dicitur a ſumptiõe exterioꝛis cibi ꝙ
uis terminetur ad traiectionem cibi in ventrẽ ⁊ vl
terius ad nutritionem ⁊ ideo ea que interius ge
rũtur ſine exterioꝛis cibi ſumptione non videntur
ſoluere ieiunium nature nec impedire perceptio
nem eucharſtie ſicut deglutitio ſaliue.⁊ ſimiliter
videtur de his que infra dentes remanent ⁊ etiam
de eructuationibus.tamen propter reuerentiã ni
ſi neceſſitas incumbat põt ſine periculo abſtineri. Thomas.
¶ Tho.in vltima parte ſum.q.lxxx.ar.viij.ar.iiij.
dicit ſic ꝙ licet a perceptiõe eucharſtie impediat
quicquid per modum cibi vel potus ſumitur reli
quie tamẽ cibi remanẽtes in oꝛe ſi caſualiter trãſ
gluti᷑ nõ impediũt ſumptionẽ hmõi ſacramẽti
q: non traiciunt᷑ per modũ cibi ſꝫ per modũ ſaliue
⁊ eadem ratio eſt de reliquijs aque vel vini quibus
os abluitur dum modo traiciantur non in magna
quantitate ſed permixtione ſaliue quia vitari non
põt.cõcoꝛdat cum hoc vltimo Hoſt.li.iij.rubꝛi.xl. Hoſtienſis.
de conſecra.eccle.§.vij.⁊ qualiter.verſi.ſed quid ſi
ſacerdos.

¶ Queſtio.lxv.

Utrum qui poſt mediam noctem comedit vel
qui per totam noctem ⁊ non doꝛmit poſſit in
mane celebꝛare vel communicare.Rñ.ſm Tho.in Thomas.
vltima parte ſum.q.lxxx.arti.viij.art.v.dicendum
licet principium diei ſm diuerſos diuerſimode ſu
matur eccleſia tamẽ dicit a media nocte incipit.⁊
ideo ſi poſt mediam noctem aliquis ſumpſit ali

quis per

quid per modum cibi vel potus non poteſt eadem die hoc ſumere ſacramentum poteſt ꝟo ſi ante me dium noctem. Nec refert vtrum poſt cibum vel potum dormierit aut etiam digeſtus ſit q̃tum ad rationem precepti. refert autem q̃tum ad perturbationem mentis quã patiuntur boies ꝓpter inſomnietatem vel indigeſtionem ex quib⁹ ſi mens multum perturbetur homo redditur ineptus ad ſuſceptionem huiuſmodi ſacramenti.

¶ Queſtio.lxvj.

Petrus. Utrum poſt ſuſceptionem eucbariſtie liceat ſtatim comedere. R̃n. ſm Tho. ⁊ pe. in ſcrip. dicendum ꝙ poſt ſuſceptionem eucbariſtie conuenit quidem a cibo aliq̃diu abſtinere ſed non oportet multum diu quia cito ſit illarum ſpecierũ conſumptio ⁊ alteratio. decretum autem quoddaꝫ qđ dicit diu abſtinendum: vt de conſe. diſt. ij. tribus loquitur ſm antiqua tempora quando raro celebrabantur miſſe. ¶ Magis etiam requiritur preparatio per abſtinentiam ⁊ deuotionem ante ſuſceptionem eucbariſtie quam poſt: quia ſacramentũ habet effectum in ipſa ſumptione. ideo tũc dꝫ eſſe deuotio actualis poſtea ꝟo ſufficit deuotio habitualis quia non poteſt homo diu cõtinuare actualem deuotionem.

¶ Queſtio.lxvij.

Senten. De modis manducandi. R̃n. ſm magiſtrum ſententiarum. diſt. ix. in prin. dicendũ ꝙ hoc ſacramentum duobus modis mãducatur .ſ. ſacramẽtabiliter ⁊ ſic boni ⁊ mali edunt. ⁊ ſpiritualiter ⁊ ſic ſoli boni manducant. ⁊ hos duos modos etiã Aug. aſſignat ⁊ patet ibidẽ. ⁊ addit Aug. ſpiritualiter manducat qui in vnitate Chriſti ⁊ eccleſie quã ſacramentum ſignificat manet. dicit autem Pet. ꝙ ſpũaliter manducare eſt Chriſto et eccleſie incorporari. ⁊ hoc dupliciter eſt vel ſcilꝫ per modum meriti credendo ⁊ ſic accipitur ſpiritualiter manducare communius. ⁊ poteſt iſte modus manducãdi prouenire alicui ſine ſacramento. alio modo ſit hec incorporatio per modum ſacramẽti. credendo ⁊ percipiendo ⁊ ſic accipitur magis ꝓprie. ⁊ ſic ſpiritualis manducatio non eſt ſine ſacramento.

¶ Queſtio.lxviij.

Thomas. Utrum ſacramentalis manducatio corporis chriſti ſit de neceſſitate ſalutis. R̃n. ſm Tho. dicendum ꝙ q̃tum eſt de ſe non eſt de neceſſitate ſalutis. quia hoc ſacramentum gratiam preſupponit quia preſupponit baptiſmum in quo gratia datur ſed de ordinatione eccleſie homines obligant ſm ſtatutum eccleſie corpus chriſti ſemel in anno ſumere niſi de conſilio confeſſoris differat quis.

¶ Queſtio.lxix.

Petrus. Utrum qui accedit ad hoc ſacramẽtum cum peccato mortali peccet mortaliter. R̃nd. ſm Pe. accedens ad ſacramentum altaris aut habet conſciẽtiam peccati mortalis aut non ſi habet aut ergo illa conſcientia ſurgit ex certitudine ſufficiẽti: vt quia ſcit ſe fornicatum vel ſimile aut probabili aut quia moroſe delectatus eſt ⁊ timet fuiſſe mortalem conſenſum aut ex leui vt homo ſcrupuloſus q̃ timet de leui delectatione ne fuerit mortale peccatum. In primo caſu peccat mortaliter. Silr in ſcđo. ſed non in tertio. nam in primo contẽnit in ſecundo diſcrimini ſe exponit. In tertio non. ſi autem non habet conſcientiam peccati mortalis aut hoc eſt quia preparauit ſe ⁊ diſcuſſit preparatione ſufficienti diligentiſſime conſcientiam ſuam examinãdo ⁊ peritos conſulendo: aut probabili conſciẽtiã ſuam .ſ. probabiliter examinando ⁊ confitẽdo aut negligenti in primo caſu non peccat. ſed remiſſionem peccatorum etiam ſi qua latent accipit ⁊ meretur. In ſecundo non peccat quidem ſed tamẽ remiſſionem peccatorum non accipit nec meretur. In tertio ꝟo peccat mortaliter ⁊ demeretur maxime ſi negligẽtia ſit magna. ⁊ ſi dicis quod quilibet xpianus tenetur in paſca cõmunicare. ergo ⁊ peccator reſpondet Pe. talis ⁊ communicando ⁊ obmittendo peccat ſed tamen magis cõmunicando: quia communicare in peccato malum eſt de ſe. ſed omittere cõmunionem malum eſt ex precepto eccleſie. vnde etiam potius deberet excõicationẽ ſuſtinere q̃ in peccato cõmunicare. nec tamen ideo perplexus eſt quia poteſt penitere. ¶ Et ſi dicis ꝙ nemo ſcit ſe eſſe ſine peccato. R̃n. Tho. ⁊ Pe. ꝙ lꝫ Thomas. non poſſit de hoc haberi certitudo ſcientie tamen de hoc haberi poteſt ꝓbabilis ꝯiectura ⁊ hoc precipue per quatuor ſigna que ponit Ber. Primo cũ quis deuote verba dei audit: quia qui eſt ex deo verba dei audit. Jo. viij. Secundo cum quis ſe promptum ad bene operandum inuenit quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis: vt dicit Gregori⁹. Tertio cum quis a peccatis abſtinendi in futurũ propoſitum habet. Quarto cum de preteritis dolet quia in his vera penitentia conſiſtit ſm Greg. vnde ſi aliquis per hmõi ſigna facta diligenti diſcuſſione ſue conſcientie q̃uis forte non ſufficienti ad corpus xpi deuote accedat aliquo peccato mortali in ipſo remanente ꝙ eius cognitionẽ preterfugiat non peccat immo magis ex vi ſacramenti peccati remiſſionem conſequitur. vnde Augu. dicit in quodam ſermone ꝙ quando corpus Chriſti manducatur viuificat mortuos. Item ſicut dicit Ulri. tale peccatum in contritione generali dimiſſum eſt lꝫ non ita plene ſicut ea q̃ in ſpecie ꝯfeſſus eſt.

¶ Queſtio.lxx.

Utrum peccet qui accedit ꝯtritus ſed non confeſſus. R̃n. ſm Pe. dicendum ꝙ peccator cõ- Petrus. tritus ante confeſſionem quando vult communi- Contritus. care: aut habet copiam confeſſoris qui eum poſſit abſoluere. ⁊ tunc peccat ſine cõfeſſione communicando. quia ad ſacramentũ eccleſie req̃ritur recõciliatio etiã ſm iudiciũ eccleſie: aut nõ hꝫ: aut ergo imminet aliqua neceſſitas cõicandi vel celebrandi: vt ꝙ timetur ſcandalum populi vel iam incepit miſteriũ ſacramenti vel amiſit loquelam ⁊ tunc non peccat cum propoſito confitendi quando poterit aut non ⁊ tunc peccat. ꝯcordat his Alb. di. xvj.

¶ Queſtio.lxxj.

Utrum peccator videndo corpus chriſti peccet. R̃n. ſm Tho. ⁊ Pe. dicendũ ꝙ non peccat. Thomas. dicit etiam Tho. ꝙ ſi peccator interdũ propter humilitatem abſtinet a videndo laudandus eſt. Idem dicit Tho. ꝙ infideles ab aſpectu corporis chriſti arcendi ſunt. dicit Alb. in ſcrip. di. xj. ꝙ peccator videre põt ⁊ debet ſed non multo aſpectu ꝓpter humilitatẽ. immo potius viſo corpore percutere pectus in penitentis quod non ſit dignus vt in conſpectu ⁊ viſu frequenti remaneat tãte ſanctitatis.

¶ Queſtio.lxxij.

Utrum peccet peccator tangẽdo corpus xpi. R̃n. ſm Pe. dicendũ ꝙ ſi tangit cũ timore ⁊ Petrus. reuerẽtia ꝓpter aliquã neceſſitatẽ vt ꝙ erigit hoſtiam iacentẽ in terra non peccat aliās peccat. idem Inno. extra de peni. ⁊ re. in glo. ſuper .c. quod in te. ⁊ addit quod idem eſt ſi ſacerdos peccator alicui in neceſſitate conſtituto eucbariſtiam tribuit.

¶ Queſtio.lxxiij.

Utrum aliquid aliud q̃ peccatum ⁊ precipue an nocturna pollutio impediat a perceptiõe eucbariſtie ſiue a celebratiõe miſſe. R̃n. ſm Tho. Thomas.

Nocturna pollutio.

dicendum ꝙ ad hoc vt homo digne ad ſacramētū eucharistie accedat tria requirūtur. Primo mundicia ↄſcientie que non niſi per peccatum tollitur. Secundum eleuatio mentis ad deum per actualē deuotionem. ⁊ hoc per mentis hebetudinē vel occupationem aut euagationem interdum ſine peccato amittitur. Tertio etiaʒ mundicia corporalis vnde ⁊ celebrantes vel etiam tractaturi aliquod ſacramentum propter reuerentiam manus lauant. vnde primo ⁊ principaliter peccatum impedit. Secundo indeuotio ſeu hebetudo mentis. Tertio corporalis immūdicia. ⁊ hec tria quādoqʒ ↄcurrūt in aliqua pollutione nocturna: qñqʒ duo ex his: qñqʒ vnum tm̄. ⁊ ſm hoc homo magis vel minus impeditur. ⁊ ideo diſtinguendum eſt de pollutionibus. nam pollutio ↄtingit aliquando ex illuſione dyabolica aliquando ex ſuperfluitate vel ex debilitate nature aliquando ex cogitationibus precedentibus aliquando ex crapula. omnibꝰ predictis pollutionibus communis eſt corporalis immundicia. Sed mentis hebetudo non eſt niſi in illis pollutionibus que accidunt cum ymaginatione quia in illis que ſine ymaginatione accidunt anima nihil percipere videtur. nulla autem dictarū in ſe eſt peccatum: qꝛ in ſomnis cū ligatus ſit vſus rationis nemo peccare poteſt: aliquꝰ tm̄ poteſt eſſe ſignum vel effectus peccati. conſiderādum ergo eſt vtrum in cauſa pollutionis poſſit inueniri peccatum precedens vt cogitatio turpium. quandoqʒ enim cogitatio hmōi turpium eſt ſine peccato ſicut cū in cogitatione tm̄ manet vt cum quis diſputans de talibus oportet quod loquens cogitet aliquando autē cum peccato veniali quando. ſ. ad affectionem cogitatio pertingens in ſola delectatione finit. ſ. ſine conſenſu deliberatiuo. quandoqʒ autem mortale eſt quando ſcilicet conſenſus adiungitur: et quia cogitationi tali de propinquo adeſt delectatio et delectationi conſenſus. ideo in dubium verti poteſt vtrum ſequēs pollutio ex peccato acciderit vel non ⁊ an veniali vel mortali. quando ergo ſic dubitat de ↄſenſu cum recurrit ad cauſam pollutionis omnino abſtinere debet. ſi autē expreſſe inueniat ↄſenſum non preceſſiſſe ⁊ neceſſitas vigeat aut aliqua cauſa potior reformet pactuʒ poteſt accedere aut etiam celebrare. ſi autē non incumbat aliqua neceſſitas melius eſt abſtinere propter reuerentiā ſacramēti. ſi tamen celebrat non peccat mortaliter ſed venialiter. quādo autem acciderit ex illuſione ſi illuſionis cauſa in nobis preceſſit. idem eſt iudicium quod de cogitatione precedente. ſi aūt in nobis cauſa non preceſſit. imo potius ↄtraria cauſa ⁊ hoc frequenter accidit ⁊ precipue in diebus in quibus quis cōicare debet ſignum eſt ꝙ dyabolus homini fructum eucharistie percipiende auferre conatur vnde in tali caſu conſultum fuit cuidam monacho vt in collationibꝰ patrum legitur qđ cōicaret ⁊ ſic dyabolus videns ſe non poſſe ↄſequi intentum ab illuſione ceſſauit. ſi autem ex cibo precedenti aut potu acciderit. idem eſt iudiciū quod de pollutione que ex turpi cogitatione ꝓceſſit niſi in tantum. ꝙ non ita de facili contingit peccare mortaliter in ſuſceptione cibi ſicut in cogitatiōe turpi ⁊ quod aliquando hec pollutio ↄtingit ſine ymaginatione turpi illa vero nunqʒ. illa autem que ex nature diſpoſitione accidit. ſ. ex debilitate vel ſuperfluitate non eſt ſignum alicuius peccati. ſed poteſt hebetationem mentis inducere. ſi cum ymaginatione contingat. immundiciam autem corporalem habet ⁊ ideo ſi neceſſitas immineat vel deuotio expoſcat talis non impeditur ⁊ precipue quādo ſine ymaginatione accidit tamen ſi propter reuerentiā abſtineat laudādus eſt quando infirmitas non eſt perpetua. ⁊ quia non ita de facili poteſt percipi ex qua cauſa cōtingat ideo tutius eſt ſemper abſtinere niſi neceſſitas incumbat. debet autem abſtinere vt dicitur vſqʒ ad. xxiiij. horas. ⁊ idem dicit Alb. in ſcrip. quia in tali ſpacio natura deordinata per corporalem immunditiam ⁊ mentis hebetudineʒ reordinatur. ſed Pe. de hac materia breuius ſe expedit dicēs ꝙ vbi dubium eſt vtrum pollutio ortū habeat ex peccato mortali dʒ homo a cōmunione abſtinere de neceſſitate vbi vero non hʒ ortum ex peccato mortali abſtinenduʒ eſt ex honeſtate non tamen peccat mortaliter qui communicat vbi ho ex peccato non ſurgit in arbitrio hominis eſt abſtinere vel non abſtinere. Item dicit Tho. qđ pollutus dummodo non ſit talis pollutio que de neceſſitate impediat vt que hʒ ortuʒ ex peccato mortali deberet celebrare pro alio qui eſſet in peccato mortali ne ille celebrādo peccaret mortaliter. ¶ Item dicit Pe. ꝙ interdictus ⁊ ſuſpenſus ⁊ excommunicatus etiam iniuſte cōicare non debent quia in talibus eſt defectus rei ſignificate ſcilicet vnitatis corporis miſtici.

Ad. xxiiij. horas.

Petrus.

Nota.

¶ Queſtio. lxxiiij.

Thomas.

Utrum illa pollutio que in ſomnis incipit ⁊ in vigilia terminatur ſit peccatum. Rñ. ſm Tho. dicendū ꝙ pollutio ↄ̄trum ad rationem meriti vel demeriti magis iudicatur ſm principium qđ eſt in dormiendo quam ſm finem qui eſt in vigilando: quia corporales motus non ꝑtinent ad meritum vel demeritum niſi ſm ꝙ a volūtate cauſantur. ex quo enim excitatus eſt motus carnis in dormiendo non ſubiacet voluntati vigilātis vlterius motus ille nec reputatur euigilaſſe quouſqʒ perfecte vſum liberi arbitrij recuperauit. ¶ Poteſt tamen contingere ꝙ in ipſa euigilatione peccatum oriatur ſi quidem pollutio placeat ꝓpter delectationem quod quidem erit veniale peccatū. ſi ſit talis placentia ex ſubreptione. mortale aūt ſi ſit cum deliberato cōſenſu ⁊ precipue cum appetitu futuri. iſta autem poſt placentia non facit preteritam pollutionem peccatum quia ipſius cauſa non eſt. ſed ipſa in ſe peccatū eſt. ſi autem placeat vt nature exhonoratio vel alleuiatio peccatum nō credit.

¶ Queſtio. lxxv.

Albertus.

Utrum actus naturalis impediat a ꝑceptione eucharistie. Rñ. ſm Alb. in ſcrip. di. xiij. concilium Elibertinum dicit omnis homo ante ſacram cōionem a propria dʒ abſtinere vxore tribus aut. iiij. aut. vij. diebus. de conſe. di. ij. omnis homo ⁊ bene puto ꝙ ſic ſit faciendum. ſi tamen alter coniugum inueniatur debitum reddere coactus ⁊ non expetere ⁊ hoc frequenter facere eo ꝙ alter etiam illo tempore non vult abſtinere ego cōicare concederem illi qui reddit inuitus ⁊ alteri nō qui extorquet debitum quādo non eſt extorquendum: quia conſtat quod etiaʒ illo tempore reddere tenetur ſi probabiliter timet de incōtinētia alterius ¶ Concordat cum his Tho. in vlti. parte ſum. q. lxxx. art. vij. ar. ij. vbi dicit ꝙ coitus cōiugalis ſi ſit ſine peccato. puta ſi fiat cauſa prolis generande vel cauſa reddendi debitum non alia ratione impedit ſumptionem ſacramenti niſi ſicut dictum eſt de pollutione nocturna que accidit ſine peccato. ſ. propter immundiciā corporalem ⁊ mentis diſtractionem. in tali ergo caſu vt dicit Grego. ſuo ſunt iudicio relinquendi ſed qui voluptate dominante coniugi miſcetur prohiberi debet ne accedat ad hoc ſacramentū: vt idem Greg. dicit. xxxij. q. iiij. vij. cū propria.

pria.concordat etiam his dictis Thome Alber.ſuper.iiij.di.xxxij.⁊ addit ibi ꝙ exigens infirmitate ductus licz moneri debeat ne accedat ſi tñ omnibus modis ex deuotione ſe ingerat non eſt ꝓhibēdus. ¶ Glo.etiam ſuper.d.c.omnis homo.dicit qđ hoc qđ ibi dicitur de abſtinenda abvxore ante cōionem conſilium eſt non preceptum vt patet in.c.vir cum propria.no.in eo.c.plurca.de hac materia.

¶ Queſtio.lxxvj.

Albertus. Utrum poſt ſumptionem eucbariſtie eodem die liceat exigere vel reddere debitum. Rñd. ſm Alb.ſuper.iiij.di.xxxij.circa ſi.dicendum ꝙ illo die non eſt poſcendum debitum nec etiam reddendum niſi aliter coniux multum inſtet ſi tamen fiat non credo ꝙ ſit peccatum mortale.

¶ Queſtio.lxxvij.

Thomas. Utrū immūditie pure corporales ſicut lepra fluxꝰ ſanguinis vł ſeminis vel mēſtrui impediāt a ſumptiōe eucbariſtie. Rñ.ſm Tho. dicēdū ꝙ cum iſte cibus non ſit corporis ſed mentis cibus magis in eius ſumptione conſideranda eſt diſpoſitio mentis quam corporis.⁊ ideo diſtinguēdum eſt in immunditia corporali tantum.qꝛ aut eſt perpetua ſicut lepra aut diuturna vel eſt temporalis ⁊ cito purgabilis.ſi quidem ſit perpetua vel diuturna tunc nullo modo propter hoc quis abſtinere dꝫ ne propter immundiciam corporis perdatur fructus mentis ſicut accidit in leproſis ⁊ patientibus fluxum ſanguinis vel ſeminis.ſi autem ſit tēpalis ⁊ facile expurgabilis tunc ſi aliquis ſit in mente bene diſpoſitus ſumere non prohibetur Quis etiam poſſit ad tempus laudabiliter abſtinere ꝓpter reuerentiam tanti ſacramēti.idem dicit Greg.di.v. c.ad eius vero.leproſus vero licet ꝓhiberi non debeat tñ in occulto non in publico celebrare poteſt ex deuotione niſi adeo ſit corruptus qđ miſterium ſine periculo explere nō poſſit.vide de hoc.ſ.li.ij. ti.j.de homi.q.xlij.quid de his.Alber.in ſcrip.ſimpliciter dicit ſine preiudicio mihi dicendum videł qđ nunꝗ̄ prohibenda eſt mulier a cōione propter menſtruum:ſicut dicit Greg.eo ꝙ ſit iudiciū ſuperfluitatis vel infirmitatis ⁊ non culpe.

¶ Queſtio.lxxviij.

Thomas. Utrum ſacerdos poſſit dare corpus chriſti ei quem ſcit in mortali peccato. Rñ. ſm Tho. dicendum ꝙ ſi ſacerdos ſciat peccatū alicuius qui eucbariſtiam petit per confeſſionē vel alio quolibet modo diſtinguēdum eſt.quia aut peccatum eſt occultum aut manifeſtum.ſi eſt occultum aut exigit in occulto aut in manifeſto.Si in occulto dꝫ ei denegare ⁊ monere eum ne in publico petat.ſi aūt in manifeſto petat debet ei dare:vt patet de conſe. diſt.ij.non prohibeat.⁊ hoc propter.iiij.rationes. Primo quia pro peccato occulto penam publicaꝫ inferens eſt reuelator confeſſionis aut proditor criminis.Secundo quia quilibet chriſtianus hꝫ ius in perceptione eucbariſtie niſi illud per peccatum mortale amittat vnde cum in facie eccleſie non cōſtet iſtum amiſiſſe ius ſuum non dꝫ ei in facie eccleſie denegari alias daretur facultas malis ſacerdotibus pro ſuo libito punire maxima pena quā vellent. Tertio propter incertitudinem ſtatus ſumentis quia ſpiritus vbi vult ſpirat vnde ſubito poteſt eſſe compūctus ⁊ a peccato mūdatus ⁊ diuina inſpiratione ad ſacramentum accedere. Quarto qꝛ eſſet ſcandalum ſi denegaretur.idem dicit Alb.in li.de miſſa.in ſi.ſi vero peccatum eſt manifeſtū dꝫ ei denegare.ſiue in occulto ſiue in manifeſto petat. cum predictis concordat Pe.⁊ etiam Alb.in ſcrip. diſtin.xij.

¶ Queſtio.lxxix.

Utrum in aliquo caſu debeat dari hoſtia non conſecrata pro ꝯſecrata. Rñ.ſm Tho.⁊ Pe. ⁊ alios theologos ⁊ iuriſtas.dicendum qđ nullo modo danda eſt hoſtia non conſecrata pro ꝯſecrata.tum quia in ſacramēto veritatis non debet eſſe in aliquo fictio.tum quia cum manducans adoret quod manducat:vt dicit Aug.daret ſacerdos ei occaſionē ydololatrādi vnde ⁊ decretalis dicit in caſu conſimili qđ falſa ſunt abijcienda remedia que ſunt veris periculis grauiora.extra de celeb.miſ.c. de homine.

¶ Queſtio.lxxx.

Utrum debeat dari ſuſpectis de crimine. Rñ. ſm Tho.⁊ Pe.dicendum ꝙ triplex eſt ſuſpitio.quedam violenta que pro facto reputatur vt ſi inueniatur ſuſpectus cum ſuſpecta nudus cum nuda ⁊ ſolus in eodem lecto ꝓpter hanc ſicut ꝓpter peccatum neganda eſt cōio.quedam probabilis vt ſi inueniatur ſolus cum ſola loquens tpe et loco ſuſpecto ⁊ frequenter propter hanc non dꝫ negari: quia pena non infligitur vbi culpa ignoratur.quedam leuis vt ſi appareant aliquis ſigna non tamen omnino certa ꝓpter hanc etiam non debet negari. ꝗ̄ſicūq; ergo ſuſpitio eſt violēta ꝓcedēs ex publica fama nō dꝫ dari neq; in occulto neq; in manifeſto ſi autem ſit ſuſpitio talis non ex publica fama ſed ſolius ſacerdotis ſic debet dare in publico ſed non in occulto ſicut ante dictum eſt quādo crimen ſcit. Petrus. Suſpitio.

¶ Queſtio.lxxxj.

Utrum corpus xp̄i debeat dari ad ſumendum aliquod experimentum. Rñ.ſm Tho.dicendum ꝙ corpus xp̄i nullo modo dꝫ dari ad ſumendum aliquod experimentum vel propter aliquam expurgationem licz videatur hoc quoddam decretum innuere:quia illud decretum eſt abrogatum vt dicit idem Tho.in vltima parte ſumme.

¶ Queſtio.lxxxij.

Utrum debeat dari hyſtrionibꝰ. Rñ.ſm Pe. Cyprianus loquēs de his ſoluit puto inquit qđ nec diuine maieſtati nec eccleſiaſtice diſcipline conueniat vt decus ⁊ honor eccleſie perſonis talibus conferatur.de conſe.diſ.ij.pro dilectione vide ibi totum capitulum ne videatur eſſe contra id qđ dictū eſt.ſ.li.ij.ti.v.de rap.q.xxij.cum tam clerici.

¶ Queſtio.lxxxiij.

Utrum debeat dari furioſis vel amentibus. Rñ.ſm Pe.dicendum ꝙ furioſus aut hꝫ lucida interualla ⁊ tunc poteſt cōmunicare aut non aut ergo fuit perpetuo furioſus.ſ.a natiuitate ⁊ talis non debet cōicari aut ad tēpus ex aliqua infirmitate incidit in freneſim.et tunc ſi ꝓſi petierat et ꝓſumił poſſe accipere ſine periculo deciſionis vel vomitus vel hmōi debet dari aliter non. ¶ Cum his concordat Tho.⁊ adducit decretum.xxvj q.vj. is qui in infirmitate penitentiam petit ⁊ dum ſacerdos inuitatus ad eum venit vertitur in freneſim accepit in teſtimonio ab aſtantibus qui petitionem audierunt ⁊ reconciliet ⁊ eucbariſtia eius ori infundał.dicit etiam Tho.ꝙ illi amentes ſiue ſtolidi qui debilem mentem habent ⁊ tamen ſunt aliquo modo docibiles eorum que ad fidei deuotionem pertinēt ſacramenti talibꝰ non oportet corpus xp̄i denegari.idem dicit Tho.ꝙ demoniacis non eſt deneganda cōio niſi forte certum ſit ꝙ pro aliquo crimine a dyabolo torqueantur.

¶ Queſtio.lxxxiiij.

Utrū debeat dari pueris ⁊ in qua etate. Rñd. ſm Tho.dicendum ꝙ pueris carentibus vſu rationis qui non poſſunt diſtinguere inter cibum Thomas.

corpoꝛalem ⁊ ſpiritualē non debet eucbariſtia da-
Pueris. ri ꝗuis quidam greci contrarium teneant.irratio
nabiliter autē qꝛ ad eucbariſtie ſumptionē exigiť
actualis deuotio quā tales pueri habere non poſ-
ſunt.pueris aūt iam incipientibus habere diſcre-
tionem etiam ante perfectaꝫ etatem.puta cū ſunt
x.vel.xi.anno.aut circa hoc poteſt dari ſi in eis ſi-
gna diſcretionis appareant ⁊ deuotionis.idem di
cit Pet.⁊ idem dicit Tho.in ſum.in vltima parte
q.lxxx.arti.ix.in fine.

℄ Queſtio.lxxxv.

Qⲩeritur etiam qualiter xp̄s ſit in hoc ſacra
mēto.Rň.ſm Tho.⁊ Pe.dicendum ꝙ xp̄s
non in figura ſiue vt ſignatum tantum vt quidam
heretici dixerunt:ſed ſm veritatem idem xp̄s qui
de virgine natus ⁊ pro nobis paſſus eſt in hoc ſa-
cramento continetur vt catholica fides tenet.⁊ ſi-
cut eſt ibi vere xp̄s ita etiam eſt ibi ſub ſua quanti
tate occupando locum ſicut ⁊ non vtitur claritate
ſua illuminando aerem. ℄ Poteſt etiam in pluri
bus locis ſimul eſſe inq̄tū plura indiuidua.i.plu-
res panes in ipſum tranſubſtantianť.eſt etiam to
tus xp̄s in qualibet parte hoſtie vň plures hoies
diuerſis partibus vnius hoſtie communicari poſ-
ſunt quia etiam in minima parte.ſ.ꝗdiu apparet
ſpecies panis ſemper eſt totus xp̄s.ſed ſi fieret di-
Albertus. uiſio.in partes tam minimas ꝙ non ſufficerēt ad
ſpeciem panis tunc deſineret ibi eſſe corpus xp̄i.⁊
idem eſt de ſanguine.⁊ vt dicit Al.in lib.de miſſa
idem iudicandum eſt ꝙ in ſtomacho ⁊ in vomitu.
⁊ hmōi tam diu eſt corpus xp̄i ꝗ diu diſcerni poſ-
ſunt forme ſacramētales.i.ſpecies panis ⁊ vini qñ
aūt liquefacte ſunt forme amplius non eſt ibi cor-
pus xp̄i. ℄ Et lꝫ ex virtute ſacramenti ſiue trāſub-
ſtātiationis tantum corpus ſit ſub ſpecie panis et
tantum ſanguis ſub ſpecie vini tamen per quādā
concomitantiā naturalem eſt ſub vtraqꝫ ſpecie to-
tus xp̄s ſm corpus ⁊ ſm animam ⁊ ſm diuinitatē
quia hec tria ab inuicem ſeparata non ſunt.

℄ Queſtio.lxxxvi.

Utrum xp̄s in hoc ſacramēto aliqñ in ſpecie
ſua videatur oculo corpoꝛali.Rň.ſm Tho.⁊
Pe.dicenduꝫ ꝙ licet multa circa hec dicta ſint tñ
probabilius dicitur ꝙ in ſpecie propria nūꝗ vide-
tur ibi.ſed in figura illa latet ſpēs ſacramenti ſub
qua ꝯtineť corpus xp̄i ⁊ ipſa ſpecies circumfundiť
quibuſdam accidētibus carnis vel pueri que non
ſunt propria accidētia vel lineamēta corpoꝛis xp̄i.
vnde ꝗuis ibi expreſſiori ſigno videatur non tñ vi
detur in ſpecie propria.

℄ Queſtio.lxxxvii.

Thomas. Qⲩid agendum ſit qñ apparet in alia ſpecie
ꝗ in ſpecie panis.Rň.ſm Tho.dicendū ꝙ
cum vſus hmōi ſacramenti ſit per manducationē
ideo qñ apparet in ſpecie pueri vel carnis cruenta
te vel ſimili cum non habeat rationem cibi non dꝫ
aſſumi ab eo cui ſic apparet ſed ab alio cui in ſpe-
cie panis apparet.ſi autē omnibus ſub ſpecie car-
nis appareret tunc deberet cū reliquijs poni.ideꝫ
Albertus. dicit Alb.in ſcrip.⁊ ſic appareret ſacerdoti in alta
re in miſſa dicunt quidam quod deberet iterū cele
brare.⁊ corpus xp̄i ſumere ꝙ ſm canones qui con-
ſecrat etiam ſumere debet vt patet de conſe.diſt.ij.
relatum.⁊ ſi ſecundo hoc accideret deberet tertio
celebrare ⁊ ſumere.quidam autem dicūt ꝙ in tali
caſu ſufficit ſpiritualis mādu catio.nec ꝓpter hoc
efficitur tranſgreſſoꝛ ꝯſtitutionis eccleſie qꝛ ad ea
que frequentius accidunt leges aptantur.vide in-
fra eo.titu.q.cxxij.vtrum ſacerdos.

℄ Queſtio.lxxxviij.

Deinde quero que ſit conueniens materia
hmōi ſacramenti.Rň.ſm Tho.⁊ Pe.di.xi.
dicendum ꝙ materia cōpetens eſt panis triticeus
⁊ vinum vitis:quia hec duo precipue in cibū ⁊ po-
tum veniunt vnde conuenientius per hoc in cibuꝫ
⁊ potum ſpiritualē manuducimus:precipua tamē
cauſa eſt inſtitutio diuina.

℄ Queſtio.lxxxix.

Utrum poſſit confici de pane cōfecto de ſpel-
ta vel de farre.Rň.ſm Pe.dicendum ꝙ ſm Petrus.
cōem ſententiam doctoꝛum non poteſt confici niſi
de pane triticeo. tum quia dominus compara-
uit ſe grano tritici.Joh.xij.tum quia creditur ce-
lebraſſe in pane triticeo ⁊ inſtituiſſe vt ſic celebre-
tur.tum quia vſus eccleſie ab apoſtolis qui pre-
ſentes fuerunt traditus habet vt celebretur in hoc Panis.
ſolo grano. ℄ De pane autem confecto de ſpelta
vel de farre dicunt quidam ꝙ confici pōt qꝛ eiuſdē
ſpeciei ſunt hec grana cum tritico lꝫ differant qui
buſdā differentijs accidētalibus.ſed tamen vide-
tur magis oppoſitum quia generatio eſt ſimiliuꝫ
in ſpecie:ſꝫ ſeminato tritico nūꝗ generatur ſpel-
ta vel far nec ecōuerſo:vnde non videtur eſſe eiuſ-
dem ſpeciei.Tho.in ſumma ſua ſcilicet in vltima
parte.q.lxxiiij.arti.iij.dicit de plano quod ex tali-
bus frumentis que nullo modo poſſunt ex ſemine
grani generari non poteſt confici panis qui ſit de-
bita materia huiuſmodi ſacramenti. ℄ Addit ta-
men Pe.quod nec iſtud ſcilicet ꝙ generatio eſt ſi-
milium in ſpecie eſt ſufficiens ratio quia quedam
ſunt accidētia inſeparabilia concomitantia gene-
rationem:vt ingredo coruum. ℄ Alber.autem in
ſcrip.dicit ſic abſqꝫ dubio frumentum genus eſt et
non ſpecies grani ⁊ habet ſub ſe triticum ⁊ ſpeltaꝫ
vnde ſpelta frumentum eſt ⁊ de ipſa confici poteſt
corpus domini ſicut de tritico ⁊ hoc nulli dubium
eſt conſideranti granum cum grano ⁊ paneꝫ cum
pane.ſunt ergo triticum ⁊ ſpelta nō vnius ſpeciei:
ſed vnius generis proximi quod eſt frumentum et
ſunt vicine valde ſpecies ⁊ ideo parum diſtant in
ſpicarū formatione.ſed quaſi nihil diſtant in foꝛ-
ma granoꝛum ⁊ coloꝛe ⁊ ſapoꝛe panis.

℄ Queſtio.xc.

Qⲩid ſi grana alterius generis admixta ſint
tritico ita qđ panis non ſit de puro tritico.
Rň.ſm Pe.dicendum ꝙ aut tanta eſt permixtio Petrus.
ꝙ trahitur mixtum ad ſpeciem alienam vt quādo
appoſitum eſt predominans vel etiam ad ſpeciem Triticum.
mediam vt quando equalis eſt virtus mixtvtroꝗ
miſcibilium.⁊ tunc non poteſt confici quia muta-
ta eſt ſpecies panis triticei aut non eſt tanta addi
tio quin maneat ſpecies panis triticei vt qñ virtus
tritici ꝓponderat.⁊ tunc poteſt confici.qñ autem
mutata ſic ſit ſpecies vel non cognoſci poteſt ex ac
cidentibus vt ex coloꝛe ⁊ precipue ex ſapoꝛe accidē
tia enim magnam partem conferunt ad cognoſcē
dum qđ quid eſt ſm philoſophū.j.de anima.idem
dicunt Tho.⁊ Alb.in ſcrip.

℄ Queſtio.xci.

Qⲩid cum hoſtia cum qua celebrandū eſt tā
diu conſeruatur qđ incipit corrumpi.Rňd.
ſm Tho.ꝙ ſi ſit tanta corruptio quod ſpecies pa- Thomas.
nis non maneat tunc nō poteſt ex eo confici.ſi aūt
ſpecie manente ſit ibi aliqua diſpoſitio ad corru-
ptionem poteſt exinde confici ꝗuis grauiter pec-
cet conficiens ex tali ſcienter propter reuerentiam
ſacramēti.⁊ quod ſpecies maneat poteſt cognoſci
ex hoc ꝙ continuitas non eſt ſoluta nec alia acci-
dentia omnino ablata.Idem per omnia dicit Alb.
in ſcripto.

℄ Queſtio

¶ Queſtio.xcij.

Quid ſi ſacerdos infra miſſaꝫ aduertit ſe habere hoſtiã non triticeã vel corruptã. Rñ. Petrus. ſm Pe.dicendũ ꝙ ſacerdos.aut ante ↄſecrationẽ aduertit ꝙ hoſtia indebita ſit:aut poſt cõſecrationem anteꝙ̃ ſumpſerit:aut poſtꝙ̃ iam ſumpſit. In primo caſu illa hoſtia remota aliam hoſtiã ponat ⁊ a canone reincipiet ⁊ celebrabit. In ſecũdo caſu ſimiliter faciet. Sed illã hoſtiã poſt aliã vel ipſe ſumat:vel alijs clericis ſumendã tradat.vel reuerẽter reſeruabit. In tertio caſu nõ celebrabit iterũ qꝛ ieiunus nõ eſt. Concordat cum hoc glo.wilhel. Gloſſa wilhelmi. infra eo.lib.titu.xxx.de ſcãdalo. §.vj. Pone ſuper ver.de hole.in fi.ſed Tho.in vltima parte ſumme dicit ꝙ debet ponere aliã hoſtiã ⁊ ↄſecrare ⁊ ſumere:qꝛ preceptũ de perfectione ſacramẽti maioris ponderis eſt ꝙ̃ preceptũ qḋ a ieiunis ſumatur.vide de hoc.ſ.eo.titu.q.lx.de diuerſis defectibus.

¶ Queſtio.xciij.

Quid ſi ſacerdos infra miſſam aduertit ſe ſolum aquã per errorẽ pro vino poſuiſſe. Rñ. Thomas. ſm Tho.in fi.dicendũ ꝙ ſi ante cõſecrationẽ vini percipiat debet aquã effundere ⁊ vinũ ponere. Si aũt poſt debet incipere ↄſecrationẽ vini alio vino ſuperinfuſo ↄtritione de negligẽtia prehabita vel etiam a capite canonẽ incohare ſuper aliã hoſtiã. Hoſtia prius ↄſecrata poſita ſeorſum: vt Inno.dicit.ſed Al.in li.de miſſa ↄcordat cum primo dicto. ſed qḋ cũ poſt ↄſecrationẽ percipit debet incipere ab illo loco.ſimili modo poſtea ꝙ̃ cenatum eſt ⁊c. vide.ſ. in queſtione preallega.ſcilicet de diuerſis defectibus.

¶ Queſtio.xciiij.

Fermẽtatũ. Utrũ ↄfici poſſit in fermẽtato. Rñ.ſm Tho. ⁊ Pe.⁊ Al.in li.de miſſa.⁊ in ſcrip.dicendum ꝙ in vtroqꝫ cõfici poteſt ſcꝫ azimo ⁊ fermẽtato.tñ confici non dꝫ niſi in azimo ⁊ qui ↄtra faceret grauiter peccaret agens cõtra ſtatutũ ⁊ cõſuetudinẽ eccleſie.dicit tñ Tho.i vltima parte ſum.q.lxxiiij. arti.iiij.ꝙ ꝗuis cõſuetudo cõficiẽdi in azimo rationabilior ſit tñ peccaret grecus cõficiens in azimo quaſi peruertens ſue eccleſie ritum.

¶ Queſtio.xcv.

De quo vino poſſit confici xp̃i ſanguis. Rñ. ſm Tho.⁊ Pe.dicendũ ꝙ tm̃ de vino vitis in quo ⁊ xp̃s cõfecit.⁊ qꝛ hoc ſolum ꝓprie vinũ eſt ⁊ communius in potum ſumitur ſicut etiam panis tritici in cibum.

¶ Queſtio.xcvj.

Acetum. Utrum poſſit cõfici de aceto. Rñ.ſm Tho.dicendũ ꝙ ſi vinũ oĩno factum eſt acetũ de eo nõ poteſt cõfici:qꝛ differũt vinũ ⁊ acetũ ſicut viuũ ⁊ mortuũ.ſm Phm.viij.meth.vnde nõ ſunt eiuſdem ſpeciei qḋ pꝫ ex cõtrarijs ꝓprietatibus:quia vinũ eſt calidũ:acetũ autem frigidũ. Sed ſi vinũ ſit acidum quaſi in via aceſcẽdi idem eſt iudicium qḋ de pane qui eſt in via ad corruptionẽ.vnde ſicut de pane qui eſt in via ad corruptionẽ poteſt cõfici: peccat tamen ↄficiens ꝓpter irreuerẽtiã.ita eſt hic Concordant Petrus et Albertus.in lib.de miſſa. Et addit Albe.ibidem ꝙ ſi vinum ſit putridũ per fecta putrefactione que ad vini complexionẽ redire nõ poſſit:tunc nullo modo de tali vino cõfectio poteſt fieri:qꝛ non eſt vinũ. Si autem ſit pendulũ in via quidẽ corruptionis exiſtens ⁊ non corruptũ tunc aſſumpto tali vino in ſacramento ſit quidẽ confectio:qꝛ illud eſt vinũ ⁊ adhuc ſuã ꝗuis egrã retineat vinoſitatẽ ſed tñ propter ſacramenti reuerentiã non eſt aſſumendũ.ſi aliud de facili haberi poteſt. Si autem in vino cum ſapore vinoſo eſt ſapor aromaticus vel põticus vel ſtipticus vel ſapor acris ex minus perfecta digeſtione vini poteſt fieri confectio:qꝛ remanet ſpecies vini. ¶ Nota etiã ſm Tho.⁊ Pe.ꝙ ſi hoſtia conſecrata tandiu ſeruaretꝰ ꝙ corrumperetꝰ ſpecies panis non eſſet ibi amplius corpus xp̃i.ita ſimiliter de ſanguine ſi ita diu ſeruarẽtur ꝙ ſpecies ille verterẽtur in acetum.ſecus autem eſſet quãdo ad hoc eſſent in via ad corruptionem.

¶ Queſtio.xcvij.

Utrum de agreſta poſſit cõfici. Rñ.ſm Tho. ⁊ Pe.⁊ Al.in ſcrip.dicendũ ꝙ non:qꝛ ad hoc eſt in via generationis ad vinum.vnde adhuc non habet ſpeciem vini.

¶ Queſtio.xcviij.

Utrum poſſit cõfici de muſto. Rñ. ſm Tho. ⁊ Pe.dicendũ ꝙ ſic.qꝛ completã habet ſpeciem vini:tñ non debet fieri propter impuritatem Petrus. ipſiꝰ quoadusqꝫ ſit defecatũ.⁊ hoc niſi neceſſitas aliqua eſſet.

¶ Queſtio.xcix.

Utrum aqua debeat apponi ad vinum.⁊ in Thomas. qua quantitate. Rñ.ſm Tho.⁊ Pet.⁊ Al.in Albertus. ſcrip.dicendũ ꝙ aqua apponitur:non tanꝙ̃ de neceſſitate ſacramenti:qꝛ etiam ſine aqua conficeretꝰ ſanguis ſed tanꝙ̃ de bene eſſe ſcꝫ ꝓpter ſignificationem vnionis populi tanꝙ̃ membroꝝ ad caput ſcꝫ xp̃m.aque enim multe populi multi vt dicitur Apoca.xvij. Grauiter tamen peccaret qui ſcienter obmitteret aque appoſitionẽ:vt patebit infra.q. prima.qꝛ ageret cõtra ↄſtitutionẽ eccleſie:quia ⁊ dñs appoſuiſſe creditur. ¶ Debet autem apponi de aqua parum vt in vinum de facili ⁊ totaliter cõuertatur. ¶ Item dicit Al.in li.de miſſa. Et addit Alber.ibidem ꝙ ſi tm̃ apponeretur de aqua ꝙ tolleret a vino vinoſitatẽ tunc non fieret ſacramenti confectio:quia tunc non eſſet vinum ſed aqua aliquantulũ vinata.vnde ⁊ de vapa non poteſt fieri confectio ſacramenti.vapa enim eſt aqua fuſa ſuper acinos vuarũ poſtꝙ̃ expreſſum eſt vinum.que aqua aliquantulũ habet de vini acumine.⁊ bibitꝰ a pauperibus:⁊ tamen non eſt vinum.

¶ Queſtio.c.

Quantum peccet qui dimittit appoſitionem aque. Rñ.ſm Alber.in ſcrip. Si dimittitur Albertus. ex prauitate heretica vel ex contẽptu peccatũ mortale eſt. Si autem ex negligentia:aut illa negligentia cauſatur ex occupatione circa vana ⁊ tunc non peccat mortaliter:ſed corripiẽdus eſt grauiter ne decetero negligens inueniatur : aut cauſatur ex occupatione circa illicita.⁊ ſic iterum eſt mortale aut ex occupatione circa vana temporalia ⁊ tunc grauiter peccat ⁊ ſi mihi contingeret facerẽ emendam tanꝙ̃ pro mortali peccato:aut ex ſubreptione ⁊ tunc orandũ eſt pro ipſo:qꝛ non peccauit mortaliter ſed indiget adiutorio cõtra temptatorem.

¶ Queſtio.cj.

Utrum ſufficiat ad hoc aqua roſacea vel aliqua aqua artificialis. Rñ.ſm Tho.⁊ Pet. Petrus. non debet apponi niſi aqua naturalis non artificialis. Si tamen apponitur confectũ eſt ſicut etiã ſi totaliter obmittatur cõuertitur enim in vinum ſicut ⁊ naturalis aqua.

¶ Queſtio.cij.

Quid ſi fieret panis de aqua roſacea:vtrum in tali pane poſſet confici. Rñ.ſm Pe.quidam Petrus. dicunt ꝙ ſic:quia aqua in pane nõ remanet. Alij ꝙ nõ:qꝛ partes principales panis qui eſt materia huiuſmõi ſacramenti ſunt aqua naturalis ⁊ farina.hanc opinionẽ dicit Tho.eſſe ꝓbabiliorem.

¶ Queſtio.ciij.

Quid ſi apponeretur aqua qñ adhuc vinum eſſet in dolio nũqd ſufficeret. Rñ. ſʒ Tho. dicendũ ꝙ non ſufficeret: qꝛ hoc non ſignificaret aliquid. Sed oportet vt imminente oblatione apponatur ad ſacramentũ perficiendum.

¶ Queſtio.ciiij.

Utrum poſſit cõfici de aqua rubea in qua lauatus eſt pannus vino rubeo intinctus. ꝛ ad

Thomas. terras vbi non eſt vinũ portatus. Rñ. ſm Tho. dicendũ ꝙ nõ: qꝛ illud eſt magis aqua rubea ꝙ vinũ vnde ꝛ illa cõſuetudo dãnatur in canone. de conſe. diſt. ij. cum omne.

¶ Queſtio.cv.

Quid ergo fiet in illis terris in qͥbus vinum nullo modo haberi poteſt: nunqd conficiet

Albertus. corpus ſine ſanguine. Rñ. ſm Alb. in lib. de miſſa circa finẽ. dicendũ videtur ꝙ de hoc cõſultatio ad curiam haberi debeat: quid ſit agendũ. tamẽ propter intolerabile damnũ animaꝝ qḋ incurritur ex ſacramẽti defectu. videtur mihi eſſe cum talibus diſpenſandũ vt corpus xpi ſine calice haberent et cõficerent ſacramentũ: qꝛ ſicut pʒ per antedicta. corpus non eſt ſine ſanguine ꝛ aïa ꝛ deitate: ꝙuis ibi non ſit ſanguis ex virtute ꝯſecrationis ꝛ ſacti.

¶ Queſtio.cvj.

Quid ſi ſacerdos infra miſſam recordatur ſe aliquod peccatũ mortale cõmiſiſſe vel aliquid comediſſe vel bibiſſe vel vinculo excõicatio-

Thomas. nis ſe ſubiacere: quid faciet. Rñ. ſm Tho. in vltima parte ſum. q. lxxxiij. arti. vj. argu. ij. dicendũ ꝙ vbi difficultas occurrit ſemper accipiendũ eſt illud qḋ habet minus de periculo. maxime aũt periculoſum eſt qḋ eſt cõtra perfectionẽ ipſius ſacramenti: qꝛ hoc eſt immane ſacrilegiũ. minus autẽ eſt illud qḋ pertinet ad qualitatẽ ſumentis. ꝛ ideo ſi ſacerdos poſt conſecrationẽ inceptã recordet̃ ſe aliquid comediſſe vel bibiſſe. nihilominus debet perficere ſacrificiũ ꝛ ſumere ſacramentũ. Silr ſi recordetur ſe peccatũ aliqḋ cõmiſiſſe. debet penitere cum ꝓpoſito cõfitendi ꝛ ſatiſfaciendi ꝛ ſic nõ indigne ſed fructuoſe ſumere ſacramentũ. ꝛ eadẽ ratio eſt ſi ſe meminerit excõicationi cuicunqꝫ ſubiacere. debet enim aſſumere ꝓpoſitũ abſolutionẽ petendi: ꝛ ſic per inuiſibilem pontificẽ ieſum xpm abſolutionẽ ꝯſequitur: quantũ ad hunc actum qḋ peragat diuina miſteria. Si ṽo ante conſecrationem alicuius dictoꝝ ſit memor tutius reputarem maxime in caſu mãducationis ꝛ excõicationis qḋ miſſam inceptam deſereret niſi graue ſcandalum timeretur.

¶ Queſtio.cvij.

Aranea in calice. Quid ſi muſca vel aranea in calicem ceciderit vel etiam venenũ in calicẽ miſſum deprehenderit. Rñ. ſm Tho. ibidẽ. arti. iiij. dicendũ ꝙ ſi muſca vel aranea in calicem ante ꝯſecrationẽ ceciderit. aut etiã venenũ deprehẽderit eſſe immiſſũ debet effundi ꝛ abluto calice denuo aliud vinum poni ꝯſecrandũ. ſi ṽo aliqḋ hoꝝ poſt cõſecrationẽ acciderit debet aïal caute capi ꝛ diligenter lauari

Uenenum. ꝛ comburi ꝛ ablutio ſimul cum cineribus in ſacrarium mitti. ¶ Si ṽo venenũ ibi eſſe deprehẽderit immiſſum nullo modo debet ſumere nec alij dare ne calix vite vertatur in mortẽ. ſed debet diligẽter in aliquo vaſculo ad hoc apto cum reliquijs cõſeruari. Et ne ſacramentũ maneat imperfectũ debet vinũ apponere in calice ꝛ denuo reſumere a cõſecratione ſanguinis ꝛ ſacrificiũ ꝑficere. ꝛ qḋ nihil abhominabile ſumi debeat occaſione hmõi ſacramenti eſt. arg. de cõſe. diſt. ij. ſi per negligentiã. Et idem dicit glo. ibidem.

¶ Queſtio.cviij.

Utrum virtute verboꝝ poſſit ſacerdos quãtãcũqꝫ materiã ꝯſecrare. Rñ. ſm Tho. in ſcrip. Thomas.
dicendũ ꝙ poteſt tãtũ cõſecrare de pane ꝛ de vino ꝙtum eſt ſumibile ab hoĩbus. ꝛ qꝛ nõ eſt determinata ad hoc aliqua quãtitas precipue cũ vnus homo poſſit ſumere in magna quãtitate ꝛ in parua. ideo quantitas parua vel magna ad hoc nihil facit. ¶ Non tñ dico ꝙ poſſet ꝯſecrare totũ panẽ qui eſt in foro qꝛ ipſa forma pronoie demõſtratiuo vtens oſtendit ꝙ materia cõſecranda debet eſſe coram ſacerdote. vnde ſacerdos exiſtẽs in domo ſua non poſſet cõſecrare panẽ qui eſt in altari qḋ etiã nõ poteſt de toto pane qui eſt in foro. neqꝫ de toto vino qḋ eſt in cellario. ſed quantacũqꝫ ſit quãtitas panis ꝛ vini que coram ſacerdote ponunt̃. credo ꝙ poſſet cõſecrari ab ipſo. ¶ Dicit etiã Tho. ꝙ ſi ſacerdos intẽderet cõſecrare nõ ad ſumendũ ſed vt ſacramẽto vteret̃ in veneficijs: vel ꝓpter irriſionẽ nihilominus cõſecratũ eſſet. Et idẽ dicit Tho. in vlti. parte ſum. q. lxxiij. ar. ij. ſed Pe. diſt. vlt. dicit ꝙ ſacerdos poteſt ꝯſecrare quãtãcũqꝫ materiã. dũmodo intendat cõſecrare ad vſum ꝛ alimentũ fidelium. Sed dimittendo hanc intentionẽ nõ põt: qꝛ deeſt intentio faciẽdi qḋ facit eccleſia. dicit eñ Hug. de ſanc. vic ſacramentũ irritũ putatur ſi cõtra inſtitutionẽ celebratur.

¶ Queſtio.cix.

Quid ſi alique hoſtie ex obliuione remanent in altari dum ſacerdos cõficit vtrũ etiã ille ſint conſecrate. Et quid ſi gutta vel plures gutte vini adherent pedi calicis dum ſacerdos conficit.
Rñ. ſm Alb. in lib. de miſſa. dicẽdũ videtur ꝙ nec Albertus.
ille gutte ꝯſecrant̃: qꝛ de eis nihil intendit̃. Augu. enim dicit ꝙ intentio reqͥritur ad omne ſacramentum ꝛ ſine intentione faciendi nihil fit in ſacro.

¶ Queſtio.cx.

Utrũ debeat populo dari ſub vtraqꝫ ſpecie.
Rñ. ſm Pe. dicẽdũ ꝙ in ſacramẽto eſt ratio Petrus.
ſigni ꝛ ratio cauſe ſignatio pertinet ad ſapientiã ſed cauſalitas ad gratiã. qꝛ ergo gratia cõiter oĩbus neceſſaria eſt ſed nõ ſic ſapiẽtia. Efficacia ṽo equalis eſt ſub vtraqꝫ ſpecie ſed nõ ſignificantia: ideo oĩbus tradit̃ ſub altera ſpecie in qua poteſt tradi cũ reuerẽtia ꝛ cautela maiori. a maioribꝰ ṽo tñ. i. pſbyteris ꝛ miniſtris ſumit̃ ſub vtraqꝫ ſpecie. Et iſ greci benefaciant ſumẽdo ſub vtraqꝫ ſpecie tñ latini melius faciunt ratione predicta.

¶ Queſtio.cxj.

Quid de accidẽtibus huius ſacramẽti. Rñ. ſm Tho. ꝛ Pe. diſt. xij. ꝛ theologos cõiter
dicendũ ꝙ cum ſubſtãtia panis ꝛ vini poſt conſe- Petrus.
crationẽ nõ maneat ſed cõuerſa ſit in corpus ꝛ ſanguinẽ xpi accidẽtia que ibi apparent poſt cõſecrationẽ ſicut ante virtute diuina per miraculũ ſubſiſtunt ſine ſubſtãtia. ſic enim immediatius ducunt in corpus xpi quod ſub eis cõtinetur. ¶ Retinent etiam omnẽ modũ agendi ꝛ patiendi quem prius habebant exiſtentia in ſubſtantia panis ꝛ vini. vnde ꝛ fractio ꝛ diuiſio fit tñ in ſpeciebus ꝛ non in corpore chriſti.

¶ Queſtio.cxij.

Quid ſignificent ille diuiſiones que fiunt in hoſtia. Rñ. ſm Tho. ſignant diuiſionẽ que Thomas.
fuit facta in corpore Chriſti in paſſione ꝛ diſtributionẽ virtutis redẽptionis xpi per diuerſa mẽbra eccleſie. ¶ Item quo ad corpus xpi miſticũ ſignatur quedã pars fidelium eſſe in tribulationibus huius mundi. vnde viui ſignãtur per partem

comeſtã

comeſtã. defuncti aũt qui iam ſunt in celo corpore ⁊ anima vt caput noſtrũ xp̃s ⁊ beata virgo. hi ſignificant per partez immiſſam in calicẽ: q2 hi iam inebriãtur ab vbertate domus dei. ſed illi qui vel ſola aĩa ſunt in celo adhuc expectantes ſtolã corporis ⁊ etiã illi q̃ ſunt in purgatorio ſignantur per partem tertiã. que ſm̃ cõſuetudinẽ primitiue eccleſie ſeruabaẽ vſq3 ad finem miſſe. ſed modo hoc in eccleſia nõ ſeruatur: remanet tamen eadem ſignificatio partium.

Queſtio.cxiij.

Utrum ſpeciebꝰ vini in hoc ſacramẽto poſſit aliquis liquor permiſceri. ⁊ quid tunc cũ aliquis liquor apponitur. R̃n. ſm̃ Pe. dicendũ ꝙ cũ
Petrus. ſpecies retineant modũ ſui ſubiecti: ſicut poterat fieri addito vino ibidẽ exiſtenti. ita poteſt fieri ſpeciei vini. aut ergo additur res eiuſdẽ generis aut alterius. Si alterius aut qđ addiẽ eſt equale aut maius aut minꝰ. Si maius aut tñ quãtitate ſed virtute tranſmutat naturã ſpeciei in ſe. Si equale tranſmutaẽ vtrũq3 in naturã tertiã ⁊ ſic vtroq3 modo deſinit ibi eſſe ſpecies vini ⁊ per cõſequens ſanguis xp̃i. Si ṽo minus eſt trãſmutaẽ in naturam
Liquor. ſpeciei verũtamẽ ſub partibꝰ illis ad quas liquor additur penetrat cum non ſint ibi accidentia ſine ſubiecto deſinit eſſe ſanguis xp̃i. Si ṽo liquor additus eſt eiuſdẽ generis: aut ergo eſt equalis aut maior aut minor. Si maior tunc ad oẽs diuiſiones ſpeciei peruenit ⁊ eius cõtinuitatem totaliter ſoluit. ⁊ ſic iam aliꝰ liquor numero quo ad accidẽtia eſſe incipit ⁊ ſanguis xp̃i ibi eſſe deſinit. Si equalis ſimiliter cõtingit. ſi minor, tunc vſq3 ad omnes dimẽſiones ſpeciei non peruenit. ſub partibꝰ ergo illis ad quas peruenit vinum additur deſinit eſſe ſanguis cum iam accidẽtia nõ ſint ſine ſubiecto ⁊ ꝯtinuitas ſpeciei que erat ſine ſubiecto ſoluta ſit. Sub partibꝰ ṽo illis ad quas nõ peruenit manet xp̃i ſanguis. Concordat cum his Tho. addit autẽ Pet. dicens. puto tñ ꝙ ſi non eſt nimis notabiliter excellens qđ additur ꝑpter dubiũ toto liquore ipſo tanꝗ ſacramento vtendum ſit.

Queſtio.cxiiij.

Effectus ſacramenti. Qualis ſit effectus principalis hm̃õi ſacramẽti in ſuſcipiente. R̃n. ſm̃ Pe. dicẽdũ ꝙ effectus principalis alicuius ſacramẽti debet ſumi ex ſimilitudine ad materiam eius. vnde cum tranſit alimentũ effectꝰ eius eſt ſimilis effectui alimẽti. Sicut ergo per alimentuz corporale fit reparatio ſubſtãtie deꝑdite nutriendo ⁊ additio quãtitatis augendo ſic virtute hm̃õi ſpũalis alimenti fit reparatio ſpiritualiũ defectuũ vt venialiũ ⁊ hm̃õi ⁊ augmentũ virtutũ: vt dicit magiſter ſentẽtiarũ in litera. Et ſatis concordat cum his Al. in lib. de
Thomas. miſſa. Tho. autem dicit ꝙ cibus corporalis primo in cibatum cõuertitur. ⁊ ex tali cõuerſione deperdita reſtaurat ⁊ quantitatẽ auget. Sed ſpiritualis cibus nõ cõuertitur in manducantẽ ſed eũ ad ſe conuertit. vnde ꝓprius effectus hm̃õi ſacramenti eſt cõuerſio hoĩs in xp̃m vt dicat cum apoſtolo. Viuo ego iam non ego viuit vero in me xp̃s. Gal. ij. Et ad hoc ſequũtur duo effectus augmẽtũ ſcz ſpiritualis quantitatis in augmentum virtutũ ⁊ reſtauratio deperditoꝝ in remiſſione venialium vel reparatione cuiuſq3 defectus precedentis.

Queſtio.cxv.

Venialis. Utrum per peccata venialis poſſit effectus hm̃õi ſacramenti impediri. R̃n. ſm̃ Tho. et Pe. dicendũ ꝙ omnis perfectio acquirẽda impeditur per remotionẽ proprie diſpoſitionis. Effectus autem hm̃õi ſacramenti eſt vnio ad xp̃m ſiue refectio ſpiritualis. vnde ſicut per defectum naturalis maſticationis impeditur effectus alimenti corporalis: ita per defectum deuotionis actualis impeditur effectus hm̃õi alimẽti ſpiritualis. Ad hoc ergo vt ſacramentũ hoc plene effectũ ſuũ habeat in ſumẽte oportet ꝙ aſſit actualis deuotio: et q2 interdũ abſq3 mortali peccato ⁊ actualis deuotio impediri poteſt cũ3 diſtractiones varie ipſam impediant. ⁊ peccata venialia: virtutũ augmentũ tollãt abſq3 mortali peccato poteſt effectus hm̃õi ſacramenti impediri: ita ꝙ aliquis augmẽtũ gratie non conſequetur. nec tamẽ reatum peccati mortalis incurret. ſed forte reatum venialis peccati ex hoc qđ imparatꝰ accedit. Non tamen omne veniale peccatũ impedit effectum hm̃õi ſacramenti ſed ſolum illud qđ tollit actualẽ deuotionem que requiritur in hoc ſacramento.

Queſtio.cxvj.

Utrum per hoc ſacramentũ deleantur peccata venialia. R̃n. ſm̃ Tho. dicendũ ꝙ virtute Thomas. hm̃õi ſacramenti fit quedam tranſformatio hoĩs ad xp̃m per amorẽ. ⁊ hoc eſt ꝓprius effectus. Et q2 ex feruore charitatis venialia peccata dimittuntur: q2 dicto feruori ꝯtrariantur. ideo ex cõſequẽti virtute hm̃õi ſacramenti venialia delentur. ſed ſm̃ mẽſurã deuotionis. Poſſet tamen tantus eſſe feruor deuotionis ꝙ omnia peccata venialia deleret. idem dicit Pe.

Queſtio.cxvij.

Utrum deleat hoc ſacramentũ peccata mortalia. R̃n. ſm̃ Pe. dicendum ꝙ ſicut alimen Petrus. tum naturale habet ſe ad vitam naturalẽ: ſic ſpirituale ad ſpiritualẽ. Alimentũ ṽo naturale prodeſt viuenti non mortuo ſimiliter alimentũ hm̃õi ſpirituale. vnde dico ꝙ non delet peccata mortalia niſi forte oblita. idem Tho. Et qđ Gregoriꝰ dicit in collecta ſit abolitio ſcelerum ⁊ ſimilia. intelligitur ſm̃ Pe. abolitio a ſequela non a macula ſicut alimentũ corporale non ſanat vulnus ſed tollit debilitatem conſequentẽ ſm̃ Tho. dupliciter intelligi poteſt ſcz vt ſicut Inno. dicit hm̃õi locutiones ſunt improprie: q2 dicitur crimina abluere vel tollere inꝗtum ea impedit. vel ſic q2 in aliquo poteſt peccatum mortale eſſe que eius conſciẽtiam non habet. ⁊ talis ſi deuote accedit veniam conſequitur: vt. ſ. dictum eſt.

Queſtio.cxviij.

ſis a iure: vt de pueris ⁊ mulieribus ⁊ ſimilibus
cum viderit expedire. extra de officio ordi. c. eis.
alias quoqꝫ cauſas minores ⁊ ſpirituales: vt de deci
mis. de iure patro. ⁊ ſimiles. ſatis credo ꝙ poſſit
delegare non tamen laicis ſed clericis tantum. ex-
tra de iudicijs. decernimus. et. c. quanto ⁊ pecu-
niarias poteſt. immo forte debet indiſtincte dele-
gare. arg. xj. q̄ōne. j. te quidem. vbi dicitur ꝙ iudi-
cium negociorum ſibi exhibeant vacantes laici
et te nemo occupet ab iſtis ſtudijs per que ſa-
lus hominibus datur. Et ſunt verba beati petri
ad clementem.

¶ Queſtio. vj.

Item quero vtrum iudex delegatus cauſam Delegatus.
ſibi delegatam poſſit alteri delegare. Reſpō.
ſm Ray. §. iij. iudex autem regulariter nō poteſt Raymund⁹
niſi in duobus caſibus. Unus eſt ſi lis eſt coram eo
conteſtata. ſic intelligitur. extra de ſentē. ⁊ re iudi.
cum bertoldus. ⁊ arg. C. de procura. neqꝫ tutores.
Alius caſus eſt quando vniuerſitas cauſarum ali-
cuius ville vel caſtri vel eccleſie eſt alicui delega-
ta. Tunc enim poteſt vnam cauſaꝫ delegare. ff. de
iudi. cū pretor. Fallit hec regula in delegato a pa-
pa vel a principe. Ille enim poteſt totam cauſam
indiſtincte: vel partem eius alteri delegare. extra
de offi. deleg. quis. ſuper queſtionum. paſtoralis.

¶ Ille

Caſus. ¶ Ille tamen cui papa committit inquiſitionem
vel prouiſiones eccleſiꝫ de prelatis aut miniſtris
aliis faciendam: quia in huiuſmodi caſibus indu
ſtria ꝛ fides perſone cui talia committuntur eligi
videntur. ita cui committit predicare crucem excō
municare vel abſoluere aliquos diſpenſare cum
irregularibus: vel iniungere penitentias. non po
teſt ſalua delegatorum apoſtolice ſedis autorita
te. alii demandare: quia non ſibi iuriſditio ſed cer
tum miniſterium potius committitur in hac parte.
extra de offi. deleg. quoniam apoſtolica. §. ii. et. iii.
Dicit hic glo. ſuper ver. iniungere penitentias. ſic
arg. ꝙ generalis penitentiarius epiſcopi non po
teſt penitentie iniunctionem alicui delegare. Itē
fallunt omnes ſupradicte diſtinctiones in papa:
qui ex plenitudine poteſtatis poteſt delegare cau
ſas criminales ꝛ ciuiles: immo etiam ſm̄ quoſdā
inter quos ſunt. Ho. et Rau. poteſt delegare cuili
bet poteſtatem dandi omnia ſacramenta que ipſe
accepit. vide de hoc. ſ. eo. lib. titu. xxvii. de differen
tiis officiorum. q. i. quero qui ſunt. circa ſi.

¶ Queſtio. vii.

POſt hoc quero que ſunt illa que in toto excu
ſant a pena ꝛ que aggrauant vel alleuiant.
Raymund⁹ Reſpō. ſm̄ Ray. §. iiii. ſunt autem ꝛ ſequētia. Mul
ta ſunt que excuſant a pena videlicet mentis alie
natio. Talia enim que mente alienata fiunt impu
Alienate mentis. nita ſunt. Dicitur autem homo alienate mentis
tripliciter ſcꝫ per ſtuporem ſeu per mentis turba
tionem. hoc modo videtur Augu. excuſare Loth
de eo qđ filias ſuas voluit proſtituere vt viros ho
ſpites. i. angelos in ſpecie virorum liberaret. diſt.
xiiii. quod ait ſodomitis Loth. Item per furorem
xv. q. i. aliquos. Illa cauenda. et. iii. q. ix. indicas.
vbi dicitur ꝙ furoris infirmitas ad penam pecca
ti magis pertinet ꝙ̄ ad ipm̄ peccatum. Item per
ebrietatem. xv. q. i. inebriauerunt Loth filie eius.
Et hoc intelligas ſi ex toto ſint alienate mentis.
ita ꝙ in nullo ſint compotes ſui ꝛ nihil intelligāt:
alias non excuſarentur a toto ſed a tanto. Quidam
tn̄ diſtinguunt hic vtrum quis inciderit in furo
rem ex culpa ſua vel ſine culpa ſua: vt patebit in
fra eo. titu. q. xvii. vtrum ignorantia. Item excuſat
a culpa ꝛ a pena coactio: a toto ſi fuerit abſoluta:
a tanto ſi fuerit conditionalis. diſt. l. preſbyteros.
¶ Item excuſat deceptio ſi forte aliquis deceptus
per fraudem vel dolum alterius per errorem fa
cti probabilem fecit non faciendū: vel obmiſit fa
ciendum. xv. q. vi ſi ſacerdotibus. ff. de eo per quē
factum eſt. l. i. §. ii. vbi excuſatur qui propter triſte
aliquod qđ audiuit propter qđ neceſſe habuit ad
iudicium non venire non venit. Item. xxxiii. q. ii.
in lectum. ff. de iureiurā. ſi cum. Fallit tamen hoc
in his que ſunt contra fidei articulū precepta vel
prohibitiones diuinas ſine quorum obſeruantia
non eſt ſalus. In illis enim nequaꝙ̄ excuſaretur
quis per alterius fraudem vel dolum vel etiam
per ignorantiam iuris. xxii. q. ii. in ipſarum. ꝛ. xvi.
q. i. ſi cupis. vbi dicitur ꝙ non multum diſtat in vi
cio: aut decipere: aut decipi poſſe xpianum. et de
tali ignorantia dicitur. i. Cor. xiiii. Si quis igno
rat ignorabitur. vide de hoc infra eo. titu. q. xviii.
Multitudo vtrum auditores. ¶ Item multitudo non excuſat
aliquem in delictis: ſicut nec conſuetudo: nec ali
qua diuturnitas temporis. extra de ſymo. c. non
ſatis. Releuat tamen multitudo a pena tempora
li in duobus caſibus ſcꝫ cum multitudo eſt in cul
pa. vel cum delinquens habet ſociam multitudi
nem. vide. ſ. eo. li. titu. xx. de ſcandalo. q. vii. que
ro etiam hic. ¶ Dicit Inno. extra de tempo. ordi.
in glo. ſuper. c. ſane. ꝙ conſuetudo aliquando excu Innocētius.
ſat a pena temporali: vt ibi. ſed non excuſat a cul
pa vel a pena eterna. idem Bernar. in glo. ibidē.
Et addit. vel dic ꝙ conſuetudo contra ius ſcriptū
excuſat. dummodo ſit rationabilis ꝛ preſcripta:
vt extra de conſuetudi. c. vlti. in fi. ſed non contra
ius naturale vel diuinum: vt ibidem. ¶ Item ex
cuſat quandoꝙ etas vel a toto ſi eſt infans: nō do Etas.
li capax. xv. q. i. illud. et. c. relatum. et. c. per equū. ꝛ
eſt lex canonizata. ꝛ dicitur ibi ꝙ furioſus ꝛ impu
bes qui doli capax non eſt iniuriā facere non poſ
ſunt: ſiue pulſent ſiue vitium dicant. iniuriā enim
pati ſolent non facere: vel excuſat non a toto ſed a
tanto ſi eſt doli capax: vt extra de delictis pue. c. i.
vbi dicitur ꝙ etas puerilis plena eſt mendaciis:
furtis: ꝛ periuriis que tamen non puniſtur in eis
ſicut in maioribus. Alie vero etates aliquando at
tenuant ipſa peccata ꝛ penas debitas pro pecca
tis ſm̄ varietatem ipſarum etatum ꝛ eorum que
geruntur. arg. diſtinc. lxxxvi. tanta. vide. ſ. eo. lib.
titu. x. de clerico percuſſore. q. i. an liceat. Item ex
cuſat caſus: ſed diſtinctionē quam habes. ſ. lib. ii.
titu. i. de homicidio. q. xix. quid iuris. Excuſat etiā
iocandi, vel certandi facilitas. xv. q. i. illud relatū.
c. per equum. vide infra de ſenten. excōmu. q. xxxv.
poſt hoc. ver. octauo. ¶ Ut autem preter ea que di
cta ſunt ſcias in ſumma que ſunt conſideranda in
aggrauatione vel attenuatione pene ꝛ etiā in ali
quibus omnimodam excuſationem. Nota legem
canonizatam de peni. diſt. i. c. aut facta. que etiam
habetur. ff. de penis. vbi dicit̄ aut facta puniunt̄
vt furta. cedes aut dicta vt conuitia ꝛ in fide. i. infi
deles aduocationes aut ſcripta vt falſi ꝛ famoſi li
belli. Aut cōſilia ſcꝫ fraudulēta vt coniurationes:
aut conſcientia vt latronum qđ eſt cum quis ſciēs
recepit eos in domum ſuam quoſcunꝙ idest alios
ſuadendo monuiſſe ſceleris eſt inſtar. ¶ Sed hec
quatuor genera ſcꝫ facta: dicta: conſcripta: conſi Quatuor ge
lia conſideranda ſunt. vii. modis videlicet cauſa: nera delicti.
perſona: loco: tempore: qualitate: quātitate: euen
tu. Cauſa vt in verberibus que impunita ſunt a
magiſtro vel parente illata. quoniam emendatio
nis animo non iniurie gratia videntur adhiberi
puniuntur cum quis per iram ab extraneo pulſa
tur. Perſona dupliciter ſpectatur ꝛ eius qui fecit
ꝛ eius qui paſſus eſt. aliter enim puniſtur ex eiſ
dem facinoribus ſerui quam liberi: ꝛ aliter qui in
dominū parentemve auſus eſt ꝙ̄ qui in extraneū
ꝛ qui in magiſtratum ꝙ̄ qui in priuatum. In hu
iuſmodi rei conſideratione etatis quoꝙ ratio ha
betur. Locus facit vt idem ꝛ furtum vel ſacrile
gium ſit ꝛc. Et item tempus diſcernit emanſorem
ꝛ fugitiuū ab effractore vel furē diurnū a noctur
no qualitate: quia factum vel atrocius vel leuius
eſt vt furta manifeſta. Glo. que in quadruplū pu
niuntur a non manifeſtis. Glo. que in duplum di Gloſſa.
ſcerni ſolent rixa a craſſaturis expilationes a fur
tis. petulantia a violentia. quantitas diſcernit fu
rem ab abigeo. Nam qui ſuem vnam ſurripuerit:
vt fur coercebit̄. ꝛ qui gregē vt abigeus. Glo. gre
gem faciunt. x. oues vel quinꝙ vel quatuor porci.
ff. de abige. l. vlti. Euentus ſpectatur vt a dementiſ
tiſſimo quoꝙ facta. Eadem etiam ponit Hoſtien.
in rubri. de penis. §. iii. qđ quibus. Glo. hic exponit
quedam noia in ꝑdicta lege poſita dicens. emāſor
eſt qui propria voluntate diu euagatus. poſtea ad Emanſor.
caſtra reuertitur. Fugitiuus eſt qui recedit alio re
uertendi. ff. de re mili. l. deſertorem. §. emanſor.

Effractor. Effractor eſt qui carceres effringit vel aliqua loca vt inde euadat vel aliquid inde ſubripiat. ⁊ attrocior reputatur nocturnus ꝙ diurnus. ff. de effrac. l.j. ⁊ vltima. Et fures nocturni ꝙ diurni. ff. ad. l. aquil. itaqꝫ. §. lex duodecim tabularū. Rixa eſt cōflictus inter altercantes ⁊ proprie eſt inter duos fit etiam inter plures. Craſſatura vo eſt a latronibus in nemoribus illata violentia. Expilatio eſt ſubtractio rerum hereditatis iacētis anteꝙ adeatur ab herede: nec eſt ibi furtū cum hereditas nondum hꝫ dominum. ⁊ furtum fit contrectatio rei aliene inuito domino. ff. de crimine expilate hereditatis. l. ſi hereditate. Petulātia eſt cōpulſio facta per laſciuiam. ⁊ aliter punitur que fit per laſciuiam quam que fit per violentiam. Abigeus dicitur a grege abigendo ſeorſum.

¶ Queſtio. viij.

Utrum vnus homo puniri poſſit pro peccato alterius. et an aliquis puniri debeat ſine culpa ſua. Reſpon'. ſm Tho. in ſumma. q. cviij.
Thomas. arti. iiij. dicendum ꝙ pena poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſm rationem pene. et ſm hoc pena non debetur niſi peccato: quia per penam reparatur equalitas iuſtitie inꝙtum ille qui peccando nimis ſecutus eſt ſuam voluntatē patitur. vnde cum omne peccatum ſit voluntarium etiam originale: quia primus parens voluntarie peccauit. conſequens eſt ꝙ nullus punit hoc modo niſi pro eo qḋ volūtarie factum eſt. Alio modo poteſt conſiderari pena inꝙtum eſt medicina non ſolū ſanatiua peccati preteriti. ſed etiam preſeruatiua a peccato futuro ⁊ promotiua in aliquod bonum. Et ſm hoc interduꝫ aliquis punit ſine culpa ſua non tamen ſine cauſa. Sed ſciendū ꝙ ſicut in medicina corporali nunꝙ ſubtrahitur maius bonum propter promotionē minoris boni. ſed econuerſo: ita ⁊ in medicina ſpirituali. Et quia bona ſpiritualia ſunt maxima bona. Bona autem temporalia ſunt minima. ideo quandoqꝫ punitur aliquis in temporalibus bonis abſqꝫ culpa ſciliꝫ propter humiliationem vel probationeꝫ. Sed in ſpiritualibus bonis nunꝙ punitur aliquis ſine propria culpa: neqꝫ in preſenti neqꝫ in futuro: quia ibi pene non ſunt medicine ſed conſequuntur ſpiritualem damnationem. ¶ Item nota ſm Thomam
Thomas. ibidem. arti. j. ꝙ quia pena ſpirituali nunꝙ puniatur quis pro peccato alterius: quia pena ſpiritualis pertinet ad animam ſm quam quilibet eſt liber ſui. Pena tamen temporali vt predictum eſt quandoqꝫ vnus punitur pro peccato alterius triplici ratione. Primo ꝗdem quia vnus homo tripliciter eſt res alterius: ⁊ ita in penam eius ⁊ ipſe punitur ſicut filij ſunt ſm corpus quedam res patris: ⁊ ſerui ſunt quedam res dominoꝝ. Alio modo inꝙtum peccatum vnius deriuatur in alterū. Et hoc vel per imitationem ſicut filij imitantur peccata parentum. ⁊ ſerui peccata dominorum vt audacius peccēt: vel ꝑ modum meriti ſicut peccata ſubditorum merentur peccatorē prelatum. ſm
Job. xxxiiij. illud Job. xxxiiij. qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. vnde ⁊ pro peccato dauid populum numerantis populus iſrael pu
ij. Reg. vlti. nitus eſt. vt habetur. ij. Regū vltimo. Siue etiam per aliqualem conſenſum ſeu diſſimulationem. Sic etiam interdum boni ſimul puniuntur cum malis: quia eorum peccata non redarguerunt. vt
Auguſtinus Augu. dicit in primo lib. de ciuitate dei. ¶ Tertio ad commendandū vnitatem humane ſocietatis ex qua vnus homo debet pro alio ſollicitus eſſe ne peccet. Et ad deteſtationem peccati dum ſcilicet pena vnius redundat in omnes quaſi omnes ſint vnum corpus: vt Auguſti. dicit de peccato Achor. Item nota ſm Tho. ibidem. art. ij. ꝙ ſm humanū iudicium nunꝙ debet aliquis puniri ſine culpa ſua pena flagelli: vt occidatur: vel mutiletur: vel verberetur. Pena autem damni punitur aliquis etiam ſm humanū iudicium ſine culpa ſua ſed nō ſine cauſa. Et hoc tripliciter. Uno modo ex hoc: qḋ aliquis ineptus redditur ſine culpa ſua ad aliquod bonum habendum vel conſequendum: ſicut propter vitium lepre aliquis amouetur ab adminiſtratione eccleſie. Et propter bigamiam vel iudicium ſanguinis aliquis impeditur a ſacris ordinibus. Secundo quia bonum in quo damnificat non eſt proprium bonum: ſed cōmune ſicut qḋ aliqua eccleſia habeat epiſcopatū pertinet ad bonuꝫ totius ciuitatis. non autem ad bonum clericoruꝫ tantū. Tertio quia bonum vnius dependet ex bono alterius ſicut in crimine leſe maieſtatis. ſilius amittit hereditatem pro peccato parentis. et punitur etiam pena infamie vt. vj. q. j. Si quis cum
militibus. Hic concordat Ulri. li. vj. tractatu. iiij. Ulricus.
c. xix. §. et licꝫ pena ⁊ duobus ſequentibus. ¶ Ad-
dit hic Ray. §. vj. ſequitur vtrum. dicens pena au- Raymund⁹
tem ſpirituali ſciliꝫ excommunicationis: nunquid debet puniri vnus pro alio. xxiiij. qōne. iij. ſi heres. Quidam tamen dicunt ꝙ propter enormitatem delicti poſſet excōmunicari etiam maiori excommunicatione. familia pro peccato domini vel ciuitas aut caſtrum. arg. predicti. c. ſi heres. verſi. niſi
grauiſſime cōmoueret. vbi dicit Augu. ꝙ non au- Auguſtinus
deret pro peccato vnius excommunicare. alterum niſi grauiſſime cōmoueretur. Sed dic ꝙ modus eſt loquendi ſicut ſolent homines dicere. Non facerem ego tale quid niſi eſſem extra meipſuꝫ. Sic etiam exponit Hoſtien. extra de penis. in glo. ſuper. c. in quibuſdam. Uel qḋ ibi innuit Augu. non qḋ fieri debeat ſed quia de facto aliquando fit. cū homines ſunt turbati. vnde idem Auguſti. ſolent quippe homines recētioribus factis turbulētius excitari. xxiiij. qſtione. v. c. ij. Pena vero ſpirituali que dicitur interdictum ſepe punitur familia ciuitas vel etiam tota prouincia pro peccato domini. ⁊ hoc propter magnitudinē peccati. ⁊ quia aliter non poteſt compelli ad ſatiſfactionem. extra de ſponſalibus. c. non eſt nobis. Aliquando etiam remouetur familia ab oblationibus altaris pro peccato domini. xvij. qſtione. iiij. miror. vide infra queſtione proxima.

¶ Queſtio. ix.

Item quero ex ꝗbus cauſis aliquis puniatur
in hac vita. Rn̄. ſm Ray. §. vij. qd ergo. Quā- Raymund⁹
tum ad rationalia deus ꝗnqꝫ cauſis punit aliquos in hac vita. Et notant iſte cauſe in iſtis verſibus. Eſt qui torquetur ne faſtus ei dominetur. Ut paulus cui datus eſt angelus ſathane ne magnitudo reuelationū eum extolleret. ij. Cor. xij. eſt qui torquetur vt purius inde ꝓbetur. vel ſic. vt ei meritū cumuletur: vt Job ⁊ Thobias ⁊ multi alij. Eſt qui torquetur deus vt ſic glorificetur: vt cecus natus. de quo dn̄s ait. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parētes ei⁹
ſed vt manifeſtent opera dei in illo. Jo. ix. Eſt qui Johan. ix.
torquetur vt perpetuo crucietur: vt herodes. Act.
xij. Et ſodomite. Geñ. xix. Dathan ⁊ Abiron. Nu- Geñ. xix.
meri. xvj. ⁊ ſimiles. Eſt qui torquet vt crimine pu-
rificet: vt maria ſoror moyſi. Numeri. xij. Et filij Nume. xij.
iſrael ⁊ cotidie multi xp̄iani quos deus flagellat vt cōuertantur. Qḋ aūt paruuli aliquando puniūtur tēporaliter cum parētibus: vt patet in paruulis ſodomitarum. hoc ideo fit vt dicit Tho. vbi. ſ. arti. iij.

Thomas. ar.iij.q: ſunt res parentū.ꝛ ideo in eis puniuntur
ꝛ inſuper hoc in eoꝝ bonum cedit.ne ſi ſeruarent
eſſent imitatores paterne malicie.ꝛ ſic grauiores
penas mererent.Jtē qḋ animalia bruta ꝛ queq; ir-
rationabilia morte per vindictam perduntur vel
anathematizant: vt alalia amalechitarum iuſſa
j.Reg.xvj. ſunt interfici.j.Reg.xvj.Et theſauri iericho ana-
Joſue.vij. thematizati ſunt.Joſue.vij.hoc vt dicit Tho.ibi-
dem.factum eſt in deteſtationē peccati.ꝛ per hec
Raymund⁹ illi puniti ſunt quoꝝ res fuerunt.Jdē Ray.addit
etiam ibi cauſam miſticam. Similiter ꝛ pecunia
ſymonis dānata eſt in deteſtationē peccati.dicen-
te Petro.pecunia tua tecum ſit in perditionem.
Actuū.vij. Act.vij.hec omnia ſatis plene tractant.j.q.iiij.per
totum.ꝛ precipue in.§.contra dñs ad moyſen.vſq;
in fi.q̄ſtionis.Nota etiam hic ꝑpter cōtinuationē
materie ſex caſus ſm Ray.§.viij. not.etiam. Jn
quibus aliquis punitur cotidie iuſte ac licite ſine
Verſus. culpa ſed non ſine cauſa. vnde v̄ſus. Paupertas:
odium:fauor: ꝛ vitiū:ſcelus:ordo. Perſonas ſpo-
liant ꝛ loca iure ſuo. ¶ Nam propter paupertatē
eccleſia que ꝯſueuit habere epm̄ perdit ipſū.3.xvj.
q.j.c.ꝛ temporis.¶ Propter odiū vel crimen con
tractum ex eo qḋ occiderit duos epos ꝑprios ſuc-
ceſſiue:vel forte ex alia ſimili cauſa ita enormi per
dit ipſa eccleſia epm̄.xxv.q.ij.ita nos.Jtem ꝑpter
Cōſtantino- fauorem conſtantinopolitane ciuitatis quam con
polis. ſtantinus cōſtituit quaſi nouam romā transferēs
ſe ad illam fuit datus eccleſie cōſtantinopolitane
primus locus poſt romā.ꝛ amiſit eū alexādrina.
diſt.xxij. renouantes. Jtem propter vitium lepre
remouetur prelatus ab adminiſtratione eccleſie.
extra de clerico egrotan.c.tua nos. debent tamen
iuxta facultates eccleſie ſibi neceſſaria q̄diu vixe
rit miniſtrari vt ibidē dicit. Jtē ꝑpter ſcel⁹ patris
vel domini familia ſpoliat cōmunione vt dictum
eſt q̄one precedenti. Et pro peccato monachi vel
monache pro quo retruditur in aliud cautius mo
naſteriū perdit primū monaſteriū res quas illius
perſone occaſione fuerat cōſecutū ſaltem ad tem-
pus vite iſtius.vide de hoc.ſ.lib.j.titu.vij.de apo
ſtatis.q.iiij.qualiter redeuntes.ꝛ.q.xv.ſed quid ſi
fine.¶ Propter ſacerdotij ordinem ſeruus aufert
domino.vide de hoc.ſ.eo.li.tit.xvij.de ſeruis non
ordinandis.q.ij.quid iuris. Rationes horum ca-
ſuum melius habes q̄one precedenti. ¶ Ex predi
ctis etiam patent cauſe quare dñs aliq̄ puniuit ꝛ
punit hodie etiam creaturas aliquas tam ratio-
nabiles q̄ irrationabiles lȝ non peccauerint.vel ſi
vis q: iudicia dei abyſſus multa in talib⁹ que du-
bia tibi ſunt obſcura.dic cum apoſtolo.O altitu
Roma.xj. do diuitiarū ſapientie ꝛ ſcientie dei ꝛc.Ro.xj. Jtē
cum Augu. Si ratione facti profunditatē iudicij
dei penetrare nō poſſumus manifeſtiſſime tamē
ſcimus veruȝ eſſe qḋ dixit ꝛ iuſtum eſt quod fecit.
xxiij.q.iiij.de tyrijs.

¶ Queſtio.x.

Quam intentionem iudex habere debeat in
puniendo.ꝛ an poſſit penam augere vel mi
Raymund⁹ nuere. Rñ.ſm Ray.§.ix.in ſum. dicendum q̄ ſiue
iudex puniat ſiue abſoluat ſemꝑ debet facere pro-
pter correctionem. Augu.ꝛ plectendo ꝛ ignoſcen-
do hoc ſoluȝ bene agitur vt vita hominū corriga-
tur. xxiij.q.v.prodeſt. Et vt dicit Hoſtiē. in rubri.
de penis.§.iij.quot ſint.ver.ſed nunq̄d perſonalis
hoc verbum Augu.generaliter verum eſt.quantū
pertinet ad correctionem hominū:ideo quādoq;
augmentatur pena ex cauſa.ꝛ quādoq; diminuit.
vide infra eo.titu.q.xiij.Quero ꝛc.

¶ Queſtio.xj.

Quid ſi aliquis ſemel punitus eſt pro aliquo
crimine. Rñ.ſm Ray.ibidem. Qui ſufficiē
ter punitus eſt pro aliquo crimine nō debet ei pro
eodem alia pena infligi:q: nō iudicabit deus bis
in idipſum:vt dicitur Naum.ij.Et nemo debet du Naum.ij.
plici cōtritione conteri.extra de iudi.at ſi. Multa
tamen cōtraria poſſent hic aſſignari.in q̄bus pro
eadem culpa imponitur duplex vel multiplex pe-
na:vt.v.q.vj.c.quia iuxta.ibi ſubdyacon⁹ deficiēs
in accuſatione dyaconi caret officio ad ſacerdotiū
non aſcendit infamis ſit verberibus caſtigatur.et
extra de falſarijs.c.ad falſariorum. vbi dicitur q̄
falſarius degradatus curie traditur.ꝛ omni bene
ficio priuatur ꝛ alia q̄plura.Sed omnia illa in-
tellige q̄ſi vna pena per ſe non erat ſufficiēs.

¶ Queſtio.xij.

Qualis ordo tenendus ſit in penis imponen-
dis.ꝛ quam penam iudex potius impone-
re debeat. Rñ.ſm Ray.ibidem cum clericus pu- Raymund⁹
nitur pro contumacia debet pena incipere ab excō
municatione minori. Deinde creſcente contuma-
cia debet anathematizari.deinde deponi. vbi v̄o
punitur pro crimine ꝛ crimen exigit.debet primo
deponi ꝛ non vltra ſi eſt corrigibilis. Si v̄o eſt in-
corrigibilis poſt depoſitionē debet excōmunicari
minori excōmunicatione.deinde creſcente contu-
macia anathematizari.ſi hoc non prodeſt. exinde
per ſecularem compellēdus eſt poteſtatem. ita q̄
ei deputetur exilium vel alia pena legitima infe-
ratur. Jſte eſt ordinarius proceſſus niſi vbi crimē
eſſet adeo enorme qḋ non ſufficeret vna pena:tunc
enim imponerentur ſimul due vel plures. vt.ſ.q.
proxima.ꝓbatur iſte proceſſus.xxiij.q.iiij.forte. ꝛ
extra de iudicijs.c.cum non ab homine. Jtem ſem
per ab initio vbi plures pene taxate ſunt:vel ar-
bitrio iudicis pena relicta eſt:debet iudex illā pe-
nam imponere que magis timeri debeat.ad alte-
ram nihilominus proceſſurus. Si hoc ꝓteruitas
exegerit cōtumacis.extra vt lite non cōteſtata.q̄m
frequenter.in fi. Jtem de his de quibus abſolutus
eſt accuſatus non debet accuſatio replicari. extra
de accuſa.de his.xxiij.q.iiij. ſi illic. De hoc etiam
Hoſtien.plura dicit in ſumma.lib.v.rubri.j.de ac Hoſtienſis.
cuſa.§.v.quis ſit effectus.ſub.§.ſed numquid peni-
tentia. Et rubri.xxxiiij.de purga.cano.c.penul.

¶ Queſtio.xiij.

Quero hic circa penas an milites ꝛ alij dñi
vel iudices poſſint retinere emendas quas
leuant ſm conſuetudinem ſuam vel aſſiſias terre
ab illis inter quos iudicant Et ab illis qui in fore
ſtis ſuis ꝛ defenſis delinquūt cum pena multo ſit
maior q̄ damnū illatū. Rñ.ſm glo.hic ſuper ver. Gloſſa.
illam penam.tam milites q̄ eccleſiaſtice perſone
emendas quas leuant ſm ꝯſuetudines legitimas
ꝛ ſm iudicia regionis retinere poſſunt.etiam in
vſus ſuos expendere. nec peccant quando in hac
parte ſubeſt cauſa:ꝛ ſeruat iuris ordo.nec eſt cor-
rupta intētio vt propter zelum iuſtitie hoc faciāt
niſi propter cupiditatē.alſ peccant. Non obſtat
q̄ pena quādoq; excedit damnū in magna quanti
tate:q: pene huiōi nō ſolum propter intereſſe ſed
etiam propter crimina coercenda ſtatute ſunt.tñ
temperande ſunt penſatis circunſtātijs negocioꝝ
ꝛ perſonarū:q: culpa eſt totam proſequi culpam.
ꝛ iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit
miſericordiā. Jaco.ij. vnde non ſunt laxande habe Jacobi.ij.
ne:maxime militibus in hac parte in conſilio ani
marum:q: freno indigent quo ad hoc. Securius
tamen eſſet huius emendas in pios vſus erogare.
vide infra q̄one proxima.

¶ Queſtio .xiiij.

Goffredus. Q Uero etiam vtrũ pena perſonalis cõmuta-
ri poſſit in pecuniariã. R̃n. ſm Gof. lib. v.
titu. xxxvij. de penis. circa prin. dicendũ ꝙ non. q2
nõ ſunt puniẽde res pro delictis: vt in aut. de man.
prin. §. oportet. coll. iij. extra eo. c. licet. xvj. q. vj. il-
lud. Caſualiter tñ pena in perſonã inferẽda cõuer
titur in penã pecuniariã: vt extra de raptoribꝰ. in
Hoſtienſis. archiepatu. extra de iudeis. poſtulaſti. ſed Hoſti.
lib. j. rubri. xxxj. de offi. ordi. §. iiij. q̃d pertinet. ver.
ſolutio ⁊ ſeq. ſic diſtinguit. Si quis accuſatꝰ ſit cõ-
uictus ⁊ certa pena reperitur in iure. illa infligen
da eſt nõ mollior vel durior. alioqñ iudex infamis
fit. C. de vi. publi. ſeu priuata. l. ſeruos qui. in fi. qđ
intelligo niſi cauſa ſubſit. alioqñ ↄtra. ff. de penis.
Bernardꝰ. l. reſpiciendũ. Dicunt tñ Ber. ⁊ Inno. extra de pe-
Innocẽtius. nis. in glo. ſuper. c. licet. ꝙ pena ſcripta ſeu ſtatu-
ta ſup aliquo crimine in aliã cõmutari nõ poteſt:
niſi ab eo qui ſup crimine illo poteſt diſpẽſare. ex-
tra de offi. delega. c. de cauſis. vbi vero certa pena
ſtatuta non eſt vel ex officio mero ⁊ puro inq̃ritur
iudex ꝓcedere debet eq̃tate ſeruata. Semp in hu-
maniorẽ partẽ declinãdo ſm ꝙ perſonas cauſas
loca ⁊ ipſa tp̃a viderit poſtulare. extra de tranſac.
ex parte. Non tñ debet leuare pecuniã ex auaricie
fomite. qđ intelligo fieri qñ ſibi retinet: niſi forte
vt ſtatutũ eſt. Si q̃s tale q̃d cõmiſerit tm̃ ſoluat.
tunc enim poteſt leuare ⁊ ſibi retinere. ſic loq̃tur
ſm quoſdã. extra de offi. ordi. dilectꝰ. ⁊ extra de de
licto pueroꝝ. Referẽte. hec Hoſti. ⁊ concordat cũ
eo Ber. ¶ Verũtamen tale ſtatutũ nõ videtur ra-
tionabile: q2 ſicut idem Hoſti. dicit li. j. rubri. iiij.
de cõſuetudine. §. iiij. qualiter ꝓbari. ver. vlti. per
talia ſtatuta inducunt̃ holes ad homicidia ⁊ alia
crimina cõmittẽda. Talis em̃ nõ timet penã pecu
nie qui ſuſpẽdio terreret̃. Ad hoc inſti. vi bo. rap.
§. ſed ne dũ talia. ¶ In q̃buſdã ciuitatibus ⁊ oppi
dis theutonie rationabiliter cõmiſſum eſt hoc cõ
ſulibus vel certis perſonis: vt ſm quantitatẽ ⁊ cõ
ditionẽ exceſſuũ ⁊ perſonarũ ſaluis penis antiq̃s
⁊ inſtitutis ac ſentẽtijs iudicũ pena pecuniaria vel
alia puniant delinquẽtes. ⁊ ꝑcipue violentias aut
iniurias verboꝝ ⁊ hmõi. Tales enim iniurie pro-
pter nimiã diuerſitatẽ ad vnã penã certam reto2
queri nõ poſſunt. Et ideo pene diuerſitas coꝝ ar-
bitrio eſt cõmiſſa. vide. ſ. eo. ti. q. x. qđ intentionẽ.

¶ Queſtio .xv.

Hoſtienſis. V Trum pena pecuniaria cõmutari poſſit in
perſonalẽ. R̃n. ſm Hoſti. in rubri. de penis.
§. iij. qđ ſint. ver. vlti. dicendũ ꝙ ſic. ſ. q̃ñcunq3 dã-
nati inopes inueniuntur. Hoc enim regulare eſt.
xij. q. ij. fraternitas. xiiij. q. vj. ſi res aliena. Idem
dicit Goffre.

De ignorantia. Rubricella.

Q Uia ignorantia vt premiſſum eſt penã
vel annihilat vel attenuat: ideo cõſequẽ
ter hic dixi aliqua de ignorãtia perfe-
ctius declaranda.

¶ Queſtio .xvj.

Thomas. E T primo quero vtrum ignorãtia ſit peccatũ.
R̃n. ſm Tho. in ſumma in prima parte. ij. q.
lxxvj. arti. ij. dicendũ ꝙ ignorãtia differt a neſcien
tia: q2 neſciẽtia dicit ſimplicem ſciẽtie negationẽ.
vnde cuicunq3 deeſt aliqua rerũ ſcientia poteſt dici
Dionyſius. neſcire illa ſm quẽ modũ Diony. in angelis neſciẽ
tiam ponit. vj. c. eccleſiaſtice hierarchie. Ignorãtia
vero importat ſciẽtie ꝓuationẽ dum ſc3 alicui deeſt
ſcientia eoꝝ que aptus natus eſt ſcire. hoꝝ autem
quedã aliquis tenet̃ ſcire ſc3 illa. ſine quoꝝ ſciẽtia
non poteſt debitũ actum recte exercere. vnde oẽs
tenẽtur ſcire cõiter ea que ſunt fidei ⁊ vniuerſalia
iuris precepta. Singuli aũt ea que ad ſtatum eoꝝ
vel officiũ ſpectant tenẽtur ſcire. Que aũt ſint illa
vide. ſ. eo. lib. titu. v. de prudentia ordinãdi. q. ij. ad
pleniorẽ. Quedã vero ſunt que ⁊ ſi aliquis natus eſt
ſcire nõ tñ tenetur ea ſcire. ſicut theoremata geo-
metrie: ⁊ cõtingentia ſingularia niſi in caſu. Ma
nifeſtũ eſt autem ꝙ quicunq3 negligit habere vel fa
cere qđ tenet̃ habere vel facere peccat peccato ob-
miſſionis. vnde ꝓpter negligentiã ignorãtia eoꝝ
que quis ſcire tenetur eſt peccatũ. Non autem im-
putatur homini ad negligentiã. ſi neſciat ea que
ſcire nõ poteſt. vnde hoꝝ ignorãtia inuincibilis di
citur que ſc3 ſtudio ſuperari nõ poteſt. ⁊ ꝓpter hoc
talis ignorantia cum nõ ſit volũtaria eo qđ nõ eſt
in poteſtate noſtra eam repellere nõ eſt peccatũ.
Ex quo p3 ꝙ nulla ignorantia inuincibilis pecca
tum eſt. ignorãtia autem vincibilis eſt peccatũ3 ſi
ſit eoꝝ que quis ſcire non tenetur. ¶ Et ſi dicis ſi
ignorantia eſt peccatũ: ergo q̃ñdiu manet ignoran
tia ſemp peccat. R̃n. ſm Tho. ibidem. arti. v. Cũ3
ignorãtia pertineat ad peccatũ obmiſſionis. igno
rans non continue actu peccat. Sed ſolũ quando
eſt tempus acquirendi ſcientiã quã habere tenet̃.

¶ Queſtio .xvij.

V Trum ignorãtia excuſet a peccato ⁊ quãdo
excuſet a toto ⁊ qñ non. R̃n. ſm Vlri. ſicut le Vlricus.
gitur ſuper ſcđo ſniarum. diſti. xxij. Et concordat
cum hoc ſatis in lib. ſuo. vj. trac. ij. c. iij. dicendũ ꝙ
duplex eſt ignorãtia. q2 quedã vincibilis. quedam
inuincibilis. Item eſt quedã ignorãtia iuris. que- Ignorantia
dam facti. hoc eſt ꝙ philoſophi diſtinguũt igno- iuris.
rantiã vniuerſalẽ ⁊ particularẽ. Ignorantia vniuer
ſalis ſiue iuris eſt vt ſi aliquis neſciret furtum eſſe
peccatũ vel aliquid hmõi. Hec ergo aut eſt oĩno
inuincibilis. i. inuoluntaria: q2 ſcire non poteſt: vt
patet in pueris ⁊ ſtultis a natiuitate. et tunc excu-
ſat a toto. Similiter etiã ſi quis de aliquo agendo
dubio. magis peritos conſulit de quo nullã habet
auctoritatẽ expreſſam. vtrũ ita ſit vel non. dũmodo
formet ſibi bonã cõſcientiã poſtq̃ magis peritos
ↄſuluerit. etiam ſi res aliter ſe habet q̃ ipſe ſentit
excuſatur. fecit enim qđ potuit. Deus autem nihil
requirit impoſſibile ab hoie. ſi autem homo inci-
dit in hanc ignorãtiã inuincibilẽ hoc erit. aut per
opus licitum: vt ſi per vigilias ⁊ abſtinẽtias ⁊ hu-
iuſmodi aliquis inſanus factus eſt: ⁊ tunc excuſat̃
a toto. etiã ſi furoris exceſſus peccatũ veniale fuit
aut incidit ex culpa ſua: ⁊ tunc dicunt quidã ꝙ pec
catum ſequẽs excuſatur a toto. ſi nullũ habet vſu3
rationis. ⁊ hoc eſt ꝓbabilius ⁊ verius. Et cõſentit
cum hoc Ray. §. iiij. ſunt autem multa. ⁊ Augu. et
Ambro. cum hoc concordare videntur. xv. q. j. ali-
quos. Illa cauẽda. Alij autem dicunt ꝙ excuſatur
a tanto non a toto. ar. pro his. d. l. ſepe. xv. q. j. §. ſed
hoc. ¶ Scđm canones tamen oĩbus talibꝰ. Si li-
berati fuerint eſt penitẽtia imponenda. S3 leuior
q̃ ſi ſani tale quid cõmiſiſſent. xv. q. j. ſi quis in-
ſaniens. fit autem hoc ad cautelã. ⁊ ne diſciplina
eccleſie deſerat̃. Simile habes. xxxiij. qõne. ij. in
lectũ. vbi imponitur penitẽtia ad cautelam cuidã
qui ſororem vxoris ſue cognouit ignorans. Item
xxiij. q. v. excõmunicatoꝝ. hec Ray. ⁊ Vlri. Nota Vlricus.
etiam quod dicit hic glo. ſuper ver. inuincibilis.
ꝙ in habẽtibus vſum rationis quo ad ea ſine qui-
bus non eſt ſalus nulla ignorãtia eſt inuincibilis
ſimpliciter ⁊ omnino: q2 ⁊ ſi non inueniret hoiem
a quo doceretur vnctio doceret eu3 niſi ſtaret per
ipſum. ¶ Si autem hec ignorantia iuris eſt oĩno

volũtaria

voluntaria hec in nullo excuſat: immo eſt ſpeciale pctm̄. Si aūt non ſit ignorantia affectata ſed ſimplex: puta quia negligit diſcere: hec excuſat a tāto non a toto. ¶ Si vo ſit ignorantia facti ſiue ꝑticularis vt ſi neſcit hanc rem quā tollit eſſe alienam vel neſcit hanc mulierē ſuā non eſſe: ⁊ ſimilia. hoc pōt eſſe dupl'r: q: vel ignorantia eſt cauſa facti vt ſi ſciret hāc circunſtantiā trahentē pctm̄ nō faceret actum. Cuius ſignum eſt ꝙ poſt ea dolet qñ intelligit pctm̄. Hec excuſat a toto ſi pmiſſa debita eſt diligētia. Exemplū de iacob qui cognouit Lyam putans eſſe Rachel. Si aūt non eſt adhibita debita diligentia: excuſat a tanto non a toto: vñ factū Lamech qui occidit Caym putans ſe feram occidere: vel ignorantia eſt concomitans factum. ſ. qñ ignorās facit tñ ſi ſciret circūſtātiā pctī nihilominus faceret. Cuius ſignum eſt: ſi poſtea ſciens circunſtantiam pctī non dolet. hec ſilr non excuſat. Satis cum oībus ſupradictis concordant Pe. in ſcrip. ſup. ij. ſenten. diſt. xxij. Et Tho. in ſcrip. ⁊ in ſumma. in pma pte. ij. q. lxxvi.

Ignorantia facti.

Jacob.

¶ Queſtio. xviij.

Utrum auditores diuerſorum magiſtroꝝ tenentium diuerſas opiniones excuſent a peccato erroris: ſi opiniōes magroꝝ ſuoꝝ tenēt. Rñ. ſm Tho. in quadam qōne de quolibet dicendū ꝙ diuerſe opiniōes doctoꝝ ſacre ſcripture ſiquidem non ptineant ad fidem ⁊ bonos mores abſqꝫ periculo auditores vtrāqꝫ opinionez ſequi pñt. hoc nō habet locū qd̄ apls dicit. Ro. xiiij. Unuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu abundet. In his vo que ptinent ad fidez ⁊ bonos mores nullus excuſat: ſi ſequat erroneaz opinionē alicuius magri. In talibus em̄ ignorātia non excuſat alioqn īmunes a pctō fuiſſent q ſecuti ſunt opinionē arrij: neſtorij: ⁊ alioꝝ hereſiarchaꝝ. Nec pñt excuſationē habere ꝓpter ſimplicitatez ſi in talibus opinionē erroneam ſequant. In reb⁹ em̄ dubijs nō eſt de facili preſtandus aſſenſus. Sz vt dicit Augu. in. iij. lib. de doctrina chriſtiana conſulere debet qs regulam fidei quā de ſcripturarū planioribus locis ⁊ eccłie autoritate ꝑcepit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius magri ꝯtra manifeſtum ſcripture teſtimoniū ſiue etiam ꝯtra illud qd̄ publice tenet ſm eccłie autoritatē: non pōt ab erroris vitio excuſari. Nota etiā ꝙ monaldus in ꝓlogo ſumme ſue dicit ꝙ non gñatur aliquod preiudicium erga veritatis ſniam cū inter diuerſas opiniones a magris ⁊ approbatis doctoribus ſcriptꝭ autenticis annotatas illā opinionē quis amplectitur que ſibi magis videt ꝯſona rōni. Cōcordat etiā cum his glo. vvil. vt patebit infra titu. xxi. q. lxxxvi. ſed querit. Et Ulricus vt ſatis colligit. ē. q. proxi. ṽ. ignorantia vlrs. Hoſti. etiam extra de cogna. ſpiri. in glo. ſuper. c. ſi vir. dicit. qd̄ vbi diuerſe opiniones ⁊ diuerſa iura ſemꝑ humanior eſt preferenda. i. rōnabilior: imo ⁊ equior. extra de trāſac. c. ſi. vbi vo vtraqꝫ humana eſt parti maiori ſtandū eſt ⁊ ſanior. Uide ēt de hoc. ē. c. ti. vij. poſt h q̄ro.

Thomas.

Ro. xiiij.

Auguſtin⁹.

Monaldus

Gloſſa.

¶ Queſtio. xix.

Utrum ꝯſcientia erronea obliget hominem ad faciendū vel omittendum id qd̄ cōſcientia dictat. Rñ. ſm Pe. ſuper. ij. ſenten. diſtin. xxxix. dicendum ꝙ ſic. Quia credens ſe ad aliquid teneri ⁊ non faciens incurrit contēptum. Idem patet ad Ro. xiiij. Omne qd̄ nō eſt ex fide peccatū eſt. Glo. omne qd̄ fit contra cōſcientiam edificat ad gehennam. Item Luc. xi. Si oculus tuus neq̄ fuerit: totum corpus tuum tenebroſum erit. Manēte ergo conſcientia erronea homo perplexus eſt. Non tñ ſimpliciter perplexus: q: poteſt ⁊ debet deponere talem conſcientiam vel per ſe vel per alterius conſilium. Concordat his Tho. in ſumma in prima parte ſecunde. queſtione. xix. arti. quinto ⁊ ſexto.

Petrus.

De ſententia precepti diffinitionis [illegible] excōicationis.

Titulus. xx[illegible]

Dictum eſt [illegible]a multipliciter de crimini[illegible] circūſtantijs eorūdē. Sed quia hec per ſententiam terminātur Ideo generalis eſt titulus de ſententijs ſupponendus. Et quātum ad preſentem ſpectat materiam triplex eſt ſentētia. videlicet precepti diffinitionis ⁊ excōicationis. Et d̄ ſingulis harum aliqua ſunt videnda.

¶ Queſtio. j.

Primo ergo quero quid ſit ſententia precepti et que in eo ſunt cōſideranda. Rñdeo ſecundum Ray. eo. titu. circa principiū. Sententia precepti. dicitur cum maior aliquid precipit minori. Circa quod tria ſunt conſideranda. primū in qbus attenditur maioritas. Secunduz in quibus conſiſtat obedientia. Tertium de virtute ſiue de neceſſitate precepti.

Raymūd⁹.

¶ Queſtio. ij.

In quibus conſideratur maioritas. Rñdeo ſecundum Ray. ibidem. Maioritas attendit in prerogatiua ordinis conſecrationis diſpenſationis. ideſt adminiſtrationis ⁊ antiqtatis. extra de electione. capitu. Dudum. prerogatiua ordinis preſbiter eſt maior dyacono. diſtin. xciij. Legimus in fine. extra de maio. ⁊ obedientia. capi. Statuimus. prerogatiua cōſecrationis. epiſcopus eſt maior preſbitero. diſtin. xcv. Olim. ⁊ capi. Epiſcopus in eccleſia vbi dicitur ꝙ in conſeſſu preſbiterorū ſublimior ſedeat epiſcopus infra domum vero collegam eorum ſe eſſe cognoſcat: prerogatiua diſpēſationis archidyacon⁹ eſt maior archipreſbitero. diſtin. xxv. cap. Perlectis. vbi dicitur ꝙ archipreſbiter ſubeſt archidyacono ⁊ eius preceptis obedire debet. prerogatiua antiqtatis maior eſt q prius fuit ordinatus vel alios precedit tempore vel etate. diſtinc. lxxv. capi. Ordinationes. ⁊ extra de maiori. ⁊ obedientia capi. j. ⁊ in preallagata decreta. Dudum. Concordat etiam his Hoſtien. lib. j. rubri. xxiij. de officio archidyaco. §. j. Quis dicat. Et rubri. xxxiij. de maio. ⁊ obedien. §. j. In quibus conſiſtat. Et ibi addit quintum modum qui attendit in prerogatiua ordinātis. quia ordinatus a ſuperiore inter alios eiuſdem ordinis magis eſt honorandus. vt extra de ma. ⁊ obedi. capi. Per tuas.

Idem.

Hoſtienſis.

¶ Queſtio. iij.

In quibus conſiſtat obedientia. Rñdeo ſecundum Ray. ibidem obedientia conſiſtit in tribus. ſcilicet in reuerentia. iudicio ⁊ precepto. Reuerentia debetur ei qui precedit ordine vel antiquitate. Inferior enim in talibus debet ſeniori reuerentiam. ſcilicet vt aſſurgat ei. cedat ei. dando primum locum in choro. In menſa in ſedendo. In eundo. ⁊ huiuſmodi niſi maior diſpenſatio ſit cōmiſſa minori ordine vel antiquitate vt archidyaconatus archidyaconis. Tunc enim nō tantū preſbiteri ſed etiam archipreſbiteri debent reuerentiā archidyacono. diſtin. xxv. Perlectis. Obedientia iudicij ⁊ precepti debentur tantum ei qui preeſt cōſecratione vel diſpenſatione. glo. epiſcopus preeſt

Raymūd⁹.

conſecratione ceteris inferioribus. archidyacon⁹
preeſt archipreſbitero diſpēſatione. Sententia em̄
a non ſuo iudice lata nulla eſt. extra de iudicijs. ac
ſi clerici. ⁊ idē in precepto. vij. q. j. Quia frater. Idē
Hoſtien. in rubri. de maio. ⁊ obedi. §. ij. In quibus
obedientia. Nota que ſint illa per que plena ſub-
iectio declaratur. extra de ſenten. ⁊ re iud. Cum in-
ter. et extra de officio ordi. Conquerēte tā in textu
ꝙ in gloſſis.

℄ Queſtio. iiij.

Anteq̄ ſpecialiter ad obedientiam prelato-
rum deſcendam. primo quero vtrum homo
voluntatem ſuam ſemper teneatur diuine volun-
Petrus. tati conformare in volito. Rñdeo ſecundū Pet.
in ſcriptis ſuper primū ſententiarū. diſtin. xlviij.
dicendum ꝙ ſenſualitati non tenemur conforma-
ri nec voluntati naturali quia determinata eſt ad
vnum. voluntas autem deliberatiua duplex eſt.
Quia quedam cōditionata hac non tenemur con-
formari. Nec enim volendo contrariū conditio-
naliter diſcordamus quia hoc non eſt velle ſimplr.
Sed voluntate abſoluta tenemur conformari ī vo-
lito. Sed non in quocūq;. aut em̄ ignotū eſt nobis
et tunc non tenemur illud velle. aut eſt nobis notū.
Et tunc diſtinguendū eſt: quia aut deus non vult
illud abſolute ⁊ ſimpliciter vt ſententiam commi-
nationis quam aliqñ mutat quando merita mutā-
tur. ⁊ hoc nō tenemur velle: aut deus vult illud ab-
ſolute. Et hoc aut congruit nobis velle aut nō. Ali-
quando etiam ſecundū Augu. aliqd vult deus qd
non congruit nos velle: vt patrem mori: ⁊ aliqñ
congruit vni velle aliqd quod non congruit alteri
Illud ergo quod deus vult ⁊ congruit nobis bonū
eſt in ſe ⁊ bonū eſt nobis. vnde deus vult nos illud
velle ⁊ ideo tenemur velle illd. illud vō qd non cō-
gruit nobis q̄uis ſit bonum in ſe non tamen quo
ad nos. ideo nō vult deus illud nos velle. vnde nō
tenemur illud velle. vnde ſuper illud pſal. Rectos
decet collaudatio. gloſſa dicit. Congruit vt quod
deus vult te velle tu velis. Satis concordat his
Tho. in ſumma in prima parte ſecunde. q̄ſtio. xix.
arti. x. quia dicit ꝙ tenemur conformari formalr.
ſcilicet ꝙ homo velit in communi iuſtitiam dei ⁊
ordinem nature ſeruari. Sed materialiter confor-
mari non tenemur. vt in morte patris. vel hmōi.

℄ Queſtio. v.

Deinde quantum ad virtutem ſeu neceſſita-
tem precepti. quero vtrum ſubditi teneān-
tur prelatis ſuis in omnibus obedire. Rñdeo. ſe-
Thomas. cundum Tho. in ſumma. q. ciij. arti. v. dicendum
Subditi. ꝙ obediens mouetur ad imperium precipientis
quadam neceſſitate iuſtitie. poteſt autem contin-
gere ex duobus ꝙ ſubditus nō teneatur ſuperiori
ſuo in omnibus obedire. vno modo propter prece-
ptum maioris poteſtatis vt dicitur Ro. xiij. ſuper
Roma. xiij. illud. Qui reſiſtunt ipſi ſibi damnationē acqui-
runt. dicit gloſ. Augu. Si quid iuſſerit curator: nun-
quid faciendum eſt. Si contra proconſulē iubeat.
rurſum ſi quid ipſe proconſul iubeat ⁊ aliud im-
perator: nunquid dubitatur illo contēpto illi eſſe
ſeruiendum. ergo ſi aliud imperator aliud deus iu-
beat: contempto illo obtemperandū eſt deo. Hec
Tho. ⁊ xj. q. iij. qui reſiſtit. ⁊ diſtin. viij. Qui cōtra
mores Item actu. iiij. Si iuſtum eſt vos potius
audire ꝙ deum iudicate. Super illo quoq; capi.
xj. queſtio. iij. Non ſuper. dicit gloſſa ꝙ inferior
non ſolum obedire non debet cum preceptum ſu-
perioris eſt iniuſtum. ſed etiā cum eſt inhoneſtū.
Concordat etiam Ray. §. ij. Virtus. ⁊ addit ſi tamē
dubitat ſubditus vtrum id quod precipitur ſit cō-
tra deum vel non debet obedire niſi eſſet tale quid
in quo nullo modo eſſet excuſabilis ignorātia. pu-
ta contra articulū fidei preceptavel prohibitiones
vel generale ſtatutum eccleſie. Gloſ. quale eſt illd
xvij. q. iiij. Si quis ſuadente. ⁊ multa alia. Alias
bonum ſine quo poteſt eſſe ſalus debet dimittere
interdum propter bonum obedientie. vt expreſſe
dicitur. xj. q. iij. Quid ergo. Idem Tho. ⁊ Goffre.
vide de his ſupra capi. proximo. queſtio. xviij. vtrū Goffredus
auditores. Innocen. etiā extra de appella. in gloſ.
ſuper capitu. ad hoc dicit ꝙ in ſpiritualibus in
dubijs ſemper eſt obediendum ⁊ in tutiorem par-
tem declinandum. extra de temporibus ordinan.
capi. Ad aures. ſecus autem dicerem ſi interdice-
retur quis ab ingreſſu alicuius poſſeſſionis vel ſi
ſuſpenderetur quis a beneficio eccleſiaſtico tantū
quaſi a temporalibus: quia in talibus ſi appellet
etiam poſt ſuſpenſionem non abſtinebit ab eis.
Alij tamen dicunt contra. ſcilicet ꝙ in omni eccle-
ſiaſtico interdicto ⁊ ſuſpenſione non ſuſpenditur
interdictum per appellationem ſequentem: quia
hec decretalia non diſtinguit. hec Innocen. cum
primo dicto etiam Hoſtien. ibidem in gloſ. conſen-
tit. ſcilicet quantum ad temporalia beneficia. Se-
cus de ſpiritualibus. Alio modo non tenetur infe-
rior ſuo ſuperiori obedire ſi ei aliquid precipiat in Seneca.
quo ei non ſubditur. Dicit enim Seneca in tertio
libro de beneficijs. Errat ſi quis eſtimat ſeruitutē
in totum hominem deſcendere. pars eius melior
excepta eſt corpora obnoxia ſunt ⁊ aſcripta dñis.
mens quidem eſt ſui iuris. Et ideo in his que per-
tinent ad interiorem motum voluntatis homo nō
tenetur homini obedire. Sed in his que exterius
per corpus ſunt agenda in quibuſdā tamen ſed ea
que ad naturam corporis pertinent homo homi-
ni obedire non tenetur ſed ſoli deo. qui omnes ho-
mines natura ſunt pares. puta in his que pertinēt
ad corporis ſuſtentationem ⁊ prolis generationē
vnde non tenentur nec ſerui dominis nec filij pa-
rentibus obedire de matrimonio contrahēdo. vel
virginitate ſeruanda. aut aliquo alio huiuſmodi.
Sed in his que pertinent ad diſpenſationē actuū
et rerum humanarum tenetur ſubditus ſuo ſupe-
riori obedire ſecundum rationem ſuperioritatis.
ſicut miles duci exercitus in his que pertinent ad
bellum. Seruus domino in his que pertinent ad
ſeruilia opera exequenda. Filius patri in his que
pertinent ad diſciplinam vite ⁊ curam domeſticā
et ſic de alijs. ℄ Concordat cum his Vlric⁹ lib. vj. Vlricus.
tracta. iiij. capi. xv. in. §. quoq;. vſ. Siue ſint prela-
ti. dicit ꝙ laici non tenentur prelatis eccleſiaſticis
obedire niſi in his ad quorum obſeruantiam ſe in
baptiſmo obligauerunt. ſcilicet vt teneant veram
fidem cum operibus quibus abrenunciant dyabo-
lo ⁊ omnibus pompis eius. ℄ Clerici autem tenē-
tur eis obedire in his que pertinent ad officiū cle-
ricale. Religioſi autē eo modo qui infra dicetur.
℄ Concordat etiam cum his Petrus in ſcrip. ſup
ſecundo ſenten. di. xliiij. Et addit ꝙ ſi ſit poteſtas
vſurpata que non preſtat autoritatē huic non te- Senten.
nemur obedire niſi propter ſcandalum vel maius
malum vitandum. obediendo tamen in licitis nō
peccamus.

℄ Queſtio. vj.

Quid ſi epiſcopus mādet alicui ſacerdoti vt
excōmunicet illum quem ipſi nouit aut re-
putat innocentem ⁊ hoc ipſum reputat multitu-
do parrochie ſacerdotis. Nunquid in hoc tenetur
obedire ſacerdos. Rñ. ſecundum Tho. in q̄ſtione
quadam de quolibet. dicendum ꝙ aut mandat ſa-

cerdoti ſola denunciatio excommunicationis.aut
ipſa excōmunicatio.Si denunciatio tenetur denū
ciare ex parte epiſcopi. Si autem precipiat ei ꝙ
eum excōmunicet aut eſt notorium illuꝫ eſſe inno-
centem aut dubium aut certum ſed occultum.Si
eſt notorium debet per teſtes probare coram epi-
ſcopo ⁊ illius innocentiam allegare.Et ſi deficiat
in probando debet obedire q̄tumcūq; ſciat eius in
nocentiam in ſecreto.Si vero legitime probet in-
tentionem ſuam non debet obedire ſed recurrere
ſi oporteat ad ſuperiorem poteſtatem. Si autē ſit
dubium obedire tenetur.⁊ hoc patet.xxiij.q.j.ca.
Quid culpatur.vnde ⁊ ſanctus Bernardus.dicit
Bernard⁹. in quadam epiſtola ad adam monachum.Quedā
ſunt pura bona quedam pura mala.Et in his nul
la debetur hominibus obedientia.Sed inter hec
ſunt media que mala poſſunt eſſe ⁊ bona ⁊ in his
fas non eſt ſenſum noſtrum ſententie preferre ma
giſtrorum.hec ber.nec obſtat ſcandalum aliorum
aliud eſtimantiuꝫ q2 maius eſſet ſcandalum:ſi vi-
derent prelatos eccleſie inuicem diſſidere.vide tñ
aliqua de ſimili materia ſupra libr.ij.titu.v.de ra-
ptoribus.q.cxlix.vtrum iudex.vbi ſm Vlri.videt
aliud dicendum quando ſcit innocentem.

Queſtio.vij.

Thomas. VTrum ſaltē religioſi teneanť prelatis ſuis in
omnibus obedire.Rñ.ſ3 Tho.I.e.ar.v.ar.iij.di
cendum ꝙ religioſi profitentur obedientiam quā
tum ad regularem conuerſationem.ſm quā prela
tis ſuis ſubduntur:⁊ ideo quantū ad illa ſola obe
dire tenentur que poſſunt ad regularem conuerſa
tionem pertinere.⁊ hec eſt obedientia ſufficiēs ad
Obediētia. ſalarium.Si autem etiam in alijs obedire volue-
rint:hoc pertinebit ad cumulum perfectionis.dū
tamen illa non ſint contra deum aut contra pfeſ-
ſionem regule:quia talis obedientia eſſet illicita.
Sic ergo poteſt triplex obedientia diſtingui: vna
ſufficiens ad ſalarium que.ſ.obedit in his ad que
obligatur.Alia perfecta que obedit in omnibus li
citis.Alia indiſcreta:que etiam in illicitis obedit
Concordat cum his Pe.in ſcrip.vbi ſupra in viti.
qōne.Et dicit ꝙ obedientia neceſſaria ſe extendit
ſolum ad promiſſa:⁊ ad ea que in illis implicite
continentur ſicut ſunt illa ſine quibus religionis
profeſſio non̄ ſeruaretur vt mutua obſequia ⁊ offi
cia et hmōi.Et in his prelato ſuo obedire neceſ-
ſitatis eſt.vnde beatus Bernar.dicit in lib.de pre
cep.⁊ diſpen.Subditus nec citra promiſſum eſt
inhibendus.nec vltra promiſſuꝫ cogendus per le-
gem obedientie.concordat etiam cum his Vlri.
vbi ſupra.§.Religioſi quoq;.⁊ ſequentibus vide
infra.q.proxima.

Queſtio.viij.

VTrum religioſus teneatur obedire prelato
ſuo precipienti ſibi aliquid contra regulam
Petrus. Rñ.ſm Pe.in quadam queſtione de quolibet di
cendū ꝙ eorꝫ que religioſo a prelato ſuo iniungun
tur.a.iqua ſunt ſm regulam:vt que in regula con
tinentur:⁊ ea que ad illorum debitam obſeruan-
tiam expediunt vel requiruntur aliqua preter
regulam:vt que nec ibi continentur nec ad illa ex-
pediunt vel requiruntur. Aliqua preter regulam
vt que nec ibi continentur:nec ad illa expediūt vel
ordinantur:vt leuare feſtucam.Aliqua contra re-
gulam vt quorum oppoſita ibi precipiunť vel in-
hibentur.In primis non eſt dubium quin abbati
precipienti teneatur monachus obedire niſi excu
Opinio. ſetur rationabili impedimēto.In ſecundis du-
plex eſt opinio:quia quidam dicunt ꝙ non teneť
obedire in maioribus q̄ ſint ea que in regula con-
tinentur.In alijs autem tenetur:quia quaſi conti
nentur in regula pari ratione.Alij autem dicunt
cōmunius ⁊ verius ꝙ nec in grauioribus nec in le-
uioribus que omo preter regulam ſūt teneť obedire
quia non tenetur niſi quatenus ſe obligauit ſua p
feſſione perfecta tamen obedientia eſt etiam in
his obedire.In tertijs diſtinguendum videtur: q2
quedam ſunt in quibus prelatus poteſt diſpenſa-
re.Quedam in quibus non poteſt eo qḋ regula vľ
conſtitutio prohibet:aut ergo certum eſt religio-
ſo qḋ prelatus in tali caſu in quo precipit non pōt
diſpenſare:⁊ tunc non debet obedire: aut certum
eſt ꝙ poteſt:⁊ tunc debet obedire:aut dubium eſt
an poſſit:⁊ tunc ratione dubij dico ꝙ ſimiliter te-
netur obedire.Item de dubio dicit Aug.xxiij.q.j.
quid culpatur.

Queſtio.ix.

VTrum obedientia in his ad que voluntas p
ſe inclinatur ſit meritoria. Rñ.ſm Tho.art. Thomas.
ij.argu.iij.⁊etiam in reſponſo principali:dicendū
ꝙ obedientia ſicut quelibet virtus debet habere
promptam voluntateꝫ in ſuum proprium obiectū
Non autem in id qḋ repugnās eſt ei pprium autē
obiectum obedientie eſt preceptum ꝙ ex alterius
voluntate procedit:preceptum dico tacitum vľ ex
preſſum.volūtas enim ſuperioris quocūq; modo
innoteſcat eſt quoddam tacitū preceptum.Et tan
to videtur obedientia promptior quanto prece-
ptum expreſſum obediendo preuenit voluntate ſu
perioris intellecta.Obedientia ergo reddit prom
ptam hominis voluntatem ad implendam volū-
tatem alterius.ſ.precipientis. Si autem id qḋ
ei precipitur ſit propter ſe ei volitum:etiam abſq;
ratione precepti ſicut accidit in proſperis iam ex
propria voluntate tendit in illud.etiam non videť
implere propter preceptum.Sed propter propriā
voluntatem.Sed quando illud quod precipit nul
lo modo eſt ſecundū ſe volitum.ſed eſt ſecundum
ſe conſideratū proprie voluntati repugnans.ſicut
accidit in aſperis tunc omnino manifeſtum eſt ꝙ
non impletur niſi propter preceptum.⁊ iō Grego.
in lib.mora.dicit ꝙ obedientia que habet aliud ď
ſuo in proſperis.nulla eſt vel minor: quia ſcilicet
voluntas propria non videtur principaliter tende
re ad implendū preceptum.ſed ad aſſequēdū pro-
prium volitum.In aduerſis autē vel difficilibus
eſt maior.quia propria voluntas in nihil aliud ten
dit q̄ in preceptum.Sed hoc intelligendum eſt ſe
cundum illud quod exterius apparet. ſecundum
tamen dei iudicium qui corda rimatur poteſt con
tingere qḋ etiam in proſperis obedientia aliqḋ de
ſuo habens non propter hoc ſit minus laudabi-
lis. Si ſcilicet propria voluntas obedientis non
minus deuote tendat ad impletioneꝫ precepti.Se
tis concordat his Vlri.§.Et quia.vt prediximus.

Queſtio.x.

VTrum monach⁹ teneatur obedire abbati p- Vlricus.
cipienti ſibi ꝙ ſtet in ſcolis. Rñdeo ſecundū
Tho.in quadam queſtione.de quolꝫ.dicendum ꝙ
in ſacris lr̄is intendere non eſt ɔtra vacationē mo Thomas.
naſticam.⁊ ideo abbati precipienti litteris ſacris
intendere obedire tenetur.Tamen ad hoc ꝙ poſ-
ſit monachus in ſtudio publico litteris ſacris intē
dere duo precipue exiguntur.primum vt obedien-
tia cogatur.quia ex hoc debet ſemper velle in clau
ſtro manere.Secundo vt intentio eius non ſit ad
gloriam.ſed ad ſapientiā aſpirare.vñ dicit Hie.
Monachus non doctoris ſed plangentis habet of
ficium qui vel ſe vel munduꝫ lugeat.xvj.queſtio.j.
Monachus.

¶ Queſtio.xi.

Utrum chriſtiani teneantur ſecularibus po-
teſtatibus obedire. Rñdeo ſecundum Tho.
Idem. in ſumma vbi ſupra.arti.vlti.dicendũ ꝙ ſic.ꝑ fidẽ
enim chriſti nõ tollitur ordo iuſtitie:ſed magis fir
matur. Ordo autem iuſtitie requirit vt inferiores
ſuis ſuperioribus obediant. Aliter enim non poſ-
ſet humanarũ rerũ ſtatus conſeruari hanc tamen
obedientiam intellige inquantũ ordo iuſtitie req-
rit. Et ideo ſi non habeant iuſtum principatũ:ſed
vſurpatum vel ſi iniuſta precipiant non tenentur
eis ſubditi obedire niſi forte per accidẽs ꝓpter vi-
tandum ſcandalum vel periculum. Cum his per
omnia concordat Pe.in ſcrip.ſuper ſecundũ ſen-
tentiarum.diſtin.xliiii.circa finem.

¶ Queſtio.xij.

Quid ſi epiſcopus precipiat clerico vt eat ro
mam propter negocia eccleſie.ille autez ex-
cuſat ſe:q2 alij ſunt ibi magis ydonei. Rñ.ſecun-
Raymũd⁹. dum Ray.§.ij. Sed qd ſi dicas ꝙ non poteſt ſe ꝑ
hoc excuſare quia in legationibus ordo non eſt ſer
uãd⁹.ff.de legatis.l.ſciẽdũ.§.penul. Idẽ oĩno dicat
Hoſtienſis Hoſtien.lib.v.rubri.xxxix. de ſenten. excõica.§.v.
Quibus ex cauſis.v̾ſi.Sed quid ſi. vide de hoc ꝑ
ſimile ſupra.eo.li.ti.xxij.de etate ꝛ qualitate ordi.
ſcripture propter tres rationes. Primo vt ſicut dicit Iſidorus ethymol. libro vj. Si aliquo tempore detenti fuerimus. ipſum nos ad officium moneat tempus. Secūdo q2 ipſa tempora magis orationi congruunt. media enim nox orationi congruit. ſecundum illud pſal. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ⁊c. vt ſicut ſuper eundem locum dicit Hylarius cum maxime corporis vitijs oportunitas datur tunc precipue eadem vitia legis recordatione frangantur. Et quia ſponſus media nocte ſolet venire. vt dicit Ambroſi. ſuper eundem ps. Et quia tūc ex ſolitudine et tenebris noctis ſenſibus clauſis mens minus diſtrahitur. Similiter dicit idem pſal. veſpere et mane ⁊ meridie narrabo ⁊c. Quia veſpere peccata ⁊ negligētias toti9 diei abſtergere debemus lachrimis compunctionis. Mane per plenam digeſtionem ſolutis ſenſibus a ligamine ſoporis quo vigor mentis laxatur. Et reſoluit vt dicit amb. ſup ps. beati imacul. ſpiritu mentis noſtre renouari debemus et implere idem pſalm. Dixi nunc cepi: meridie vero ne actibus ſeculi quibus nos propter vite neceſſitatem accōmodauimus nimis immergamur. per affectum in oratione in deum aſcendere cōgruit dicere cum pſalmiſta. Eripe me de luto vt nō infigar Et ideo dicitur dan. vj. Quod daniel trib9 temporibus in die flectebat genua ſua et adorabat ⁊c. ¶ Tertio propter miſterium moraliter qui deſignatur his quatuor temporibus ꝙ initium profectus ⁊ finis conſummationis boni operis et tolerantia aduerſoruz extitaa erga de i quā precibus obtinemus. Primuz ſignificaſ per mane. Secundum per meridiem. Tertium in veſperam. Quartum per noctem. ¶ In alio tamen loco plura tempora ponit pſalm. dicens. Septies in die laudem dixi tibi. Et hunc morē ſequitur eccleſia que in die naturali ſeptē horas canonicas ordinauit. vt creatorem numero ſeptem dierum opera ſua complētem pro omnibus beneficijs ſuis laudemus ⁊ vt recreationis opera ſeptem horis diſtincta iugi commemoratione veneremur. Nam nocte naſcitur. Orat pernoctans in oratione. proditioſe traditur. Capitur vt latro. cum gladijs ⁊ fuſtibus. Omnem patientiam adhibet gladium prohibendo. proditorem ⁊ alios hoſtes ſuos caritatiue amonendo. auriculam preciſam ſanando voluntarie ſe pati oſtendendo. ea que inſtabant predicendo ad locuz proditioni congruum. ſe transferēdo hoſtibus obuiam procedendo eos ſolo verbo. ſolotenus proſternendo ſeipſum eis indicando. Obprobrijs falſorum teſtium ſaturatur alapis etiam a ſeruis ceditur vt falſus propheta pueriliter ludo illuditur conſpuitur a diſcipulis deſeritur a petro negatur et protinus oculo miſericordie ipſ3 intuetur. Corpus eius in ſepulchro quieſcit anima in iferno. ¶ Mane qđ eſt hora prima: in conſilium iudeoruz ducitur falſa teſtimonia contra eum queruntur extorta ab ipſo profeſſio veritatis: blaſphemia indicatur. vincitur cum falſis accuſationibus: pylato traditur ⁊ ſm quorūdam opinionez reſurgit. ¶ Hora tertia accuſatur herodi mittitur ab ipſo ⁊ ſuo exercitu. aſpernitur a quo etiam illuſus in veſte alba ad extremē pylati remittitur. Clamorib9 iudeorum crucifigitur a pylato flagellatur. Spiritum ſanctū mittit. ¶ Hora ſexta cōdēnatur: conſpuitur: illuditur ſpinis coronatur: arundine ceditur: crucem ſibi baiulans egreditur felle aceto potatur. Cum ſceleratis computatur. blaſphematur. irridetur tenebris corporalibus occaſu veri ſolis oſtendit ur. ¶ Hora nona matrem conſolatur clamans moritur. velum templi ſcinditur terra mouetur. petre diuidūtur monumenta aperiuntur. Centurio confitetur Alij tundentes pectora ſua reuertūtur veſpertina hora lancea latus eius perforatur. ex vulnere ſanguis cum aqua egreditur. ¶ Sero qđ eſt hora cōpletorij. cenat cum apoſtolis cenā legalez inſtituit cenā ſacramentalem. lauat pedes apoſtolorum et extergit lintheo. apſis pdicat p eis patrez orat ad locū pditionis. pperat triſtitiā ſuā ex horrore mortis apſis prodit. trinā orationē emittit. fact9 in agonia guttas ſudoris ſanguinei defluentis in terram fundit. de cruce deponitur aromatibus cōdit. inuolut9 ſindone ſepelit. Sepulchrū lapide pgrandi claudit. ſignat. cuſtodit. vallat. hec oia viricus.

¶ Queſtio. xxxiij.

Utrum elemoſina ſit magis ſatiſfacatoria vel oratio vel ieiuniū. Reſpon. ſm Tho. in ſcrip. diſtinctiōe. xv. dicēdū. qđ elemoſina virtute ſe icludit orationem et ieiunium duplici ratione primo. quia elemoſina eum cui datur conſtituit debitorē ad orandum ⁊ ieiunandum ⁊ ad alia bona que poteſt: faciendum pro eo qui dedit. ¶ Secūdo qđ elemoſina propter deum data eſt quaſi quedam oblatio deo facta vnde philoſophus etiam dicit in. iiij. ethico. ꝙ dona habent aliquid ſimile deo ſacratis oblatio autem ipſi deo facta vim orationis habet. Et ſimiliter inquantum bona exteriora ad corporis conſeruationē ordinātur ſubtractio exteriorum bonorum per elemoſinam quaſi virtute continet ieiuniū quo maceraſ corpus ſimiliter etiam oratio virtute continet ieiunium quia extenſio intellectus ad deum debilitatem corporis parit. vnde elemoſina completius habet vim ſatiſfactiōis ꝙ oratio et oratio ꝙ ieiunium. Et ideo dicitur. j. Thimo. iiij. Corporalis exercitatio ad modicū vtilis eſt. et propter hec elemoſina magis inducitur. vt vniuerſalis medicina peccati ꝙ alia ſicut lu. xj. date elemoſinam ⁊ omnia mūda ſunt nobis. ⁊ Danie. iiij. petā tua elemoſinis redime. et Thobie iiij. Elemoſina ab omni peccato liberat. et. j. Thi. iiij. pietas ad omnia valet.

¶ Queſtio. xxxiiij.

Utrum reſtitutio ſit pars ſatiſfactionis Reſpon. ſecunduz Pet. ibidem dicēdū ꝙ pars ſatiſfactionis aliquid poteſt dici dupliciter vel communiter omne illud quod ad debitam ſatiſfactionem exigitur. Et ſic reſtitutio eſt pars ſatiſfactionis. vel proprie id in quo conſiſtit ſatiſfactio ſic nō eſt pars quia dicit ceſſationem tantum ab iniuria ſed ad fundamentuz. et quaſi preambulum. ſit enī inequalitas iuſtitie ad proximum tripliciter aliquando in rebus tantum eius rem detinendo. Aliquando in actionibus ⁊ paſſionibus eum iniuriando. Aliquando in vtroq3 ſimul: vt ei per vim res auferendo. Secundum hoc tripliciter ſit emenda. Nam in primo caſu ſit reſtitutio. ſicut quando ſoluitur debituz In ſcđo ſufficit ſatiſfactio. in tertio vtrūq3 requiritur.

¶ Queſtio. xxxv.

Quae penitentia ſit pro peccatis ſingulis iniungenda Reſpon. ſm Raymundū. §. xliij. Sequitur de tertio ⁊ ſequentibus. Et Hoſtienſis §. xxij. Que penitentia. circa hoc ſunt diuerſe opiniones. Quidam enim dicunt qđ omnes penitentie arbitrio ſacerdotis taxentur conſideratis circunſtantijs criminis quātitate ⁊ qualitate. Item perſone dignitate officio paupertate infirmitate

ſeu debilitate complexione conſuetudine ſocieta-
te lachrimis ⁊ deuotione. Item religionis ⁊ tem-
poris qualitate. necnon ⁊ alijs circumſtantijs. vnde
leo papa. Tempora penitudinis habita modera-
tione conſtituenda ſunt tuo iudicio prout conuer-
ſorum animos proſpexeris eſſe deuotos .xxvj. q.
vij. Tempora idem etiam dicit Hieroni. de penit.
diſtinctione. j. menſuram. Et hanc opinionem ap-
probat conſuetudo quia generaliter hoc ſeruatur
et pro hac facit qđ doctores iuris communiter te-
nent penā ſcriptā in iudicio criminali ⁊ cōtētioſo
mutari poſſe ergo magis i pnia. dicit ēt glo. hec ꝙ
hec opinio tenēda ē q2 reuera pnie hodie arbitra
rie ſūt vt i dicto. c. tpa. Idē vvilelm9 durādi i repto
rio ſuo. e. t. i Rubricella he ſunt pnie in canonib9
diſtincte circa principi. et probat hoc per illud. c.
extra eo. ti. Deus qui vbi pro homicidio ⁊ adulte-
rio ⁊ fornicatione mandatur pētentia imponi ad
arbitrium ſacerdotis cum tamen ſit a canonibus
diffinita vt patebit infra. ſ3 contra Grego. falſas
penitentias dicimus que non ſm autoritatem no-
ſtrorum ſanctorum patrum ꝓ qualitate criminis
imponūtur de pe. diſtin. v. falſas. dic hoc veru3 ē
niſi ex cauſa pēſatis circumſtantijs penitentia tem
peretur. idem vvilielmus. durandi. Item Grego.
dicit ꝙ prolixior debet eſſe penitentia ꝙ̃ fuit culpa
ſed illud intellige de interiori penitentia q2 quo-
tienſcꝫ recordatur debet dolere qđ cōmiſit illud.
¶ Ut autem ſcias qualiter debeat procedere arbi
trium ſacerdotis. Nota regulariter qđ pro quoli-
bet peccato mortali debet regulariter ſeptēnis pe
nitentia imponi vt patet. xxxiij. q. ij. hoc ipſu3 ⁊. §.
ſequenti. xxij. q. j. predicandum. etiam huiuſmodi
duplex ē ratio vna quia precepit dominus maria3
ſororem aarō lepra percuſſam. poni extra caſtra ꝑ
ſeptem dies vt in dicto. c. hoc ipſum. Et ſic accipi-
tur dies pro anno: alia ratio eſt vt ſicut propter pec
catum ſeptiformē ſpiritusſancti gratiā amiſit. ita
per ſeptēnem penitentiā. ea3 recuperet. Ergo ſem-
per ſeptennis penitentia iniungenda eſt niſi ma-
ior vel minor inueniatur a canone expreſſa in quo
quidem caſu ſi crimē publicum ſit puta nō minor
vel maior penitentia ꝙ̃ ſcripta reperiatur eſt im-
ponēda niſi ex magna cauſa diſpenſetur extra. e.
ti. quantum ſi autem occultum tunc indiſtincte ar
bitrarie imponitur vt. ē. dictum eſt. ⁊ eſt certum ꝙ
maior penitētia requiritur in publico. ¶ Iſta etiā
ſeptēnis penitentia magis vel min9 aſpera debet
imponi ꝓut maioritas vel minoritas criminis cu3
ceteris circumſtantijs expoſcit. q2 apud deu3 plus
valet mortificatio vitiorum ꝙ̃ abſtinentia cibоru3
vt dicit Innocentius de pe. diſt. j. menſuram. Ho-
ſtienſis. ꝟ. ſacerdos tamen. dicit ꝙ ſacerdos pru-
denter ſibi conſulit ſi dicat penitenti ſic cariſſime
tu commiſiſti tot ⁊ talia peccata pro quolibet de-
beres ſic penitere. Sed forte vita tua ad hoc per-
agēdum nō extenderetur. iniungo tamen tibi talē
penitentiam pro omnibus. Concedo tibi etiam ꝙ
quecūque fieris remiſſiones prelatorū tibi facte ꝓ-
ſint que alś non prodeſſent extra. eo. tit. qđ autem
et oīa bona que facis et mala q̄ ꝓ deo ſuſtines in-
iungo tibi pro penitentia hec Hoſtienſis et idem
dicit vvillelmus durandi in repertorio ſuo. e. ti. de
quo vide infra. eo. ti. q. clxxxix. vtrum indulgentie
in fi. ¶ Item nota qđ ſacerdos ſemper debet iniū-
gere penitentiam per contrarium correſpōdente3
ipſi peccato vt ſuperbo iniungat humilem oratio-
nem: auaro elemoſinaru3 largitionem. accidioſo

peregrinationem ⁊ aliquando loci mutationem vt
colligitur diſt. lxxxi. valet vbi dicit Iſidorus valet
interdum conuerſis pro anime ſue ſalute. loci mu
tatio plerumcꝫ enim dum mutatur locus. mutatur
mentis affectus vnde congruum eſt inde etia3 cor-
poraliter euelli. vbi q̄ſcꝫ illecebris deſeruiuit. Na3
locus vbi quiſcꝫ praue vixerit in conſpectu men-
tis apponit ꝙ ſemper ibi quiſcꝫ vel cogitauit vel
geſſit. Item de hoc. xv. q. j. mulier q̄ acceſſit. ¶ Ite3
circa perſonas obnoxias alijs aliquo vinculo ſer-
uitutis caueat propoſſe ſacerdos ne imponat eis
talem penitentiam. per quam fieret preiudiciu3 il
lis quibus tenentur aſtricti. ⁊ precipue circa coniu
gatos ⁊ vt ſacerdos cautius in ſpeciali circa pe-
nitentias arbitretur notandi ſunt caſus in quibus
per canones certe pene ſeu penitētie imponuntur
Nam canones penitentiales tenetur ſcire ſacer-
dos. alś vix in eo nomē ſacerdotis conſtabit ſcđm
Auguſti. xxxviij. diſtinc. quod ipſi. Et ſunt hij ſe-
cundum Hoſtienſem. ¶ Primus preſbyter ſi for ·|· Can. Pœnit
nicationem fecerit decem annos peniteat hoc mo
do incluſus. ſacco indutus ⁊ humi proſtratus miſe
ricordiam dei iugiter implorans tribus menſibus
cōtinuis de veſpera in veſperam pane et aqua vta-
tur exceptis diebus dominicis et precipuis feſtiui
tatibus in quibus modico vino piſciculis et legu-
minibus recreetur. elapſis et finitis ſic tribus
menſibus exeat de carcere. non tamen procedat in
publicum ne grex fidelis in eo ſcandalū patiatur
per hoc apparet vt dicit Hoſtienſis quod loqui-
tur de publico poſt hec reſumptis aliquantulum
viribus anno vno et dimidio in pane et aqua pe-
nitet exceptis dominicis diebus et alijs precipuis
feſtis in quibus vino et ſanguine ouis ⁊ caſeo refi-
citur. ¶ Finito ſic primo āno ⁊ dimidio particeps
ſit ſanguinis domini et ad pacem ⁊ ad pſalmos cū
alijs fratribus cantandos in choro admittitur ta-
men ad cornu altaris non accedit. ſed minoru3 ta
tum ordinum officia gerit. ¶ Deinde vſq3 ad ex-
pletionem ſeptimi anni tres legitimas ferias. ex-
ceptis diebus paſchalibus . q. ſ. ſunt . l. in pane et
aqua ieiunet tamen ſecundam feriam vno pſalte-
rio vel vno denario poterit redimere. Sunt aute3
ferie legitime. Secūda. Quarta ⁊ Sexta feria. idē
etiam dicit Raymundus. §. xlix. Item q̄da3 in fine
Sed glo. ib idē dicit. qđ quidā tñ pro ſecunda feria
ponunt ſabbatum inter legitimas ferias. Si ſic ſe-
ptimum annum compleuerit. poteſt eum epiſco-
pus ad gradum priſtinum reuocare ita tamen qđ
in trib9 annis ſubſequentibus di ſexta feria. nulla
interueniēte mła . in pane ⁊ aq̄ ieiunet. ¶ Sacerdo-
ti quocꝫ ꝓ quol3 crimine qđ depoſitionē inducit ē ꝯſi
milis pnia īniugēda ꝓbāt hec oīa. lxxxj. di. preſby-
ter ſi fornicationē fecerit. Et intelligunt hoc quidā
⁊ ſi fornicatio ſimplex ſit: alij de adulterio vel ince
ſtu. Et hoc dicit Ray. forte verius eſſe. §. xliiij. ab
iſta regula. Secundus canō dicit. qđ ſacerdos co-
gnoſcens filiam ſuam ſpiritualem. ſ. quā baptiza-
uit, vel confirmari fecit vel in penitentia audiuit
penitentiam. xij. annorum agere debet. Et ſi in pu
blicum prodierit eſt deponendus. epiſcopus aute3
qui talia commiſit. xv. annis peniteat. Mulier ve
ro religioni tradēda eſt rebus ſuis pauperib9 ero-
gatis. xxx. q. j. ſi q̄s ſacerdos ⁊. c. Non debet. ¶ Ter
tius qđ ſi quis contra naturam peccauit. ſi eſt cle-
ricus deponi debet. vel religioni tradi. ſi corrigibi
lis appareat ad perpetuam penitentiam peragen
dam: ſi laicus excommunicari ⁊ a cetu fideliū vſcꝫ
ad condi-

ad condignam ſatiſfactionem fieri alienus extra
de exceſſibus . prelato. Clerici vide in ꝟſi.quadra
geſimus. hoc autem vitium maius eſt ꝙ ſi matrem
quis cognoſceret.⁊ xxxij.q.vij.adulterij.idem Ray.
Et addit hoc vitium quā ſit deteſtabile patet per
penā ſodomitis inflictā. Jtem hoc peccatum. Spe
cialiter clamat vindictam ad dominum quia vt ait
Auguſtinus per illud ſocietas violatur que nobis
cum deo eſſe debet cum eadem natura cuius ipſe
autor eſt libidinis peruerſitate polluitur.xxxij.q.
vij.flagitia. Jtē tales ſunt ratione dei aduerſarij ⁊
tot⁹ celeſtis curie deſtructores, hūani generis Et i
finita mala de hoc ſcelere poſſunt dici: de hoc loq
tur apoſtolus ad Romanos .j.propterea tradidit
Ad Roma. illos de⁹ in paſſiones ignominie ⁊c. Quocūq; au
tem modo tale factū exerceatur preterꝙ inter ma
rem et feminam ordinate.⁊ in vaſe debito vitium
contra naturā, ⁊ ſodomiticum iudicaſ.glo.ſuper
ꝟ.Ordinate addit.niſi forte aut propter egritudi
nem aut propter periculum ſuffocandi fetū in vte
ro aut aliam rationabilem cauſam ordo iſte ſerua
ri non poſſit in vxore.cum alſ periculū adulterij
immineat marito . Sequiſ in Ray. Jtē qꝛ nō ſolū
actus ſed etiam ipſa prolatio os loquentis aures
audientium ⁊ ipſa quodammodo polluit elemen
ta. Jnter omnia crimina de iſto credo circa iterro
gationes cum cautela ⁊ timore loquendū hec om
nia Ray. ¶ Quartus ꝙ ſacerdos qui intereſt clā
iiij. deſtinis nuptijs triennio ſuſpēditur.⁊ ſi culpa hoc
exegerit grauius puniatur.extra de clandeſti . de
ſpon. Cum inhibitio.§. penult. ¶ Quintus.qđ ſi
v. quis votum ſimplex violauerit . tribus annis
penitere debet.xxvij.diſt.Si vir. ¶ Sextus canon
dicit. Quod ſiquis excommunicatus celebrauerit
vj. triennio penitere debet ⁊ a vino ⁊ a carnibus ab
ſtinere. xj.q.iij.de illis. ¶ Septimus qđ qui aliū
vij. iniuſte accuſat ad mortem.xl.dies in pane ⁊ aqua
per.vij.annos peniteat. Si accuſatus occiſus ſit.
Si membrum perdidit. per triennium extra de ac
cuſat.accuſaſti. ¶ Octauus qđ quicumq; filiam ſpi
viij. ritualem.,vel commatrem ſuam cognoſcit per ſe
ptem annos peniteat et ei conſentientes. Simili
ter.xxx.q.iij. Nō oportet. ¶ Nonus qđ ſiquis de
ix. ſponſatam alij duxerit eā dimittat.⁊.xl.dies in pa
ne et aqua per ſeptem annos peniteat extra de ſpō
ſa duorum accepiſti. ¶ Decimus qđ qui cognoſcit
duas commatres vel ſorores. ſiue viuat vxor. ſiue
non adminus.ſeptem annis peniteat licet plus de
beret.xxx.q.iiij.Si pater. ¶ Undecimus qđ homi
xj. cida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponitur.
et ſeptem annis peniteat.l.di.Miror. ¶ Duode
cimus qđ caſualis per quinq; annos penitet.l. di.
xij. ſiqua ⁊ .c.Siquis ⁊.c.Eos hoc intellige ſm Ray.
Si culpa preceſſit caſum alſ nulla penitentia im
ponitur niſi forte ad cautelam.diſtinc.l.Eos vero
et duobus.c.ſequentibus. Et addit qđ eadem di
ſtinctio pōt fieri in homicidio neceſſario vtrum.ſ.
culpa preceſſerit neceſſitatem necne.ar.di.l.de his
i.extra de homicidio interfeciſti. vbi dicitur qđ q
ſe ⁊ ſua liberando fures qui capi non poterant oc
ciderūt pro homicidio penitentiam agere non te
xiij. nentur niſi voluerint. ¶ Tertiuſdecim⁹ qđ ſi hoc
factum ſit propter neceſſitatem euitabilē per du
os annos debet penitere.l.diſt.De his licet Si eēt
ineuitabilis in nullo imputaretur.j.di.quia ⁊c.qđ
verum eſt quo ad peccatum. ſed quo ad cautelam
et innocentiam ſuam eccleſie oſtendendā bonum
eſt penitere.extra de homicidio.c.ij.§. ſi.xxxiij.q.
ij.in lecto.Sꝫ ⁊ ſiquis per inſaniam cōmittat ho
micidium non imputatur.iij.q.ix. Judicas.xv.q.

j.aliquantos. qđ vero etiam intuitu diſcipline in
caute percutiendo occidit deponitur extra de ho
micidio preſbyterum.xv.q.j.ſiquis non iratus.ſed
et qui ligatum latronem interficit.deponitur ex
tra de homicidio ſuſcepim⁹. ¶ Quartuſdecimus
qđ matricida per decem annos peniteat ſcđm for xiiij.
mam ſatis aſperam traditam.xxxiij.q.ij. latorem
vbi dicitur qđ primo anno eccleſiam non intret. ſꝫ
ante fores eccleſie oret et,poſt annum intret eccle
ſiam ſtans inter audientes nec cōmunicet niſi com
pleto triennio: oblationes eius voluntarie non re
cipiantur niſi completis ſeptem alijs annis ꝑ hos
decem annos carnes non comedat nec vinum bi
bet. exceptis feſtiuis diebus ⁊ dominicis et a pa
ſcha vſq; ad penthecoſtem ⁊ non vadat alicubi niſi
pedes .non ſumat arma niſi contra paganos .tri
bus legitimis ferijs ieiunet vſq; ad veſperam. ſꝫ
non ſeparatur ab vxore propter periculum fornica
tionis. Si moriatur ante trium annorum curſum
communionem recipiat poteſt tamē epiſcopus in
hoc mitius agere penſata penitentis deuotione .
¶ Uxoricide autem imponitur maior penitentia.
vt patet.xxxiij.q.ij.amouere vbi cuidā comiti vxo
ricide iniungitur penitentia ꝙ omnibus diebus q
bus penitere debet vinum ⁊ ſiceram non bibat: car
nes non comedat niſi in paſcha ⁊ i die natalis dñi
in pane et aqua ⁊ ſale vigilijs ieiunijs ⁊ orationi
bus et elemoſinis.penitētiam agat arma non ſu
mat non litiget in aliquo loco vxorem non ducat.
balneo non lauetur: conuiuiū letantium non in
tret: in eccleſia ſegregat⁹ ab alijs retro hoſtia ⁊ po
ſtes ſe reponat: ingredientiū ⁊ egredientium ora
tionibus ſe committat.in tota vita ſua vſq; ad mor
tem non communicet.ſed in morte tantum et hoc
de miſericordia. Aut ſi monaſteriū itrare voluerit
ſufficiat ei ingreſſus monaſterij ad penitentiā ꝙ
nō teneatur ad predicta ex iſto qꝛ.ſ.maior pena im
ponitur vxoricide dixit hug.qđ maius peccatum
eſt vxoricidium.ꝙ matricidium ſcđm illā in regu
lam.quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſū qđ ē
grauius vindicatum.xxiij.q.j. Non auferamus .
Sed alij communiter dicunt contrarium imponi
tur tamen maior penitentia vxoricide quia homi
nes ſunt priores ad occidendas vxores ꝙ matres
Jtē dicit Ray.⁊ Theologi.vide īfra li.iiij.ti.ix. de
impedimento carnis.q.x.vtrum magis. ¶ Qua
lem autē penitentiam debeant habere parentes q Theologi.
filios opprimunt.vide.ſ.li.ij.ti.j.de homicidio.q.
lvij.qđ de parentib⁹. Nota in.c.⁊.plura de hac ma
teria . ¶ Decimuſquintus .qđ periurus per.xl.di xv.
es in pane ⁊ aqua per ſeptē annos peniteat ⁊ ſemꝑ
debet eſſe in penitentia.ſ. interiori .vj.q.j. quicumq;.
¶ Decimuſextus.qđ falſans menſuram.xxx.die
bus in pane ⁊ aqua peniteat.extra de cōtrahenda xvj.
emptio.⁊ venditio. vt menſure. ¶ Decimuſſepti xvij.
mus.ſiquis ſolēniter penituit ⁊ poſtea redit ad vo
mitū.ſ.ad priora crimina vel ſimilia ſm Ray.ſiue
ēt redeat ad negotiationem vel militiam ſecularē
que ſibi fuerant interdicta debet penitere ſcđꝫ for
mam que habetur.de pe. diſt.v.ſiqui vero vbi di
citur ꝙ decem annis ſint inter penitentes poſt pri
mum triennium quo fuerint inter audiētes extra
eccleſiam. Nota tamen ꝙ primum trienniū eſt de
decēnio. Jtē de his habetur.xxxiij.q.ſcđa de his ve
ro ⁊ de penitē.diſt.v.de his qui . ¶ Decimuſocta xviij.
uus q deuotā ſeu monialē cognouit agat pniam.x
annis ſiſt ſm formā traditā.xxvij.q.j.de filia.⁊.c.
deuotā.vbi dicit ꝙ deuota peccās.non ē recipiēda
i eccleſia niſi peccare deſierit ⁊ ſi deſinēs egerit pniā
aptā.x.annis.poſtea recipiatur ad cōmunionē et

anteq̃ in eccleſia admittat ad orationẽ ad nullius
xix. chriſtiane mulieris cõuiuiũ accedat. ¶ xix. qui cã
tat miſſam ⁊ nõ cõicat. anno penitere debet iterim
xx. a celebratione miſſarum ceſſare debet de conſecra
tione diſt. ij. Relatum. ¶ xx. Sacerdos qui mortuũ
inuoluit in palla altaris. x. annis. ⁊. x. menſibus pe
niteat. dyaconus vero triennio ⁊ dimidio ſiue ſex
menſibus de cõſecra. diſt. j. Nemo per ignorantiã.
ſed quia in textu tantũ ꝓhibet mortuus inuolui
ſacris. G. ſuper. idem. ca. intelligit prohibitum de
laico inuoluendo nam clerici mortui. bene induũt
xxi. veſtibus ſacris hec glo. ibidem. ¶ xxi. Qui cõmit
tit ſacrilegium violando eccliam vel chriſma ſeu
calicem ſacrum pollutis manibus accipit vel ſimi
lia ſacrilegia cõmittit. vij. annis penitet ſcdm for
mam que habet. xij. q. ij. de viro vbi dicitur qd pri
mo anno extra cimiterium qd violauit conſiſtat. ſe
cundo anno ante fores eccleſie ſine communione.
Tertio in eccleſia. in hoc triennio carnes nõ come
dat vinum non bibat niſi in paſcha ⁊ natali domi
ni ⁊ non offerat nec communionem accipiat. Quar
to anno communicabit ⁊ in illo ⁊ in quinto ⁊ ſexto
et in ſeptimo tribus ferijs a carnibus ⁊ vino ſe ab
xxij. ſtineat. ¶ xxij. Si parentes frangunt ſponſalia fi
liorum triennio ſeparantur a communione ⁊ fi
lij ſimiliter ſi in culpa ſint. ſed ſi filij ſcdm ꝓmiſſio
nem factam contraxerint excuſentur vtriq; intel
ligas quo ad penam eccleſie non quo ad reatũ ex
quo dederunt operam in contrarium. xxxj. q. iij. ſi
xxiij. q parentes. ex. de pe. di. j. ſi cui. ¶ xxiij. qui ducit in
matrimoniũ quã polluit per adulterium. v. annis
peniteat. xxxj. q. j. ſi qua vidua. ¶ xxiiij. qd maledi
xxiiij. cus contra deum vel aliquem ſanctorum ſuorum
linguam publice in blaſphemiam relaxans de
bet agere penitentiam per ſeptẽ ebdomadas ſecũ
dum formam que habetur extra de maledicis. ſta
tuimus. ¶ xxv. in ſacerdote denudante illum qui
xxv. ſibi confeſſus eſt verbo vel ſigno. de hoc vide. ſ. eo.
xxvj. ti. q. xxxc. q ſit pena. ¶ xxvj. qui compulſus condi
tionaliter periurat. ſi liber eſt. xl. dieb⁹ per. vij. an
nos penitet in pane ⁊ aqua. ſi ſeruus ſit tribus an
nis. ſ. tres quadrageſimas ⁊ legitimas ferias. xxij.
q. v. qui compulſus. ¶ xxvij. qui periurat in mani
xxvij. bus epiſcopi. vel in cruce ↄſecrata trib⁹ annis qui
in non conſecrata vno anno penitet. qui coactus
per ignorantiaꝫ iuris tribus quadrageſimis. xxij.
xxviij. q. v. c. ij. ¶ xxviij. qui ſcienter falſum iurat vel aliũ
iurare cõpellit vel inducit. xl. dies peniteat in pa
ne ⁊ aqua. vij. ſequentes annos ⁊ nunq̃ ſit ſine pe
nitentia. et alij ſi conſcij ſiunt ſimiliter peniteant.
xxij. q. v. ſi quis ſe. Item de hoc in. ca. ſi quis conui
ct⁹ de periurio plura dicta ſunt. ſ. lib. j. ti. de iura
xxix. mento ⁊ periurio. ¶ xxix. q in dicendis horis cano
nicis ⁊ alijs officijs diuinis a conſuetudine metro
politane proprie eccleſie diſcrepat. vj. mẽſibus cõ
munione priuatur. ſi ex contẽptu hoc accidat. xij.
xxx. diſtinctio. de his. ¶ xxx. Epiſcopus qui ordinat ſi
ne iuſta cauſa clericum inuitum aut reclamanteꝫ
xxxj. vno anno ſuſpenditur. lxxiiij. diſtinc. ca. ij. ¶ xxxj.
epiſcopus qui correctionem de venditione my
ſteriorum diſſimulat duobus menſibus. ſacerdos
q̃tuor dyaconi ⁊ ceteri ad arbitriũ iudicis penitẽt.
xxxij. j. q. j. Quicunq; inuiſibilis. ¶ xxxij. ſortilegus. xl.
xxxiij. diebus penitet extra de ſortilegijs. c. j. ¶ xxxiij. qui
videt in aſtrolabio. duobus annis penitet extra de
xxxiiij. ſortilegijs ex tuarum. ¶ xxxiiij. ſi ſanguinis ſtil
la cadat ſuper terram, vel, tabulam: vel altare:
vel pallas altaris. Nam quid tunc agendum ſit tã
de penitẽtia q̃ de ſtilla docemur ex decreto pij pa
pe cuius verba ſunt hec. ſi per negligentiam aliqd

de ſanguine ſtillauerit in terram. i. ſuper tabulam
que ſolet eſſe ſub pedibus ſacerdotis celebrantis
ſcdm glo. lingua lambatur: ⁊ tabula radatur. Si nõ
fuerit tabula vt non conculcetur locus corrodetur
et igni conſumatur. ⁊ cinis iuxta altare condatur
et ſacerdos. xl. diebus peniteat. ſi ſuper altare glo. Gloſſa.
Non interpoſita palla ſtillauerit calix. ſorbeat mi
niſter ſtillam ⁊ diebus tribus peniteat. ſi ſuper lin
theum altaris. ⁊ ad aliud. ſ. lintheum. ſtilla perue
nerit quatuor diebus peniteat. ſi vſq; ad tertium
nouem diebus peniteat. ſi vſq; ad quartum. xx. die
bus peniteat et lintheamina que tetigit ſtilla tri
bus vicibus miniſter ſi ipſe ſacerdos abluat. cali
ce ſubterpoſito ⁊ aqua ablutiõis ſumatur et iuxta
altare condatur. hec omnia in dicto decreto de cõ
ſecra. diſtinc. ij. ſi per negligentiam. Hoſtiẽſis hic Hoſtienſis.
et Thomas in vltima parte ſumme. q. lxxxiij. arti.
vj argu. vij. dicunt q illa aqua ablutionis poſſet
ſumi a miniſtro niſi propter abbominationem di
mitteret. Nota etiaꝫ ſcdm. Glo. Hugo. ⁊ Bartho. Gloſſa.
ſuper idem decre. q ex hoc habetur qd ſi quid tur
pe in calicem cadat non teneor accipere. dicit hic
gloſ. vvillelmi. Quod in quibuſdam ſexternis
ſynodalibus inuenitur qd corporale ſuper qd ſtil
la ſãguinis cecidit ꝓ reliquijs deponatur. Quedã
etiã alia de hac materia precipiũtur ibi. ſed credo
qd ſiue ſtilla ſanguinis ceciderit ſuper corporale ſi
ue ſuper pallas ſiue ſuper aliud indumentum ſa
cerdotis ſufficit facere qd hic dicit niſi apd illos q
ſuper hoc habent aliud preceptum ſynodale qui Thomas.
formam ſibi traditã ſuper hoc ſequi debent Tho
mas in ſcrip. diſtinc. xiij. in fi. dicit qd tantum eſt.
vt pars illa linthei. ſiue palle abſcidatur poſt ablu
tionem ⁊ comburatur. ⁊ cinis in altari condatur.
Idem ⁊ tangit ab eodem Thoma in vltima parte
ſumme de huiuſmodi autem penis ſtatutis. ſ. qd
tot diebus peniteat: in hoc caſu dicit Thomas ſic
qd quidam dicunt eas taxatas eſſe ad cautelam. vt
negligentia magis caueatur. Et ideo circumſtan
tijs penſatis poteſt minui vel addi ad predictam
penam ſed tutius eſt vt predictam penaꝫ peragat.
debẽt autem ſcdm quoſdam illis diebus ieiunare ⁊
a communione ceſſare. ⁊ hoc etiaꝫ dicit glo. ſuper
idem. c. Glo. vvillelmi hoc dicit ſuper verſi. xl. die
bus quod cum non dicat in pane ⁊ aqua. Credo qd
ſufficit ieiunare quadrageſimali cibo vel ſicut ſo
let ieiunari ī ſexta feria. Sequit ī tho. in ſcrip. Alij
vero dicunt qd his diebus debet coniungi peniten
tia arbitraria pẽſatis conditionibus perſone ⁊ ne
gotij ⁊ hoc probabilius videt in ſumma etiam di
cit Tho. qd illis diebus debet ieiunare. ⁊ a cõmu
nione abſtinere ⁊ qd tamen poteſt hec penitentia
minui vel ei etiam aliquid addi ſecundum condi
tiones negotij ⁊ perſone. ¶ xxxv. ſi quis per ebrie xxxv.
tatem vel, voracitatem euchariſtiam euomue
rit. xl. diebus peniteat ⁊ hoc ſi ſit laicus. Clerici ve
ro vel monachi preſbyteri ſeu diaconi. lxx. diebus
peniteant. epiſcopus. xc. ſi pro infirmitatis cauſa
euomuerit. vij. dieb⁹ peniteat de cõſecra. di. ij. ſi qs
per ebrietatem. Glo. ſuper idem. c. dicit q pro ca
ſu infirmitatis penitentia imponitur ad cautelaꝫ
ſit. xxxiiij. q. ij. In lectum. ⁊ quia non debuit ſumere Ray.
cum eſſet infirmus etiam ita fuit in culpa. ¶ Ad
dit hic Ray. §. xlvj. Item ſi ſanguinis. Quod in hoc
caſu debet vomitus ille ſumi diligenter ⁊ cremari
⁊ cineres iuxta altare recõdi. vt ſupra in caſu pro
ximo dictũ ẽ. Addit etiã hic tho. in ſcrip. vbi. ſ. Qd
ſi mus vel aliud aial: propter negligẽtẽ cuſtodiaꝫ.
ſpẽs ſacramenti comedit ille per cui⁹ negligẽtiam
accidit hoc: dꝫ ſcdm canones. xl. dieb⁹ penitere etiã
mus

mus ſi capi poteſt comburi et mus in ſacrarium
ꝓijci. ſi autem amiſſa fuerit hoſtia. vel pars eius
vt inueniri non poſſit. debet. xxx. diebus penitere.
he penitentie ponuntur de conſecra. diſtinc. ij. cir
ca finem. c. Qui bene. ſed qualiter iſtis diebus pe-
nitere debeāt dicit Thomas ſicut. ſ. caſu proximo
poſitum eſt addit Hoſtien. ꝟ. xliij. qꝺ ſi is ad quē
ſpectat cuſtodia in caute dimiſit eucbariſtiam vel
criſma ꝙuis nihil nefandū inde acciderit tribus
menſibus ab officio ſuſpendantur ⁊ ſi per eius in
curiā aliqꝺ nefandū ide ꝯtingerit grauiori ſubiace
at vltiōi vt patēt hec extra de cuſtodia euchari. c. j.
xxxvj. ¶ xxxvj. q̄ pbr̄m interfecerit. xij. annis peniteat. et
conuictus vſqꝫ ad vltimum tempus vite ſue mili-
tie angulo careat ⁊ abſqꝫ ſpe coniugij maneat. vt
xxxvij. extra. co. ti. c. ij. ¶ xxxvij. qui domum vel aream vo
luntarie ſuccendit ſublata vel incenſa omnia reſti
tuat ⁊ tribus annis peniteat extra de iniurijs. ſi-
quis domū. vide de hac materia plura. ſ. li. ij. ti. v.
xxxviij. de raptoribus. q. x. que ſit pena. ¶ xxxviij. qui cō-
municat heretico inſcius anno peniteat. qui ſcien
ter. v. annis qui permittit hereticum cantare miſ-
ſam ignoranter. xl. diebus. ſi pro reuerentia eius ꝑ
annum. ſi in ſubuerſionem fidei tanꝙ heretic⁹ da
natur niſi per. x. ānos peniteat. ſiquis receſſerit ab
eccleſia ad hereticos confugiens et alios ad hoc
idem faciendū induxerit. xij. annis peniteat. tres
extra eccleſiam. vij. iter audientes ⁊ duos adhuc ex
tra cōmunionem. ⁊ ſic. xij. anno cōmunionem ſine
oblatione ꝑcipiat vt. xxiij. q. j. ſi quis dederit. Cete
xxxix. ra vero pertinentia ad ſherefim ciſma. vel apoſta-
ſiā vide. ſ. in titulis ſpecialib⁹. ¶ xxxix. quid igno
ranter cognoſcit duas ſorores vel matrem ⁊ filiā
vel amitam ⁊ neptem. vij. annis peniteat. ſi ſciēter
perpetuo careat cōiugio. xxxiij. q. ſi. ſi quis cū dua
xl. bus. ¶ xl. Qui cū brutis coierit pluſꝙ. vij. annis
peniteat. Et idē pro inceſtu. xxxij. q. ij. c. hoc ipſm
et. §. ſequenti vide. ſ. c. q. ꝟ. Terti⁹ qꝺ ſiquis. ¶ xlj.
xlj. Patronus qui res eccleſie dilapidat vno anno pe
nitet. xvj. q. vij. filijs. ¶ xlij. Qui luſtrat domū ſu-
xlij. am cum magicis ⁊ incantatoribus. v. annis peni-
xliij. tet. xxvj. q. v. Qui diuinatores. ⁊. c. nō liceat ¶ xliij.
Thomꝰ. Si mus comedat corpus xp̄i de hoc caſu vide ſu-
xliiij. pra in caſu. xxxv. vbi addit. etiā hic Tho. ¶ xliiij.
Qui iurat non facere pacem cum proximo ſuo an-
no peniteat ⁊ ad pacem redeat. xxij. q. iiij. Qui ſa-
xlv. cramento. ¶ xlv. pro periurio adulterio ⁊ homici
dio dātur regulariter. vij. anni. Idē pro fornicatiōe
licet non ita aſpera penitentia iniungatur. xxij. q.
j. predicandū. xxxij. q. ij. c. hoc ipſum ⁊. §. ſequenti.
xlvj. ¶ xlvj. Qui ſcienter rebaptizatur. vij. annis peni-
tet. Quarta et ſexta feria in pane ⁊ aqua ieiunan-
Raymund⁹ do ⁊ tres quadrageſimas ieiunet: ⁊ hoc ſi ꝓuitio he
reſis hoc fecerit: ſin autem ꝓ munditia. ſ. pro ſalu-
te corporis obtinenda. vt extra de apoſtatis. c. ij.
tribus annis peniteat. de conſe. diſtin. iiij. circa ſi.
c. qui bis: de hoc etiam ibidem in. c. eos quos Se-
cus tamen de his quibus ignorantia etatis ſuffra
gatur vt in. c. eos in ſi. Et talis qui bis baptizatur
Jacobi. ij. vel etiam confirmatur ſit de foro eccleſie ⁊ cogitur
fieri regularis de conſecra. diſt. v. dictū eſt. ¶ De
his omnibus nota qꝺ ſi peccator liber eſt totā pe
nitentiam a canone ſtatutā ſi fieri poteſt explere
debet. xxvj. q. vij. ſacerdotes penitentiam de peni.
di. j. Nonnulli vero. poſſunt tamē ex cauſa augmē
tari ⁊ minui conſideratis diuerſis circumſtantijs
de quibus dictum eſt. ſ. in prin. queſtionis.

¶ Queſtio. xxxvj.

Quę ſit falſa ſatiſfactio vel penitētia Re. ſm
Ray. §. xij. nūc ē vidēdum de hac ſic dicit Jn.
ſcds fratres noſtros. ſ. epiſcopos et preſbyteros
āmouem⁹ ne falſis penitētijs laicor̄ animas deci
pi aut in infernum detrahi patiantur falſam au-
tem penitentiam eſſe conſtat cū ſpretis plurib⁹ de
vno ſolo penitentia agitur aut cū ſic agitur de vno
vt non diſcedatur ab alio vnde ſcriptū eſt. Jaco. ij.
qui totam legem impleuerit. offendat autē in vno
factus eſt omniū reus. ſ. quantū ad vitā eternam.
ſicut enim ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus ita
ſi in vno tantum maneat eterne vite ianuam non
intrabit falſa enim eſt penitentia. cum penitēs ab
officio vel curiali. vel negotiali non recedit qꝺ ſine
peccato agi glo. hic ad minus veniali. nullatenus
preualet. aut ſi odium in corde geſſerit: aut ſi offen
ſo cuilibet non ſatiſfaciat. aut ſi offenſus offendē-
ti non indulgeat. aut ſi arma quis contra iuſtitiā
gerat hec omnia de pe. diſt. v. c. fratres noſtros in
aliquibus liberis incipit. c. epiſcopos. ¶ Itē Gre- Gregori⁹. x.
gorius ibidem. c. falſas ſic dicit falſas penitentias
dicimus que non ſcdm autoritatem ſanctorū pa-
trum. pro qualitate criminis imponuntur ideoqꝫ
miles vel negociator. vel alicui officio deditus qꝺ
ſine peccato exerceri non poſſit vel qui bona al-
terius iniuſte detinet ⁊c. vt. ſ. in autoritate Inno.
intellige tamen hoc niſi ex cauſa penitentie cano-
num temperentur vt. ſ. dictum eſt. ¶ Qꝺ autem
dictum eſt qꝺ non liceat penitentibus exercere mi
litiam officium vel negotium priſtinū dico qꝺ po-
teſt intelligi de ſolēniter penitentibus qui non de-
bent ſeculariter viuere. ſ. poſt ſuſceptam peniten-
tiam ſolēnem de pe. diſt. v. contrarium ⁊. l. diſt. il-
lud poteſt etiam intelligi quando delinquit in ipſo
officio vel planius quando ſibi iniūctum eſt in pe
nitentia tunc enim ſi rediret et eſſet manifeſtum
deberet excōmunicari. de peniten. diſt. v. de his vel
dic ꝙ honeſta poteſt exercere poſt peractam peni
tentiam dum tamen in eis caueat peccatum. Tur-
pia vero non vnde leo papa. qualitas lucri nego-
tiantem aut excuſat aut arguit qui ⁊ honeſtus eſt
queſtus ⁊ turpis verumtamen penitenti vtili⁹ eſt
diſpendium pati ꝙ periculis negociatiōis aſtrin-
gi. c. q2 difficile eſt inter ementis et vendentis com
mertium non interuenire peccatum. de pe. diſt. v.
qualitas. Item. G. ibidem negotium qꝺ ante con
uerſionem ſine peccato exiſtit. hoc etiam poſt con
uerſionem repetere culpa non fuit. de pe. diſt. v. ne
gotium. eadem omnia ponit Hoſtienſis. §. xiij. qꝺ Hoſtienſis.
ſit effectus. ꝟ. ad hoc etiam ⁊ ſequentibus. Thom. Thomas.
et Pet. diſtinc. xvj. breuiter dicunt qꝺ negotiatio
⁊ militia ⁊ huiuſmodi aliquando poſſunt exerceri
ſine peccato ⁊ tunc non impediunt penitentiā. ali
quā vix poſſunt ⁊ tunc impediunt. ſed tamen ſuffi-
cit dimittere vitium annexum. aliquando tamen
nullomodo poſſunt exerceri ſine peccato ⁊ tūc om
nino dimittenda ſunt. Item nota qꝺ quedam cri-
mina ſunt de quibus non poteſt quis agere peni-
tentiā niſi reſtituat vel renunciet: ſi tamen poteſt
qꝺ male acceperit. videlicet ſymonia ⁊ rapina ſiue
predatio: incendium: furtum: ſacrilegium: vſura:
ſiue turpis ⁊ doloſa negotiatio. de his omnibus
et multis alijs circa idem inuenies plene ſupra in
titulis ⁊ Rubricellis ſpecialibus. dicit hic glo. ſu-
per verſicu. niſi reſtituat hoc plane verum eſt in il
lis caſibus in quibus non transfertur dn̄ium in
accipientem: aut vbi competit repetitio: etiam ſi
transferatur dn̄ium: vbi autem transfertur et non
cōpetit repetitio. ⁊ tn̄ mortaliter peccat q̄ accipit
credo qꝺ ꝙuis ꝯgruū ſit ⁊ honeſtum qꝺ puniatur
quis in eo in quo delīqt ⁊ q̄ hmōi turpiter acq̄ſitū
non remaneat apud acquirentē. ſed pauperibus

erogetur poteſt tamen circa retentionem rei taliter acquiſite penitentiarius diſpēſare ſi videat expedire vide de hoc.ſ.li.ij.t.v.de raptoribus.q.xix. quero etiam ⁊ in alijs locis in eadem queſtione ſignatis.

¶ Queſtio.xxvij.

Hoſtienſis. Quid ſi ſacerdos iniunxit alicui in penitentia qđ faciat celebrari miſſas nūqd poteſt recipere pecuniam pro his miſſis oblatam R̄ſ. ſm Hoſtien.§.xvj.et ad quid tenetur ſub.§.quid ſi ſacerdos ⁊ ſequen. Non debet miſſas quas ſic iniunxit celebrare.quia ſpecies mali eſt.extra de vi.⁊ honeſta.cleri.cum ab omni. Sed vel non iniūgat huiuſmodi penitentiam vel ſi iniungit.dicat qđ per alium ipſas miſſas faciat celebrari.et per talē qui ſibi vicem non reddat ſicut doloſe fieri poſſet ſi ad vicinuȝ ſacerdotem mitteret qui ſibi poſtea vicem redderet. Tutius tamen eſt ⁊ ſanum conſilium a talibus impoſitionibus penitentie abſtinere quia quicqđ auari ſacerdotes ſub pretextu caritatis et pietatis de foris pallient cogitationes tamen ſuas et intentionem quam habēt de recipiēdis oblationibus omnipotenti deo nequeunt occultare ergo ſi dicat preſbyter qđ caritas ipſum ad hoc moueat non cupiditas quia forte penitens non poteſt peregrinari.nec ieiunare nec orare nec aliud facere.oſtendat hec per opera ⁊ credam ei.vt.ſ. faciat per alium non ſuſpectum celebrari vel ipſum gratis celebret vel oblatum hac occaſione pauperib⁹ eroget.

¶ Queſtio.xxviij.

Thomas. Utrum penitens expleta penitentia ſibi a ſacerdote impoſita ſit totaliter abſolutus. Reſpon.ſm tho.in ſcrip.diſt.xx.dicēdū ꝙ act⁹ miniſtri bonus vel malus nihil diuerſificat in efficacia ſacramētoꝝ vñ ſiue ſacerdos habeat ſe diſcrete in iniunctiōe penitētie ſiue nō nihil diuerſificatur quātum ad efficaciam abſolutionis confeſſionis. et ideo ſiue diſcrete penitentiam iniungat ſiue nō ſemper remanet reatus ad penam eiuſdem ꝙtitatis.⁊ ideo ſi eam hic non explet ab eo in purgatorio exiget. Nec ſequitur ꝙ propter hoc confeſſor peccet ſemper.ſi minorem cōdigno penitentiam iniungit. Tū quia non poteſt determinate ꝙtitatem pene debite cognoſcere quāuis aliquid prope conſideratis regulis patrum determinare poſſit. Tū quia quandoqꝫ etiam ex induſtria minorem penam imponens plus prodeſt penitēti ꝙ noceat qui forte magnitudine pene poſſet a penitentia peragenda impediri propter debilitatem virtutis adhuc in eo de nouo recuperate ⁊ ideo negligit minus dānum vt malus euitet ⁊ interim paulatim conformatur in eo diuin⁹ amor.ad plura penitentie opera peragenda.concordat pe. adiunge his que poſita ſunt.ſ.q.xxv. ꝗ penitentia. circa princip. vlti.hoſtienſis.ꝟ ſacerdos tamen.

Petrus.

¶ Queſtio.xxix.

Utrum vnus homo poſſit pro altero ſatiſfacere Reſpon. ſm pet. ꝙ duplex eſt effectus ſatiſfactionis vnus ſolutio debiti peccatorū precedentium alter excisio cauſarum peccatorum ſequentiū quo ad hūc effectum ſcđm nō poteſt vn⁹ homo ſatiſfacere pro altero. quia per ieiuniuȝ vnius caro alterius non domatur. ¶ Quo ad primum effectum diſtinguendum eſt quia ſi alius eſt impotens per ſe ſatiſfacere tunc alius qui eſt in caritate poteſt pro eo ſatiſfacere ſimiliter ⁊ confiteri. ſi autem eſt potens tunc oportet ꝙ ipſemet apud deum ſatiſfaciat pro ſeipſo poteſt tamen iuuari per alterum.ſed Thomas dicit qđ etiā ſi potens eſt iſte penitens nihilominus alius pōt pro eo ſatiſfacere ſed non eſt permittendum vt aliquis pro aliquo ſatiſfaciat.niſi defectus aliquis appareat in penitēte vel corporalis ꝑ quē ſit impotens ad ſuſtinendum vel ſpiritualis.ꝑ quē non ſit promptus ad portandum penam Thomas Petrus.

¶ Queſtio.xxx.

Utrum ſatiſfactio poſſit fieri per opera ex caritate facta R̄ſ.ſm pe.in ſcrip.di.xv.qđ nō ſatiſfactio enim eſt amotio offenſe ⁊ reſtitutio amicitie hoc aūt non poteſt fieri ſine gratia et caritate vnde.j.Coꝛ.xiij.ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas ⁊c. Caritatē aūt nō habeam nihil mihi pdeſt talia enī opera non ſunt deo accepta et licet homo non habeat certitudinē ſciētie qđ ſit in caritate et per conſequens certus eſſe non poſſit de ſatiſfactione propter qđ dicitur eccl. de propiciatu peccatoꝝ noli eſſe ſine metu. tamen ſufficit certitudo probabilis coniecture. Idem Thomas. Coꝛ.xiij.

¶ Queſtio.xxxj.

Utrum ſatiſfactio poſſit fieri per opera in caritate iniuncta ⁊ inchoata.ſed non perfecta. R̄ſ.ſm Pe.ibidem dicendū qđ nō qꝛ nō poteſt eſſe aliquod opus meritorium vel ſatiſfactorium.ſine intentione bona. Intentio aūt bona hic non cōtinuat nec ſm actum nec ſm habituȝ Itē id qđ ſit in peccato opus mortuum eſt ergo ⁊c. Petrus.

¶ Queſtio.xxxij.

Utrum ſatiſfactio in mortali peccato facta ꝑ ſequentem penitentiam valere incipiat R̄ſ. ſm pe.ibidem dicendū qđ non quia talia opera caritate nec ſunt elicita nec imperata ⁊ ideo ab ea nō viuificantur. vide de his plenius infra eo.titu.q. xxxix.ſed qđ ſi is in duabus ſequentibus.

¶ Queſtio.xxxiij.

Quero etiam vtrum ſacerdotes poſſint facere commutationes ieiuniorum vel alterius ſatiſfactionis ad petitionem ipſorum penitentiuȝ R̄ſ.ſm Ray.§.lxix. Item ad aliꝗ credo breuiter qđ ſic dum tamen diſcrete ⁊ propter cauſam. Et circa ſubditos ſuos.als non di.lxxxij.preſbyter Non tamen hec extendo ad vota in quibus ſtrictius proceditur vt ptꝫ.ſ.li. j.t.viij.de voto.q.lxx.vtrum in votis.⁊ ſequentibus.ſed glo.hic ſup.ꝟ.Credo breuiter dicit ſic diſtinguendum qꝛ ſi penitens petit commutari vel relaxari penitentiam.per illuȝ eūdem qui ſibi eam iniunxerat aut per ſucceſſorē ei⁹ ſi prius ammotus eſt ab officio, poterit ille commutare vel relaxare.⁊ idem dicas de ſuperiori illius qui iniunxit.ſi eſt ordinarius iudex ipſius penitentis. Et dico qđ quo ad hec archiepiſcopus videtur eſſe ordinarius quo ad forū penitentiale ſubditorum ſuffraganei ſui quāuis nō ſit ordinarius quo ad foꝝ cōtētioſuȝ niſi in caſib⁹ expreſſis iure extra de off.ordi.c.paſtoralis.ꝙ aūt ſit ordinarius ipi⁹ ſubditi quo ad foꝝ penitētiale pbaꝛ ꝑ hec qđ archiepꝭ ꝑ prouinciā ſuā remiſſionis litteras concedere pōt gñales extra.e.ti.noſtro. certū eſt aūt ꝙ nullus epꝭ pōt facere remiſſionē niſi ſubditis ſuis ⁊ alijs de volūtate p̄latorū ſuoꝝ.extra.eo.ti.qđ aūt ergo ſubditi ſuffraganeoꝝ quo ad hec ſunt ſubditi archiepiſcopi ſi aūt pares ſunt ille.ſ.ꝗ iniunxit penitētiam ⁊ ille a quo petitur relaxari vel mutari diſtigue qꝛ vel ſunt ita pares qđ ſunt pniarij eiuſdeȝ epiſcopi.vel ſunt duo ſacerdotes deputati,⁊ in ſolidum de conſuetudine curā hñtes alicui⁹ parochie vel duo epi i quoꝝ vtriuſqꝫ dyoceſi domiciliū habet penitēs ita qđ ē parrochian⁹ vtriuſqꝫ.ſi penitētia publica vel ſolēnis indicta fuerit.ne ſcandalizetur pri⁹ cōfeſſoꝛ requirendus eſt conſenſus eius vel Raymund⁹

eius.vel ſucceſſoris eius ſi de facili poſſit requiri maxime ſi penitēs publice iā inchoauit penitētiā ſibi iniunctam a primo ſi aūt nō de facili poſſit requiri aut ſi pnia fuerit occulta poterit ſecūdus cōfeſſor cōmutare vel relaxare. Nō obſtante ſubtilitate iuris qua dicitur qḋ duob⁹ pcuratoribus in ſolidum datis melior eſt conditio occupantis.q2 idē locū habet in cōtentioſa iuriſditione non in voluntaria. ſi aūt ita pares ſunt ꝙ vterqꝫ cōfeſſor eſt ſacerdos parochialis vel epiſcopus et penitens trāſtulit domicilium de parrochia in parrochiā vel de dyoceſi in dyoceſim poterit ſecundus confeſſor relaxare vel cōmutare pniam a primo iniūctam non obſtante qḋ dici ſolet qḋ ſententiam vni⁹ epiſcopi non poteſt par epiſcopus reuocare.q2 illud habet locum in ſententia excōicatiōis ꝛ ſuſpēſionis ꝛ ceteris ad forum contentioſum ptinentibus non ad penitentialem. Ratō.ij.ſunt omnino ſimiles voluntaria ꝛ contentioſa iuriſditio cū iudex nō poſſit reuocare ſententiam quā tulit. q̄uis iniuſtam. Confeſſor aūt poteſt reuocare penitētiā quam iniunxit. Gloſſa.

℄ Queſtio.cxxxiiij.

Quid ſi papa vel penitentiarius eius vel epiſcopus iniunxit pniam petit modo relaxari vel mutari p inferiorem R.ſi.ſm.glo.ibidē ſi penitentia iniuncta eſt in caſu reſeruato ſupiori non poterit inferior relaxare vel cōmutare abſqꝫ licentia eius qui iniunxit niſi vigeat neceſſitas aut ſuadeat vtilitas.pius ēm eſt interpretari: qḋ ſuperior in hmōi caſibus conceſſerit inferioribus potentiā cōmutandi vel relaxandi.ſi autem nō erat caſus reſeruatus ſuperiori.ſ3 talis erat de quo poterat ab initio inferior penitentiā iniungere poterit etiam inferior relaxare vel cōmutare.niſi certū ſit qḋ ſuperior reſeruauerit ſibi relaxationem ꝛ cōmutationem hmōi ar.ad hoc.l.di.accedens ꝛ.xxxiij.q.ij.latorem.et in glo.vtroqꝫ idem dicitur.

℄ Queſtio.cxxxv.

Quid ſi aliquis penitet de peccatis vel dicit ſe penitere. nō tamē vult ſubire onus penitentie dicens ſe tenerū vel male complexionatum vel ſimile. Nunqd talis admittendus eſt ad penitentiam.videt ꝙ non penitet perfecte.q2 pfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre vide.ꝺ.e.ti.q.xvj.poſt hoc Itē q2 caritas oīa vincit.caſi.vlti.fortis vt mors dilectio ꝛ ad Ro.viij. Quis nos ſepabit a caritate xpi.tribulatio an anguſtia an perſecutio ꝛc. R.ſi.ſm Ray.§.ij. Item qḋ ſi aliquis.et Hoſt.§.xx. Et an ficte.ꝟ.quid ergo et ſequē.debet ſacerdos talem primo inducere ſicut poteſt vt animū habeat paratū ad implendum penitentiam quā iniungit oſtendendo ſibi magnitudinē pctōꝝ quot ꝛ q̄ta bona amiſit.propter illa peccata que omnia recuperabit per penitentiam oſtendat etiam quātam penam ſuſtinuit adam cū tota poſteritate ſua pro vno peccato q2.ſ.ſolum guſtauit de pomo ligni vetiti.conſidera ergo quanta pena debetur tantis ſceleribus q̄ tu cōmiſiſti vtilia etiam ad iſtam inductionem.vide.ꝺ.e.ti.q.xxj. Quero etiā que ſint.et infra.q.cxcv.quero ergo et que impediunt.ſi poteſt eum frangere imponat ei talem penitentiam ſine ſatiſfactionem cū volūtate ſua quā veriſimiliter poſſit portare ne deteri⁹ ei contingat poſtmodum violando:ad hoc autē preciſe laboret vt peccatorum cauſas ꝛ radices remoueat ꝛ omnem occaſionem peccandi pro poſſe tollat.quia ſm Augu.ſatiſfacere eſt cauſas peccatorum excidere et eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. Item ſi ſacerdos non poteſt gaudere de omnimoda eius purgatione gaudeat ſaltem quia ipſum liberatum a gehēna ad purgatorium poſſit tranſmittere ꝛ ſicut dicit Hoſtienſis nullatenus debet ſacerdos peccatorem dimittere a ſe recedere deſperatum. Nam ſacerdos qui penitentiam denegat.reus eſt animarum.xxvj.q.vj.ſi preſbiter vide infra.q.clxj.vtrum ei.ꝟ.ſequen.in Raym. ſ3 potius imponat vnū pater noſter:.vel ꝙ ſemel in ſeptimana vadat ad eccleſiam vel aliud etiā leuius ꝛ inſuper alia bona que fecerit ei iniungat in penitentia:ꝛ mala que patienter tolerabit ſicut dictum eſt.ꝺ.e.titu.q.cviij.in quibus conſiſtit.in fine ꝛ duabus queſtionibus ſequentibus. Oſtendat tamen ei.qḋ id qḋ min⁹ faciet hic complebit in purgatorio ꝛ ſic ipſum admittat dum tamen peniteat de peccatis vel dicat ſe penitere ꝛ habere propoſitum decetero abſtinendi.hic Hoſtienſis Addunt poſtea tam Ray.q̄ Hoſtien.qḋ ad huiuſmodi miſericordiā multa nos inuitant Primū eſt exemplum domini qui nunq̄ legitur grauem penitentiam iniunxiſſe.ſ3 dicebat vade ꝛ amplius noli peccare Iohan.viij.vel ne deterius tibi inde cōtingat Item Matthei.ix.ꝛ lu.v.nolite mittere vinum nouum in vtres veteres. glo.hic dicit ꝙ appellat vinū nouum laborioſam ꝛ duram penitentiā:vtres autem veteres appellat peccatores in peccatis inueteratos. Item iohannes. Criſoſtomus ſuper illum locum Matthei.xxiij.ꝛ Luce.xj.alligant onera grauia ꝛ importabilia ꝛc. Si erramus modicā penitentiam imponentes nonne meli⁹ eſt propter miſericordiā rationem reddere q̄ ppter aliquam crudelitatem.vbi enim paterfamilias larg⁹ eſt diſpenſator nō debet eſſe tenax.ſi deus benignus vt qd ſacerdos eius auſterus vult apparere. hec oīa Criſoſtomus xxvj.q.vij.alligant. Concordat etiam ſupradictis glo. hec ſuper.ꝟ.poſſit portare dicens qḋ non debet iniungi penitentia niſi quā ſponte et ſine murmuratione voluerit penitēs ſuſcipere cōcordat etiam Thomas in ſcrip.diſtin.xix.et addit hic glo. dicens conſulo qḋ ad vitandam inobediētiam et tranſgreſſionem talibus nulla aut pauca ſatiſfactio iniungatur ſub precepto ꝛ quod concedatur eis qḋ liceat eis ieiunium ſibi iniunctū aut orationes aut elemoſinas ꝛ q̄cūqꝫ alia ſibi iniuncta redimere cum voluerint. Concordāt etiam his Innocentius extra eo.ti.in gloſa ſuper.c. Omnis circa medium.

℄ Queſtio.cxxxvj.

Sed quid ſi credo de aliquo qḋ non faciet qḋ promittit aut que iniunguntur ei in penitentia.nunqd abſoluēdus eſt ſub conditiōe.ſi hoc vel illud fecerit. R.ſi.ſm glo.ibidem penitētiarius ne laqueum tranſgreſſionis preparet penitenti: non debet ab eo exigere promiſſionem aut votū de aliqua penitentia faciēda aut etiam iuramentū niſi in caſibus expreſſis a iure.ſed ſufficit ꝙ dicat ſe habere propoſitum faciendi qḋ ſibi iniungitur et ſic debet abſolui ſimpliciter et ſine conditione facta tamen proteſtatione ſi ſuſpectus habeatur ꝙ ſi non reſtituat qḋ abſtulit aut non faciat alia ad q̄ tenetur dum tamen poſſit fructum ipſi⁹ facte confeſſionis ꝛ abſolutionis euacuabit.

℄ Queſtio.cxxxvij.

Quid de eo qui confitetur peccata et tamen impoſterum non vult abſtinere vel vult abſtinere ab vno.et non ab alio. Reſpon.ſm Ray.§.iij.de ſecundo et tertio ꝛ Hoſtienſis.§.xx. Et an ficte.in fine.dicēdū ꝙ talis nō eſt in caritate nec proſunt ei bona que facit ad vitam eternam quamuis proſint ad alia vt infra dicetur queſtione proxima Et tamen eius confeſſio eſt admittenda ei de pec-

Margin notes (left column): Raymund⁹ Hoſtienſis.
Margin notes (right column): Hoſtienſis. Matth. ix. Luce. v. Criſoſtom⁹. Thomas. Innocētius. Gloſſa. Raymund⁹ Hoſtienſis.

catis commiſſis conſilium adhibendum et licet non ſit vera huiuſmodi pnia eſt tamē ad agenduz verā penitentiā crebris ⁊ ſalutaribus monitis inducendus vt hec dicunt extra eo. ti. qđ quidā et vt dicit Hoſt. ſi pctm publicum ſit ad ſatiſfaciēdū erit per cenſuraz eccleſiaſticā cōpellēdus: vide de hoc ſ. e. ti. q. lxxxiiij. ad pniuſſorū etiā. ẟ. nota etiam.

Queſtio. cxxxviij.

AD qđ ergo valent cōfeſſio orationes ⁊ elemoſine ⁊ alia bona opera extra caritatem facta Rñ. ſm Ray. ⁊ Hoſt. vbi. ſ. dicendū qđ talis confeſſio ieiunia elemoſine oratiōes pegrinatiōes ⁊c. q cōſilio ſacerdotis ſūt dicti. q. pxima faciūt cum deuotione ⁊ timore dei licet informiter. i. ſine caritate q̄uis non valeant directe ad vitaz eternā obtinendam: tñ valebūt eis ad quinqꝫ vel ad aliquod iſtorum. ¶ Primo. ſ. ad extremi iudicij ſuppliciū tolerabilius ſubeūduz de pe. di. iij. ſi quis aūt nō habens caritatē. et loquit ibi de illo q ſine caritate mortem patitur pro fide. Scđo ad tpalem pſperitatem obtinendam. de pe. di. iij. cauendum ⁊ . xxij. q. ij. ſi qlibet. Tertio ad hoc vt citius illuſtret cor eius ad pniam de pe. di. v. falſas l ſi. Quarto ad aſſuefactionē bonoꝝ operum ſicut dicit de baptiſmo Iohānis qꝫ non valuit ad remiſſionem pctōꝝ ſꝫ ad aſſuefactionē boni de conſe. di. iiij. nō regenerabātur. Quinto qꝛ credēdū eſt qꝫ diabolus non habet in eo tantam ptātem quātā haberet ſi bona opera non faceret. Qđ patet ex eo qđ refert beat⁹ gregorius in dialogo de iudeo qui inuinierat ſe ſigno crucis ⁊ ideo demones nō poterāt ei nocere immo demon q primo eū iuenerat: retulit maiori demoni ⁊ ceteris in hec verba inueni vas vacuum. ſꝫ ſignatum concordat etiā his goffredus.

Queſtio. cxxxix.

Septimus. ¶ Septimus eſt quando ſponſa de futuro cū alio vel ſponſus cum alia contrahit per verba de preſenti vel per verba de futuro ⁊ ſequiꝛ carnalis copula. tunc enim ſoluuntur prima ſponſalia propꝛ maius vinculum ſuperueniens. Sed debet agere penitentiaꝫ de fide vel promiſſione mētita. extra ꝺ ſponſ. Si inter virum. ⁊ extra de ſponſa. duo. ca.i.

¶ Queſtio. xxviij.

SEd quid ſi cum prima contraxit ſponſalia ꝺ futuro ſimpliciter ſcilicet ſine fidei vel iuramenti interpoſitione. Et cum ſecunda ſponſalia ſimiliter de futuro ſed interpoſito iuramento. Rñ. ſecundum Ray. ibidem. Credo ꝙ dꝫ ſeruare pma
Idem. ſponſalia ⁊ agere penitentiam de periurio. quod commiſit iurando. Illicitum enim iuramentum non poteſt eſſe vinculum iniquitatis. Extra dei timeīur. Quāto extra de ſpōſa. Sicut ex litteris. xxij. queſtio. iiij. In male promiſſis reſcinde fidē in turpi voto muta decretum. Concordat his Hoſtien. ⁊ ſi. Quid ſit ⁊ Prima. ¶ Octauus eſt quando miOctauus. nor venit ad etatem adultam ⁊ petit abſolui a vinculo ſponſalium ⁊ dari ſibi licentiam nubendi alij. Extra ꝺ deſpon. impub. De illꝭ. primo. ⁊ ca. A nobis.

Hoſtienſis ¶ Omnes predictos caſus etiam Hoſtien. ponit et addit nonū caſuꝫ ſcilicet ſi fama habeatur ꝙ inter ipſos ſit canonicum impedimentū ⁊ de fama vel ſcandalo doceatur. extra de ſponſa. Cum in tua. tua. Extra de conſan. capi. ij. ⁊ de teſtibus ſuper eo.

Raymūd⁹. ¶ Sequitur in Ray. ⁊ notandum ꝙ omnes iſti caſus preter primum ſcilicet qñ vult tranſire ad religionem intelligendi ſunt tm̄ de ſponſalibus de futuro quia tunc pure et vere dicunꝛ ſponſalia.

¶ Item in duobus caſibus de predictis ipſo iure ſoluuntur ſponſalia ſcilicet qñ alter intrat religionem ⁊ quando contrahit matrimoniū cum altero vel cuꝫ altera. In ceteris vero caſibus ſoluēda ſunt per iudicium eccleſie. ſcꝫ autoritate epiſcopi vt dicit Hoſtiē. ⁊ ſi. Itēꝫ nono ar. extra de deſpon. impub. acceſſit. ⁊ capi. Continebatur. Addit etiam Hoſtien. tertium caſum ſcilicet fornicationē notoriam ꝙ. ſ. tunc etiam ſoluantur ſponſalia ipſo iure Cum Ray. in omnibus ſupradictis a principio queſtionis. Concordāt Alb. Pe. ⁊ Tho. i ſcrip. dicit hꝫ gloſſa ſuper ꝟ. Inceſtus. Ita patet ꝙ vbi ipſi ſpōſi remittunt ſibi ſponſalia ⁊ ſe inuicē abſoluūt ſpōſi de futuro. vt extra de ſpon. Preterea. i. non proprija autoritate: ſed autoritate eccleſie debent hoc facere alias non poſſunt ſe inuicem abſoluere.

De matrimonio. Titulus ſcḋus.

POſt ſponſalia ſequitur videre de matrimonio.

¶ Queſtio. i.

ET primo quero quid ſit matrimonium ⁊ vnde dicatur. Rñ. ſecundū Ray. lib. iiij. ti. ij. in pnci. Matrimonium eſt viri ⁊ mulieris cōiunctio indiuiduā vite cōſuetudineꝫ retinēs. xxvij. q. ij. §. i. ⁊ extra de pſump. Illud iſtitu. de nup. §. ij. Magiſter i ſentē. li. iiij. di. xxvij. i pn. dicit ſic. Matrimoniū eſt viri mulieriſqꝫ cōiunctio maritalis inter legitimas pſonas indiuiduā vite cōſuetudinē retinēs. ¶ Matrimoniū eſt viri ⁊ mulieris nō dicit viroꝝ ⁊ mulieris. Nec viri et mulieꝝ qꝛ nec vnus vir plures vxores. Nec vna mulier plures viros ſimul habere pōt. Coniūctio. ſcilicet aloꝝ ⁊ matrimonialis indiuiduā vite cōſuetudinem retinēs. hoc eſt ꝙ neuter abſqꝫ cōſenſu alterius pōt ↄtinentiā profiteri vł oꝛoni vacare ⁊ ꝙ inter eos dū viuūt vinculū pmanet ↄiugale vt neutri liceat ſe alteri copulare. Et vt inuicē alter alteri exhibeat qđ quiſqꝫ ſibi. dicit hic glo. ꝙ in hac clauſula indiuiduā vite. ⁊c. cōphendunꝛ tria. ſ. ꝙ ↄiugati ſibi inuicē debēt ſeruare mutuā fidē vt ⁊ neuꝛ frangat fidē thori cū altero ↄtrahēdo. ⁊ mutuā ſeruituteꝫ vt. ſ. alter alteri debitū reddat. ⁊ mutuā exhibitionē. ſ. vterqꝫ reliquo i neceſſarijs hmōi vite ſi poſſit prouideat. Hec etiā tria Ray. inuit vt ptꝫ ſupra in ſua expoſitione. ¶ Itē dicit hic glo. ſuper ꝟ ſi. vt inuiceꝫ. Nota ꝙ hec diffinitio intelligiꝛ de matrimonio ↄſummato p carnalē copulā ⁊ de matrimonio fideliū qꝛ nec matrimoniū infideliū nec matrimoniū etiā fideliū añ carnalē copulā eſt oīno indiſſolubile cū poſſit ſeparari i caſu. Si tñ exponatur indiuiduā vite ↄſue. re. i. apta retinere pōt illa diffinitio itelligi de oī matrimonio de pñti ⁊ expone retinens. i. retinēda exigens. Concordat his Pe. in ſcrip. Pōt etiā aliter diffiniri matrimoniū eſt maris ⁊ femie ↄiunctio ↄſortiū ↄmunis vite diuini ⁊ hūani iuris cōicatio. ff. de ritu nup. l. i. diuini. Glo. qꝛ i diſpari cultu nō ↄtrahiꝛ matrimoniū et hūani iuris. Gl. qꝛ ſub eodē iudice dꝫ ↄueniri vxor cum viro. ¶ Diciꝛ aūt matrimoniū quaſi matris munium. ideſt officium. quia dat mulieribus eſſe matres. vel ideo magis denoiaꝛ a matre ꝙ̄ a patre qꝛ eius officiū plus apparet i matrimonio ꝙ̄ officium viri. Ideꝫ Tho. ⁊ Pe. in ſcrip. Et Hoſtien. in rubricella de matrimonijs. §. ij. Et vnde.

¶ Queſtio. ij.

QUero etiā an matrimoniū ſit ſacramentū. Petrus.
Rñ. ſm Pe. in ſcrip. diſtin. xxvj. dicendū eſt Ephe. v.
ꝙ ſic. Ephe. v. Sacramentū hoc magnū eſt. Ego aūt dico in xpō ⁊ in eccleſia. Sacramentū eīm ipoꝛtat remediū ſpecialis ſatiſfactionis a peccato i re ſenſibili hōi exhibitū. In matrimonio vero eſt remedium effectiue ↄtra pctm̄ i ſignis ſenſibilibus. vñ matrimoniū eſt ſacramentū. Eſt eīm remediū duplex quoddā curatiuū quoddā pſeruatiuū. primū confertur in alijs ſacramētis. ſecundū in ſacramēto matrimonij. Et ↄiunctio quidem exterius apparens p ſigna aliqua eſt ſacramentū tm̄. Coniūctio aloꝝ interius ſacramentū ⁊ res. Effectus gratie que ibi ↄfertur res ⁊ nō ſacramentū Res inqꝫ pmo ſignata. res vero ſignata ſecundario. eſt cōiunctio chriſti ⁊ eccłie. ¶ Tho. dicit ꝙ forma huiōi ſacramenti ſunt ꝟba ſiue ſigna qbus ↄſenſus matrimonialis exꝑmiꝛ. materia aūt ipi actus exteriores.

¶ Queſtio iij.

QUaſi ↄtrahaꝛ matrimoniū. Rñ. ſꝫ. Ray. §. ij. Cōtrahiꝛ matrimoniū. ↄtrahiꝛ ſolo ↄſenſu. ſ. de pſenti q ſol⁹ ſi defuerit cetera. Glo. vt annuli impoſitio ſubarratio dotatio ⁊ donatio propter nuptias etiā cū ipo coitu celebrata fruſtranꝛ. Gl. ideſt inania ſunt quo ad matrimoniū efficiendūꝫ. extra de ſponſa duo. Tuas. dudūꝫ. xxvij. q. ij. Sufficiat ↄiugꝫ vectius ↄiunꝛ. Ex quo eñ vir ↄſentit per ꝟba de pſenti i mulierē maritali affectu ⁊ mulier in virū cuꝫ verbis ↄſuetis. vt dicit accipio te i meā. ⁊ illa rñdet. accipio te in meū. vel ſic. volo te de cetero habere in vxorē. ⁊ illa dicit. volo te habere in virū. Et quibuſcūqꝫ alijs verbis vel etiā ſignis exprimatur ↄſenſus ſtatī eſt matrimoniū. Signis ideo dico qꝛ ſurdus ⁊ mutus ↄtrahere poſſunt matrimoniū. probanꝛ hec extra de ſpō. duo. Tuas dudum. extra deſpon. Si inter. ⁊ c. Cum apud. Uerū tamen ſi loqui poſſunt ↄtrahētes neceſſaria ſunt verba ꝙ̄tum ad eccleſiā ↄſenſuꝫ mutuū exprimentia. extra de ſpon. Tue fraternitatis.

Raymūd⁹.

¶ Queſtio.iiij.

SEd nunquid euiſdez iuditij ſint hec verba volo te habere de cetero l vxorez. ⁊ volo ꝙ tu ſis vxor mea vel te eſſe vxorē meā. Et iſta vba volo te accipere in vxorez vel volo in te ꝯſentire tanꝙ ī meam. R̄ñ. ſm glo. hic ſup. v̄. volo te de cetero. In

Gloſſa. talibus eſt ſemꝑ recurrendū ad intētionez ꝯtrahē tium cum pferūt hmōi verba ⁊ ſm eoꝝ intentionem iudicāduz eſt vel preſumendū ſi de ea cōſtare poſſit vel vere vl̄ pſumptiue. Si aūt ꝯſtare nō poſſit credo ꝙ ꝓpter hec v̄ba volo te accipere ī vxorē et volo in te cōſentire nec ꝯtrahunt̄ ſponſalia nec matrimoniū. Sponſalia nō ꝯtrahunt̄ qꝛ hoc v̄bū volo nullā ſignificat ꝓmiſſionē ſine q̄ ſponſalia d̄ futuro non ꝯtrahunt̄. matrimoniū aūt nō ꝯtrahit̄ qꝛ hoc verbū volo ſm frequētiorez vſuz loquendi. qñ ꝯiungit̄ cū infinitiuo ſignificāte actionez ſiue actum. tunc ſumit̄ ad exprimendā voluntatez ꝑcedentem ipm̄ actum potius ꝙ̄ cōicantez vt cū dicit̄ volo comedere. volo bibere. Cum aūt hoc verbum volo ꝯiungitur cū infinitiuo verbi ſubſtātiui vl̄ cū hoc verbo habere. qđ nō videt̄ ſignificare actū: ſʒ potius relationez vel aliq̄d ꝯſimile. tunc ꝑ hoc verbum volo potius ſolet exprimi voluntas ꝑcedens actum. vn̄ ꝑ hec verba volo de cetero te habere in vxorem ⁊ volo te eſſe vxorē meā vel volo ꝙ ſis vxor mea vel ꝙ ego ſim maritus tuus. Cuʒ ꝓponunt̄ ex parte viri ⁊ ſimilia ꝓponunt̄ ex parte mulieris. pſumendum eſt matrimoniū eſſe ꝯtractuʒ pſertim cum ꝑcedit interrogatio hmōi vis ne habere iſtā in vxorem tuā. vel ꝙ ſit vxor tua. ⁊ ipſe r̄ſidet. volo. et illa ſimilr̄ interrogata r̄ñdet. volo. ¶ Ulricus

Ulricus. etiam in lectione. xxvij. di. quarti libri ſniaꝝ dixit. ꝙ ſi in aliqua lingua verba ſonāt in futurū ⁊ tamē ſecundū ꝯmunez vſum loquendi ſolent accipi pro preſenti non eſt negandum ꝑ talia verba matrimonium ꝯtrahi. ar. ad hoc extra. e. t. Ex litteris tuis. vbi dicit̄ ꝙ qñ vnus non intellexit ꝙ alter ꝓpoſuit ad ꝯmunem verbi intelligentiam recurratur. vide infra. q. proxima.

¶ Queſtio.v.

NUnquid idem eſt ſiue apponatur hec determinatio. De cetero. quam apponit Ray. vt pʒ in ſuperiori queſtione. Qualr̄ ꝯtrahat̄ ſiue nō apponatur. R̄ñ. ſecundū. glo. vbi. ſ. Credo ꝙ ſic. lʒ magiſter videat̄ vim facere in hoc verbo. de cetero ſicut facit in hac determinatione ab iſto tp̄e. ſ. titu. proximo. q. ij. Qualr̄ ꝯtrahunt̄. ¶ Dicit tñ gloſſa

Gloſſa. Uvilel. ſ. ti. proximo circa ꝑncipiuʒ ſup. v̄. Ab iſto tempore. ꝙ lʒ illa verba. Ab iſto tp̄e. ⁊c. ſint expꝛeſſa in illa decre. Ex parte. e. mulieris. tñ ꝑ hec verba non contrahit̄ matrimoniū niſi hoc intendāt contrahentes de qua intentione conſtare pōt ꝑ ſequētem cohabitationez q̄ ſubſecuta fuit in caſu illius decre. Ex parte. ſicut patet ex illo verbo ibi poſito Quo facto. pſatus. a. reliquit eā. ⁊ ſicut patet plene in integra decre. vel ſi dicas ꝙ ꝑ ꝑdictam formam verboꝛuʒ contrahit̄ matrimoniū. dic ꝙ hec ꝑpoſitio ab tenetur īcluſiue ſub iſto ſenſu ab iſto tp̄e. ⁊c. quam modo habeo. ⁊ de cetero te habebo ꝓ vxore. ¶ Hoſtien. in glo. ſuper idem. c. Ex parte. e. dicit ſimpliciter eſſe matrimoniū. qa non eſt vis in verbis ex quo de mente ⁊ conſenſu conſtat.

¶ Queſtio.vj.

Hoſtienſis. QUid ſi dicat promitto ꝙ ſemper prouidebo tibi tanꝙ vxori. ⁊ illa idem r̄ñdet. R̄ñ. ſm Hoſt. ī glo. ibidē. Niſi aliud ꝑtexet̄ ⁊ ſint apti ad hoc contrahendū ⁊ ad hoc conueniāt pro matrimonio iudicabo. ar. extra. eo. ti. Ex litteris. extra d̄ iure iur. Quēadmodū. R̄ñ. j. in ꝑncipio.

¶ Queſtio.vij.

QUid ſi dicat promitto ꝙ non dimittā te pro meliori vel peiori. R̄ñ. ſecundū Hoſtien. in glo. ibidem iudicandū eſt idem ꝙ in proxima queſtione. ſ. Naʒ ī talibus ⁊ ſimilibus dubijs eſt ſemꝑ pro matrimonio iudicandū. extra de ſen. ⁊ re iudi. capi. ſi. extra de teſtibus. lʒ ex quadam. ¶ Idem ſi Hoſtienſis.
dicat vis vel placet tibi talis. ⁊ ipſa reſpōdet volo. vel placet. Et quidē nō pōt aliud eſſe ꝙ̄ vox ſonet.

¶ Queſtio.viij.

QUid de illis qui poſtꝙ̄ dederunt fidem adinuicem de contrahendo ſtatim dicant. Oſculemus nos inuicem noīe matrimonij vel bibamus nomine matrimonij ⁊ ſic ſe oſculant̄ adinuicez vl̄ bibunt vel ad ſuggeſtionez alioꝝ hoc faciunt. Nū

quid ſic cōpletur matrimoniū. R̄ñ. ſecundū gloſ. Gloſſa.
Uvilel. vbi. ſ. Credo ꝙ non niſi ꝑ certa indicia conſtiterit quia per hmōi oſculum vel potum taliter contrahentes voluerint recedere a ſponſalibus de futuro ⁊ matrimoniū contrahere de preſenti. Et qđ dicunt oſculemur nos adinuicez ⁊ bibamus nomine matrimonij intelligendū eſt noīe matrimonij potius contrahendi ꝙ̄ iam contracti cum ſtatī ante actum ſit de ſponſalibus tantū inter eos non de matrimonio.

¶ Queſtio.ix.

QUid ſi nihil ante actum eſt de ſponſalibus ſed ſimpliciter dicit vir mulieri vel ecōuerſo ꝙ illa oſculetur eum noīe matrimonij ⁊ ſic ſeq̄tur oſculum de cōi conſenſu. Nunq̄d eſt matrimo Gloſſa.
nium ſic ꝯtractuʒ. R̄ñ. ſm glo. Uvilel. ibidē. credo ꝙ ſic. ſi hoc intendant cōtrahentes alias nō ad iudicandū aūt de intentione recurrenduʒ eſt ad circunſtantias verboꝝ ꝑcedentiuʒ ⁊ ſubſequentium ⁊ cetera certa indicia. q̄ ſi nulla appareāt. nō credo ꝙ ſit matrimoniū iudicanduʒ pſertim ſit vterqꝫ vl̄ alter illoꝝ negat ſe habuiſſe intentionē ꝯtrahendi matrimonium. tali mō. aut ſi alteruter illoꝛuʒ vel vterqꝫ ad ſecunda vota trāſierit. Cōcoꝛdat his Hoſtien. extra de ſponſa duo. in glo. ſup. j. c. circa ſi.

¶ Queſtio.x.

CIrca materiā hāc q̄ro gñalr̄ vtruʒ ad matrimoniuʒ ſufficiat ꝯſenſus tacitus ſine expꝛeſſione verboꝝ. R̄ñ. ſm Pe. in ſcrip. dicendū ꝙ ſicut dicit magiſter ſniaꝝ. Ideʒ. xxvij. Non ſolus ꝯſenſus Petrus.
interioꝛ facit matrimoniū ſed req̄ritur expꝛeſſio verborum qꝛ ſacramentū res ſenſibilis eſt. vn̄ nō ſufficit actus interioꝛ ad eſſe ſacramēti. ſʒ req̄rit̄ exterius ſignū expꝛeſſuʒ. Expꝛeſſio aūt hec ꝯuenienti⁹ fit ꝑ verba de pn̄ti. Nihilominꝰ tñ fieri pōt ꝑ aliuʒ modum vt ꝑ litteras abſentiuʒ vl̄ euidētia ſigna pſentium non valentiū loq̄ vt mutoꝝ. Ideʒ dicit Tho. ⁊ Inno. in glo. ſup. c. Tue fraternitatis. ¶ Pe. etiā diſt. xxix. in. ſi. dicit ꝙ in his q̄ ſui iuris ſunt req̄rit̄ cōſenſus expꝛeſſus. Si in his q̄ alieni iuris ſunt. vt in filiafamilias ſufficit tacit⁹ cū expꝛeſſio eoꝝ ī quoꝝ ſunt ptāte vt pʒ. xxxij. q. ij. Honoꝛāt̄. ideʒ etiā dicit
Tho. ⁊ Inno. in glo. vt. ſ. Cōcoꝛdat his gloſ. Uvil. Thomas.
ſupꝛa. t. j. §. j. ſup. v̄. Et illa reſpōdet. vbi mouet hāc queſtionez. Si vir dicit. accipio te in meā vxorem ⁊ mulier nihil r̄ñdet. Nunq̄d eſt matrimoniuʒ ſicut verba ſunt de ſubſtātia ſacramenti ſi baptiſmo et euchariſtia. v̄ba tñ aut nutus aut alia īdicia ſunt neceſſaria ad hoc vt cōſtet eccleſie de matrimonia li conſenſu. vn̄ ſi puella verecūdet̄ loq̄. ⁊ tñ patitur ſubarrari ꝑ anuli immiſſionez vel patit̄ ſe dotari ipſa taciturnitate ⁊ patientia conſenſus eius expꝛimitur. Quis lingua taceat. Sicut notauit hugu. xxvij. q. ij. ca. vlti. Et Tho. dicit ſufficit in hoc caſu ꝙ non contradicat. Si aūt nulla alia ſunt indicia

de cōſenſu

de conſenſu eius niſi ꝙ ille ꝓtulerit illa verba non credo ꝙ preſumendū ſit ꝓ matrimonio ꝑpter il-
Hoſtienſis la tñ. hec in glo. ¶ Hoſti. in rubricella de matrimonijs. §. v. Qualr ↄtrahaꝛ. Dicit ſic mihi videꝛ ꝙ ſolum ↄſenſuꝫ req̄rit eccl'ia quo ad eſſentiā matrimonij vñ ꝛ ſufficit ꝙ dicāt. Conſenſimus. extra de clandeſtina deſpon. Qđ nobis. verba aūt req̄rit ad hoc vt conſenſus ꝓbetur. q̄ ſi deficiāt ſufficere debent ſigna etiā in loquēte. Dicit etiā ꝙ ſi ſcribat voluntateꝫ ſuaꝫ ſine verbis ꝙ videꝛ ſufficere. Et idem aſſerit ipſe Hoſtiē. in glo. ſua in pluribꝰ locis: vt extra de ſponſa duo. ſuper. j. c. ꝛ ſuper. c. tuas. dudum. in fi.

¶ Queſtio. xj.

Quid ſi aliqui videntur contrahere per verba de preſenti: ſed vterq̄ vel alter animo diſſentit. Nunquid eſt matrimonium. Rñ. ſm glo. §.
Gloſſa. ij. contrahitur ſuper ꝟ. tue fraternitatis. Credo ꝙ non ſicut notauit Hug. xxvij. q. ij. c. j. quia ſine conſenſu non poteſt eſſe matrimoniū. Eccleſia tamen compellet eos ſimul eſſe ſi de verbis conſtiterit cū de intentione conſtare non poſſit. Nec credat eis ſi confiteanꝛ ſe non conſenſiſſe: qꝛ hoc poſſet facere in fraudem matrimonij: ꝛ quilibet poſſet ſic ſeparari ab vxore ſua. ¶ Idem dicit Pe. in ſcrip. Sed addit ꝙ ſi ſignis euidentibus poſſet ꝓbari ꝛ apparere ſimulatio etiam eccleſia tunc non iudicabit matrimoniū aliter eccleſia ſtabit ipſis verbis. Ideꝫ Tho. diſt. xxviij.

¶ Queſtio. xij.

Cum in matrimonio requiraꝛ ↄſenſus. Queritur in q̄ ſit ille conſenſus ſcꝫ an intelligaꝛ hoc de conſenſu cohabitationis: aut de conſenſu in carnalem copulā. Rñ. ſm Ray. §. iij. ſolet queri dicas ꝙ de neutro ſimpliciter intelligitur. Nam ſi de conſenſu cohabitationis intelligereꝛ inter fratrem ꝛ vxorē. ꝛ inter filium ꝛ matrem eſſet matrimonium. Si de cōſenſu carnalis copule inter mariam ꝛ ioſeph non fuiſſet matrimonium. Propoſuerat eñ beata virgo in virginitate manere niſi deus aliter reuelaret ei. Intelligitur ergo de ↄſenſu matrimonialis ſiue cōiugalis ſocietatis. Et h̄ patet ex prime mulieris formatione quā deus nō formauit de capite viri ne dn̄a videretur nec de pede ne ancilla reputareꝛ. Sed de latere: vt collateralis ꝛ ſocia habereꝛ. Ex hoc conſenſu ſiue coniugali ſocietate oportet eos cohabitare ꝛ indiuiduā vite conſuetudinem obſeruare: vt patuit. ſ. eo. tit. q. j. Et primo. ꝛ. xxvij. q. ij. §. cū ergo. Idem Hoſti.
Thomas. ꝟ. circa hanc. Concordant his ꝛ Pet. ꝛ Tho. diſt. xxviij. dicētes ꝙ iſte conſenſus non ſit in carnaleꝫ copulam explicite ſed tm̄ implicite: quia in cōiugali ſocietate: implicatur etiam mutua poteſtas cōmunicationis: non tm̄ rerum ſed etiam corporum: vnde copula ſequens eſt matrimonium affectus ſiue vſus non quidē neceſſarius: ſꝫ volūtariꝰ.

¶ Queſtio. xiij.

Utrum conſenſus tēporalis faciat matrimonium. Rñ. ſm Pe. in ſcrip. diſt. xxviij. dicen-
Petrus. dum ꝙ in matrimonio quedam ſunt accidentalia quedam ſubſtantialia. Conſenſus in accidentalia non requiriꝛ ad eſſentiam matrimonij: ſꝫ in eſſentialia. Eſſentiale ꝟo in matrimonio eſt inſeꝑabilitas: vnde in diffinitione eius ponitur. Requiritur ergo ad matrimonium conſenſus matrimonij inſeparabilitatem: quia ergo conſenſus ad tempus non fit inſeparabilitatem matrimonij. ideo talis conſenſus ad tempus non facit matrimoniū. xxxij q. ij. ſolet queri. extra de conditio. appoſi. in deſpō. c. vltimo.

¶ Queſtio. xiiij.

Pone ꝙ aliquis deſponſat aliquā per verba d̄ futuro vel etiā de preſenti non habens ꝓpoſitum contrahendi ſed decipiendi vt ſic poſſit ab ea carnalem copulā extorquere. Deinde cognoſcit eam carnaliter. Nunquid ſtabit hoc ꝓ matrimonio. Rñ. ſm Ray. §. iiij. Pone in hoc caſu diuerſi Raymūdꝰ. diuerſa ſentiunt: mihi tñ videꝛ ſaluo meliori iudicio ꝙ ſi ille propoſuit eā ducere in vxoreꝫ nec vnq̄ conſenſit in eā non dꝫ ex illo facto matrimoniū iudicari cū in eo ſubſtātia ↄiugalis ↄtractus non valeat inueniri. qm̄ ex altera parte dolus ſolum mō affuit ꝛ defuit oīno conſenſus ſine quo cetera nequeunt fedus efficere ↄiugale. hec ratio habeꝛ expreſſ. extra de ſponſa. Tua nos. Ideꝫ dicunt Tho. et Pe. ꝛ ca. in ſcrip. diſt. xxviij. Et addunt ꝙ ille ex parte cuius nō eſt dolus excuſaꝛ a pctō ꝑ ignorātiam. ¶ Deceptor aūt ille ſi verā vult agere pniaꝫ Senten. neceſſe hꝫ illā ſine fictione ducere in vxorē q̄ntūꝫ in eo eſt. ſi pōt vel dare ei virū ſibi ↄuenientē vel aliꝛ ſatiſfacere ſibi iuxta teſtimoniū veritatis. Mat. v. Si offers munus tuū ad altare. ꝛc. ꝛ extra de adulterijs. c. j. ꝛ. ij. Concordat Hoſti. ꝟſi. vbi ꝟo. Et in glo. ſup. c. Ex parte. ꝛ theologi. ¶ Dicit tñ Tho. ꝙ ſi ſponſus ſit multo melioris ↄditionis aut aliq̄d Hoſtienſis ſignū euidēs fraudis fuit qꝛ p̄ſumi ꝓbabiꝛ pōt ꝙ ſponſa nō fuerit decepta: ſed ſe decipi finxerit nec tenetur ad iſta vt quidā dicunt. Sed ſi ſint equalis conditionis vel ſponſa melioris cōditionis. teneꝛ facere qđ h̄ dicīꝛ. ſ. vꝛ ducere vꝛ maritare ſi nō pōt Albertus. ducere. Hec etiā eſt opinio alb. Item ſi vna ſit melior fortuna nō obſtat q̄n teneaꝛ eā ducere ꝛ in eam conſentire vt dicit Alb.

¶ Queſtio. xv.

Sed nunquid in predicto caſu ſcilicet cum aliquis deſponſat aliquā deceptorie ꝛ poſtea cognoſcit idem eſt iudiciū in foro penitentiali ꝛ in foro cauſaꝝ. Rñ. ſecundū glo. ſuper. ꝟ. Matrimonij Gloſſa iudicari. ¶ Dicunt quidā ꝙ cum quis poſt dataꝫ fidem de contrahēdo cū aliqua cognoſcit eā refert vtrū hoc faciat aīo cōſummandi matrimoniū vtēdo ea vt iam ſua ꝛ tunc conſummaꝛ matrimoniū dum tamen ꝛ illa ſimilem habeat intentionē. Et ſi tranſeat ad alia vota tenetur redire ad primū tam ſecundū iudicium fori cauſaꝝ q̄ fori penitentialis aut vtatur ea intentione fornicaria vel vt ſua in futurum non vt ſua in preſenti ꝛ tunc non eſt iudicādum matrimoniū in foro penitentiali eſſe cōſummatum. ꝛ ſi tranſiuit iam ad ſecunda vota per cōſenſum de preſenti non eſt ei conſulenduꝫ ꝙ reuertatur ad primam: ſed ꝙ remaneat cum ſecunda quia primus contractus qui non peruenit ad effectum matrimonij non videtur irritare ſcđm ar. extra de ſponſa. Clemens. in foro aūt cauſaruꝫ iudicabitur in hoc caſu ꝙ reuertatur ad primā cum qua preſumit eccleſia matrimoniuꝫ fuiſſe conſummatum. Hanc opinionem communius ꝛ verius tenent doctores. vt dicit Pe. in ſcrip. Idem etiam Hoſtienſis dicunt Tho. ꝛ Alb. ꝛ idem cōſtanter aſſerit Hoſti. extra de ſpon. in glo. ſup capi. Is cui fidē. ¶ Quidam tamen dicebant ꝙ licet nō ſit veruꝫ ſed tantū preſumptum matrimoniū poſt fidem datam aīo decipiendi ꝛ carnaleꝫ copulā poſt ſequutā animo fornicandi non animo conſummādi matrimoniū tamen generaꝛ ex his impedimentū ſequenti matrimonio. arg. ad hoc in capitu. Is qui fidem. vbi dicitur ꝙ nec verum nec aliquod cenſetur matrimonium qđ de facto poſtmodū eſt contractū. Sed Hoſtien. ꝛ Pe. ꝛ alij doctores vt ſupra hanc opinionem reprobant. ſꝫ glo. hic ei conſentiat. Nā decre.

predicta loquitur ſecundum preſumptionē eccl'ie.
nō ſecundum rei exiſtentiam quia de occultis nō
iudicat. Dicit tamen Hoſtien. ꝙ vtile eſſet ſpecia-
le ſtatutum per papam circa hoc fieri cōtra hm̄ōi
deceptores.

¶ Queſtio.xvj

Quid ſi poſt huiuſmodi fidem.i.carnalez co
pulam deceptoꝛiam tranſeat deceptor aut
deceptus ad religionez. R̄ñ. ſecundū glo. hic dicit
ꝙ talis nec ad religionem tranſire debet nec ad ꝓ
Johā.lector — feſſionē recipi niſi ſicut liceret etiā poſt matrimo
nium occultum carnalr̄ conſummatū. ¶ Sed ſue
opinioni innititur Vuilel. Nam ſi ſecundo matri
monio contracto decepto tenetur ſatiſfacere dece
ptor vt dixit Ray.ſ.q.xiiij. Pone ꝙ aliquis. Idez
etiam faciet ſi religionem intrauerit.

¶ Queſtio.xvij.

Quid ſi aliquis proteſtatur corā pluribus ꝙ
quicq̄d faciet vel dicet non faciet aīo contra
hendi. Nunquid propter hoc iudicabitur non eſſe
Gloſſa. — matrimonium qđ poſtea verbis contrahitur. R̄ñ.
ſecundum glo. ſup. ṽ. Uel dare. Talis ſi poſtea di-
cit mulieri conſentio in te ⁊ de hoc conſtet iudici:
iudicabitur pro matrimonio quia recurrendū eſt
ad communē intelligentiā verboꝝ. ⁊ q̄ interpreta
tio facienda eſt cōtra cū q̄ dolum adhibet. Et quia
q̄uis probet proteſtationez predictam potuit tñ
poſt ea recedere ab ea voluntarie ⁊ conſentire in
Hoſtienſis. — illam. Concordat Hoſtien. lib.iiij. Rubrica.v. de
cōditionibus appo. §.iij. Que conditio. ṽ. Quid ſi
ante. ¶ Uel dic ꝙ vbi quis cōtrahendo matrimo-
nium vel ſponſalia aīo decipiendi tñ vtitur ṽbis
conſuetis dicendo accipiā vel accipio te in vxorem
et ſequitur poſt ea carnalis copula aīo fornicandi
contra hm̄ōi preſumptū matrimoniū non admit-
titur probatio in contrariū. Quando aūt taliter cō
trahens non vtitur forma cōſueta verboꝝ. ſz dicit
Johānes. vel petrus te deſponſat ſicut contingit
in caſu illius decre. Tua non. Tunc contra hm̄ōi ꝓ
ſumptum matrimoniū propter carnalē copulam
ſubſecutam admitti pōt pro bono in cōtrarium ad
probandū fraudē. lz difficile ſit eā probare q̄ pro-
bata pronūciabitur nullū fuiſſe matrimoniū ⁊ po
terit trāſire ad ſcā vota. nec negat in illo. ca. Tua
nos. ꝙ de fraude hm̄ōi conſtare non poſſit. ſed di-
citur tñ qualiter tibi cōſtiterit non videmus ⁊ nō
qualiter conſtare potuerit ⁊ in hoc caſu loquit̄ hic
magiſter vbi innuit ꝙ in hoc caſu poteſt tranſire
ad alia vota dicendo ꝙ deceptor hm̄ōi debet con-
uenientem virum dare mulieri quā decepit. ¶ No
Uuilel. — ta ꝙ Uuilel. hoc dictum. Ray. qđ contra eum eſt
nititur ad ſuam opinionem trahere.

¶ Queſtio xviij.

Quid ſi in preſentia plurium filiarū ticij ita
Johā.lector — dicat lotharius ꝓmitto vobis olbus ꝙ vnā
ex vobis ducā i vxorē ⁊ oēs rñdēt. Placet. ⁊ ipſe poſt
ea cognoſcit vnam. Nunq̄d eſt matrimoniū. R̄ñ.
ſecundū Hoſti. §.v. Qualiter contrahat. circa ſi.
dicendū eſt ꝙ ſic. q̄ ipſo facto cōſentit. ar. extra de
appellat. dilecti. ⁊ c. vt noſtrum.

¶ Queſtio.xix.

Raymūdꝰ. — In qua etate poteſt contrahi matrimonium.
R̄ñ. ſecundum Ray.ſ. titu. proximo. §.ij. Se-
quitur videre in ſi. Etas ad contrahendum matri-
monium apta eſt in puella.xij. annoꝝ. Glo. vel cir
ca. In puero.xiiij. annorum. extra de deſpon. īpub.
Puberes. Continebatur. Et ſi ante coniunguntur
non eſt matrimoniū. Idem Tho. ⁊ Pe. di.xxxvj

¶ Queſtio.xx.

Pone ꝙ puer ⁊ puella impuberes cōtrahūt
matrimoniū per verba de preſenti. Querit̄
vtrum aliquid agatur. Non eñ videtur contrahi
matrimoniū impediente etate. Nec ſponſalia: q̄
forma verboꝝ non competit ſponſalibus ſed ma-
trimonio. R̄ñ. ſecundū Ray. c. ti. vbi. ſ. §. iij. Poſ
ſent. ad hoc diſtinguo aut intendūt ꝑ illa verba cō — Idem.
trahere matrimoniū tñ. ita ꝙ nō ſponſalia aut in
tendunt contrahere ſimplr̄ id qđ poſſunt ſecundū
illud. Si qđ ago non valet valeat vt valere poteſt.
In primo caſu nihil agunt: non matrimoniū: quia
illud contrahere non poſſunt. non ſponſalia: quia
nolunt. In ſecundo vero caſu tenent ſponſalia de
futuro ⁊ ſic poteſt intelligi. extra de deſpon. īpub.
Tue nobis. ⁊ ar. iſta. c. ti. Duo pueri. ⁊ extra d̄ cōdi
tionibus appo. in deſpon. ſup. eo. Concordat Alb. — Albertus.
in ſcrip. di.xvij. Hoſtien. tamē lib.iiij. Rubrica.ij.
de deſpon. impub. §.iiij. Et que ſponſalia. ṽ. Quid
ergo. Dicit ſimpliciter ꝙ q̄uis non valeat vt ma-
trimoniū valet tñ prout valere poteſt. ſ. tanq̄ ſpon
ſalia vt probatur extra. e. ti. A nobis. ⁊ c. Duo pue
ri. Et in hoc concordant Tanc. ⁊ Johan. ⁊ Goffre.
lib.iiij. tit.j. vide. ſ. ti. proximo. q.vj. Pone.

¶ Queſtio.xxj.

Eſto ꝙ adultus contrahat per verba de preſen
ti cum puella minore nubili tamen etati ꝓ-
xima vel econuerſo vel ambo impuberes vicini tñ
pubertati contrahunt. Nunquid tenet matrimo-
nium. R̄ñ. ſecundū Ray. vbi. ſ. §.v. Eſto. dic ꝙ ſi — Raymūdꝰ.
prudentia ſuppleat etatem ⁊ mutuo conſenſu car-
naliter ſunt coniuncti aut ex habitu corporis quē
pretendunt appareat eos poſſe carnaliter cōmiſce
ri. Glo. ita tñ ꝙ verū ſit tenet matrimoniū. extra
de deſpon. īpub. Puberes. Continebat̄. A nobis. ⁊
capi. de illis. ij. vbi dicitur ꝙ qui conſenſerūt ma-
trimonialiter in etate ita proxīa pubertati ꝙ po-
tuerunt carnaliter copulari pro minori etate non
debent ſeparari. cum malitia in eis ſuppleat etatē
Item de hoc in capi. Atteſtationes vbi dicitur de
quadam adulta que contraxerat cū impubere nō-
dum.xij. annoꝝ ꝙ ſi non poſſit illa probare ꝙ ille
poſt.xiiij. annum vel circa ſi.xiiij. anni. conſenſerit
in eam abſoluatur ab eius impetitione recepto tñ
iuramento ab illo ꝙ non conſenſerit in eaz poſtq̄
peruenerit ad legitimā etatem. Idem de hoc in ca.
Ex litteris ⁊ extra de ſpon. capi. vlt. ¶ Nota ſecun — Gloſſa.
dum glo. hic ſuper ṽſi. Si prudentia. ꝙ prudentia
intelligitur carnalis concupiſcentia que alibi ap-
pellatur malitia. vt. ſ. j. ca. De illis. ij. Prudentia
cum dicitur in vlti. capi. eiuſdem titu. ¶ Sequit̄
in Ray. Mutuo conſenſu. Ideo dixi ſ. q̄ ſi per vio
lentiam in vita puella cognoſceretur non videret̄
per hoc ſibi fieri preiudiciū vt in illa decre. Conti-
nebatur. ⁊ .xxxij. q.v. Ita ne ꝓpoſito ad dñm. Hoc
tamen qđ hic dicit magiſter de violentia exponit
hic gloſ. ſuper. ṽ. Preiudiciū. in eo caſu qñ tempo
re contractus nondū poterāt carnaliter copulari
et puella anteq̄ eſſet viripotens diſſenſerit ⁊ duran
te illo diſſenſu per violentiam cognita eſt a ſpon-
ſo. lz adhuc in etate impuberi cōſtituta. ¶ Addit
Ray. videtur etiam ꝙ non debet diſtare a puber- — Raymūdꝰ.
tate vltra ſex menſes. lz alia concurrant que ſupra
dixi. arg. extra de deſpon. īpub. Continebat̄. Tue
nobis ff. de excuſatione. tu. Notandum hoc dicūt
plerīq; doctores ſimpliciter. Et ego credo verum
niſi eſſent de communi cōſenſu carnaliter copula-
ti. tunc enim credo tutius pro matrimonio iudicā
dum etiam ſi vltra.vj. menſes a legitima etate di-
ſtarent. extra de deſpon. impub. A nobis. de illis.
ij. Concordat his Innocen. in gloſ. ſuper. caputu.

cōtinebat̄

continebatur. ¶ Albertus in ſcrip. dicit ſic: mihi Albertus. videtur potius qḋ de diſtantia ſm plus et minus determinandum eſt ſm diuerſam diſpoſitionem membrorum ꝛ ſagacitatis: quia ego vidi puellam de qua cõmuniter ꝑhibebatur ꝙ .ix. annorum exiſtens concepit ꝛ peperit puerum cum cõplere inciperet .x. annum. Et philoſophi dicunt ꝙ quidam veritati naſcuntur ꝛ lanuginoſi ꝛ piloſi i locis genitalibus ꝛ citius maturantur ad coitum ꝙ alij. Et puto ꝙ hoc inueniaꝛ in regionibus calidis et ſiccis ſicut in ipſa impregnatio ꝛ corporis incrementum. ¶ Hoſtien. vt alij dicunt. tenet ꝙ nunꝙ Hoſtienſis. intelligatur potens niſi probetur per euidentiam quãtulacũꝙ ſit proximus pubertati: vnde tẽpus .xij. vel .xiiij. annorum non poteſt preueniri niſi forte ad tres dies. Et idem dicit in glo. ſuper .c. continebatur. ꝛ ſuper .c. puberes. ¶ Goff. dicit ꝙ ꝑ aſpe- Goffredus ctum corporis ꝛ eius qualitatem pubertas probari debet: vt extra .e. puberes. ꝛ quanto tẽpore anni a iure determinati peruenire poſſint dicit ꝙ putat hoc ſuperioris arbitrio relinquendum qḋ ipſe qualitatem perſone ꝛ prudentiam ſiue maliciam metiatur. Et idem in pubertate obtinet. Nam et pubertas plerũꝙ annos anticipat: vt extra .e. ti. c. puberes. Et potentia coeundi interduꝫ anticipat pubertatem: vt extra .e. a nobis. Hoſtiẽ. tamen in glo. ſuper .c. puberes non approbat corporalem inſpectioneꝫ: in hoc caſu propter verecundiam. Sꝫ Innocen. hoc fieri poſſe concedit.

¶ Queſtio .xxij.

Poſt hec videndum eſt quando inſtitutũ fuerit coniugium ꝛ quibus verbis. Rñ. ſm Pe. Petrus. in ſcrip. diſt. xxvj. Duplex eſt vſus matrimonij: et ſm hoc duplex eſt inſtitutio: vna in officium nature multiplicande: altera in remedium culpe vitande. Quo ad primam poteſt dici ſacramentum large in ratione ſigni non cauſe. quo ad ſecundam vero proprie in ratione ſigni ꝛ cauſe prima inſtitutio fuit in paradiſo añ peccatum. Et hec ſecunda inſtitutio proprie habet rationem ſacramenti.

¶ Inſtitutum autem fuit per hominem diuinitꝰ inſpiratum ꝛ diuina autoritate quando Adam dixit propter hoc relinquet homo patrẽ ꝛ matrẽ ꝛc. Cum eñ ꝛ extra de diuor. gaudemus. In quibꝰ verbis oſtendit tria bona matrimonij. ſ. bonum ſacramenti ſiue inſeparabilitatis quando dixit: ꝑpter hoc relinquet homo patrem ꝛ matrẽ: ideſt cohabitationem patris ꝛ matris. Et bona fidei quãdo dixit. Et adherebit vxori. ſ. i. non aliene. Et bonuꝫ prolis quando dixit. Et erunt duo in carne vna: ſcꝫ vnius pueri procreandi ſm glo. ibidem. Satis cõcordat Ray. in titu. de matrimonio. §. v. Nunc videndum.

¶ Queſtio .xxiij.

Que ſint cauſe iſtitutiõis matrimonij. Rñ. ſecundum Ray. in tit. de matrimonio. §. vj. Cauſe. due ſunt cauſe principales que ꝑmiſſe ſunt ſcilicet. ſuſceptio ſobolis educande ad cultuꝫ dei Gen. i. Creſcite ꝛ multi. ꝛc. Et vitatio fornicatio- i. Corin. vij. nis. ꝛ iſta cauſa ſolum eſt poſt peccatuꝫ. vnde apoſtolus .i. Corin. vij. propter fornicationẽ vnuſquiſꝙ ſuam habeat vxorẽ ꝛ vnaquꝙ virum ſuuꝫ. Secũdarie autem cauſe multe ſunt. ſcilicet Pacis reformatio. Pulchritudo vxoris. diuitie ꝛ ſimilia

¶ Queſtio .xxiiij.

Sed nunquid tenet matrimonium propter cauſas huiuſmodi inhoneſtas videlicet ꝓ- Raymũdꝰ. pter pulchritudinem vel diuitias contractũ. Rñ. ſm Raymundum ibidem dicas ꝙ tenet: licet eñ cauſa mouens turpis ſit vel inhoneſta: tñ ex quo intendunt contrahere matrimonium conſentiũt in hoc per verba de preſenti ſufficit. xxxij. q. ij. ſolet queri. Hoc etiam patet Gen. xxix. vbi legitur ꝙ iacob videns ꝙ rachel eſſet decora facie ꝛ venuſta aſpectu eam diligens ait ad labã. Septem annis Gen. xxix. ſeruiam tibi pro rachel. Et deutero. xxj. Si videris pulchram mulierem in medio captiuorum et amaueris eam voluerisꝙ vxorem habere. Introduces eam in domum tuam. vita eñ mala vel intentio alicuius praua vel ꝑuerſa nõ cõtaminat cõiugij ſacramentum. Concordat his Tho. ꝛ Pe. in ſcrip. diſt. xxx.

¶ Queſtio .xxv.

Thomas. Nunquid eſt pctm̃ ſic contrahere cum aliqua propter pulchritudinem. Rñd. ſm Tho. in ſcrip. ibideꝫ in expoſitione littere. dicendũ ꝙ ſicut in contractu matrimonij iacob cum rachel decora facie non fuit cauſa pricipalis: ſed ſecũdaris hoc poteſt eſſe ſine peccato vel quãdoꝙ eſt cum peccato veniali. Si autem eſſet pricipalis cauſa libido pulchritudinis non excuſaretur a peccato mortali ſi eſſet effrenata libido.

¶ Queſtio .xxvj.

Sequitur videre quis poſſit matrimonium Raymũdꝰ. contrahere. Rñdeo. ſecundum Ray. §. vij. Poteſt. Matrimoniũ contrahere poteſt omnis homo qui conſentire poteſt. ſcilicet cum effectu in coniugalem affectum et carnis copulam niſi expꝛeſſe prohibeatur. Qui conſentire poteſt ideo dixi ꝙ puer licet infra legitimam etatem conſtitutus. i. xiiij. annum vel puella infra .xij. dicat verba ad matrimonium contrahendum apta tamen: quia conſentire non poteſt nullum eſt matrimonium. extra de ſpõſa. c. Tue fraternitatis. Et ille ꝗ caret vtroꝙ teſticulo conſentire non poteſt in carnalem copulam cum effectu. extra de frigid. ꝛ malefic. Qui ſedem. Similiter ſi furioſus vel inſanus dicat illa verba non contrahit quia animo conſentire non poteſt ꝗa caret vſu rationis. xxxij. queſtio. vij. Neꝙ furioſus ꝛ hoc verum eſt ꝙdiu eſt in furore conſtitutus quoniã ſi habet dilucida interualla. et aliqñ redit ad ſanam mentem ꝛ nubere poteſt ꝛ teſtari ꝛ omnia que alij poſſunt. ꝛ eſt arg. iij. queſtio. ix. In- Hoſtienſis. dicas hermaũ. vij. queſti. j. Quãuis ſit triſte. Idẽ Tho. ꝛ Pe. diſt. xxxiiij. Concordat etiã his Hoſti. in Rubricella de matrimonijs. §. iiij. Quis poſſit. Tamen dicit magnam diſcretionem adhibendaꝫ. quando vere vſum rationis habeat. Nam pleriꝙ et ſermonibus diſcreti apparent ꝗ furioſum exitũ patiuntur. ¶ Addit quoꝙ ꝙ meretrix contrahere poteſt ſi velit ſe corrigere. xxxij. queſtio. j. Non eſt culpandum. extra de ſpõſa. inter opera. ¶ Sequitur in Ray. quod vero ſupradictum eſt. niſi expꝛeſſe prohibeatur. Ideo additum eſt quoniã edicium de matrimonio contrahendo prohibitorium eſt. ideſt omnis qui non prohibetur admittitur ꝛ contrahere poteſt. Extra de ſponſa. Cum apud ſedeꝫ. prohibentur enim aliqui propter votuꝫ ꝛ propter ordinem ꝛ propter alia īpedimenta de ꝗbus infra dicetur. Idem Hoſtien.

¶ Queſtio .xxvij.

Nunquid ebrius poteſt contrahere matrimo- Gloſſa. nium. Rñdeo. ſecundm gloſ. §. xvj. vltimo ſuper. vbi. furioſus. Si ita ebrius eſt ꝙ nullo modo habet vſum rationis neſciens omnino quid agat Idem eſt qḋ de furioſo ꝗa deeſt conſenſus ſine quo non poteſt contrahi matrimonium.

¶ Queſtio .xxviij.

QUid ſi poſt ebrietatem cognoſcat illam quã
deſponſauerat per verba de preſenti vel de
futuro in ebrietate huiuſmodi. Nunquid per hoc
erit matrimoniũ preſumendũ. R̃n. ſecundũ gloſ.
ibidem. credo ꝙ nõ ſi cõſtiterit eccle̾ſie de tali ebrie-
tate niſi qđ fecit in tali ebrietate ratuʒ habeat poſt
ebrietatem. Si aũt non fuit tanta ebrietas ꝙ vſum
rationis auferat poſſunt hmõi contrahere tã ma-
trimonium ꝙ̃ ſponſalia. Et ſi poſt ſponſalia ſequi
tur carnalis copula in hoc caſu p̃ſumitur pro ma-
trimonio.

℄ Queſtio.xxix.

Senten. SEd nunquid inter abſentes poteſt per procu
ratores contrahi matrimoniũ. R̃n. ſecundũ
Ray. §.viij. Sʒ nunqđ. dico ꝙ põt. xxxiij. q.ij. §. Cũ
ergo. Et melius vt dicit hic glo. dicitur hic in. ca.
ſequenti. Honorentur. Concordat Tho. predictus.
diſt. xxix. in expoſitione. littere.

℄ Queſtio.xxx.

QUid ſi aliquis conſentit in abſentem p̃ ver-
ba de preſenti. deinde mittit procuratorem
ad illam ⁊ anteꝙ̃ illa ſimiliter cõſentiat ipſe diſſen-
tit poſtea illa conſentit credens illuʒ in primo ma
nere conſenſu. reſpondet Raymũ. ibidem ponẽs
Raymũd⁹. per omnia diſtinctionẽ que poſita eſt ſupra ti. pro-
ximo. De ſpõſa. q. xiiij. Quid ſi. Et ſũt quaſi eadẽ
verba vſqʒ ad finem queſtionis ⁊ eadem iura alle-
gant q̃ ibi allegat Hoſt. Cõcordat etiã tho. i ſcrip.

℄ Queſtio.xxxj.

SEd cum non ſufficiat conſentire matrimo-
nialiter niſi conſenſus exprimatur ⁊ notifi-
cetur inter contrahentes quomõ poteſt eſſe matri
monium inter abſentes per epiſtolam vel per nũ-
tium donec ille ad quem mittuntur littere vel nũ-
tius notificauerit conſenſum ſuũ alij abſenti. R̃n.
ſecundum gloſ. hic ſuper. ṽſi. Maiores. quando
Gloſſa. mittitur nuntius ⁊ ei notificat conſenſum ſuum il
vvileſt. le ad quam miſſus eſt perinde eſt ac ſi notificaret
ipſi mittenti. Quando autem mittuntur littere p̃
nuntium qui nihil ſcit de facto ſed nudum miniſte
rium portandi litteras: tantum ei commiſſum eſt.
Si ille vel illa cui mittuntur littere hmõi nulli no
tificat conſenſum ſuum: Credo ſine preiudicio ꝙ
ꝙ̃tumcũqʒ conſentiat non eſt contractum matri-
monium. Sed tunc demũ erit contractum cuʒ illi
notificauerit ſiue abſenti qui miſit ei litteras ſiue
alij. Et credo ſufficere in hoc caſu ꝙ alijs notificet
vel alij.

℄ Queſtio.xxxij.

POſt hec quero quis ſit effectus matrimonij
R̃ndeo ſecundum Ray. §. ix. Effectus ma-
trimonij. Effectus eſt ex quo ſemel eſt coniugium
Raymũd⁹. inter aliquos ſcilicet fideles nunꝙ̃ deſinit eſſe etiã
ſi alter coniugum efficiatur hereticus. xxxij. q. vij.
capi. j. ⁊ ij. extra de diuor. Quanto. nec poteſt ma-
ritus dimittere vxorem ſiue ceca efficiatur ſiue le
proſa vel aliqđ ſimile incurrat. Nec vxor virũ. xxxij.
q. ij. Horrendum ſi quis vxorẽ. niſi cauſa fornica-
tionis. Sed ſi tunc dimittat maneat ſine coniuge
vel reconcilietur vxori. xxxij. queſtio. j. Dixit dñs.
℄ Item alius effectus eſt quia mulier poteſtatem
Eeffectus ſui corporis non habet ſed vir. Et vir poteſtatem
matrimonij ſui corporis nõ habet ſed mulier. vnde ſit ꝙ poſtꝙ̃
ſecuta eſt inter eos copula carnalis nõ religionem
poteſt alter eligere altero inuito nec continentiã
conſiteri. xxvij. queſtio. ij. Sunt qui dicũt. Scripſit
nobis. xxxij. queſtio. v. capitu. j. ij. ⁊. iij. ⁊. iiij. ℄ Eſt
etiam alius effectus quia compellendus eſt red-
dere debitum vir vxori licet nunꝙ̃ cognouerit eaʒ
et econuerſo non obſtante affinitate inij̃ ſuper-
ueniente. Extra de eo qui cogno. cõſan. vxoris ſue.
diſcretionem. Tue fraternitatis. In illis tamen ca
pitulis dicitur ꝙ innocens monendus eſt ꝙ conti
neat ꝙ ſi nolit reus ei tenetur debitum reddere.
℄ Item dicit Raymun. lib. j. titu. viij. De voto. §.
xv. Item quid ſi inſi. ⁊ eſt expreſſum. xxxiij. queſtio. Raymũd⁹.
iiij. Apoſtolus. ꝙ vnus coniugum ſine conſenſu al
terius non poteſt orare. Gloſſa ibidem ſuper. ṽſi.
Poteſt orare. Exponit ſecundum quoſdam de ora
tione ſpeciali et priuata vt ſi tota die vel nocte vel
magna parte velit i eccleſia eſſe vel i oratiõe. Sec⁹
de oratione ſolenni miſſe et tempore a canonibus
⁊ vniuerſali eccleſia indicto. nam tũc orationi va-
care licet et debet vt dicit gloſſa ſuper idem decre
tum ⁊ de conſe diſti. ij. Omnis homo. xxxiij. q̃ſtio.
ij. Quos deus. Nam ſecundum hugu. licet nec p̃-
pter generalem nec propter ſpecialem orationem
petenti negandum ſit debitum etiam in paſcha.
tamen primo reddat et poſtea vadat ad eccleſiaʒ
et exequatur que facienda ſunt ſecundum exigen-
tiam diei ꝙ ſi dicat coniunx nolo ꝙ intres eccle-
ſiam vel audias diuinum officium non eſt ei obe-
diendum cum dominus precipiat contrarium. xj.
queſti. iij. Si dominus. Qui reſiſtit. Sufficit ergo
ꝙ reddat primo ⁊ hic peccat reddens. vide infra
queſtio. xlij. vtrum peccent.

℄ Queſtio.xxxiij.

SEd quare matrimonium nuptiarum ſoluit
p̃ igreſſũ religiõis ⁊ nõ mrĩmoniũ ꝯſũmatuʒ
R̃ndeo ſecundum Petrum in ſcrip. diſtin. xxvij.
Duplex eſt coniunctio matrimonij ⁊ duplex mors
illi correſpondens. Eſt enim coniunctio ſpiritua-
lis per conſenſum animoruʒ que iniciat matrimo
nium. ⁊ eſt coniunctio carnalis per cõmixtionem
que conſummat matrimonium. Qualis autem eſt
coniunctio per talem mortem ſoluitur vnde ꝙ̃diu
coniunctio adhuc eſt ſpiritualis ſoluitur per mor
tem ſpiritualem qua homo moritur mundo. Sed
poſtꝙ̃ coniũctio facta eſt carnalis ſoluitur per mor
tem carnalem. Et hunc ingreſſum qui ſoluit ma-
trimonium initiatum intellige non de ingreſſu
qui eſt ad religionis probationem in veſtium aſ-
ſumptione. Sed de eo qui eſt ad permanendum q̃
fit in profeſſione expreſſa vel tacita. In hoc ingreſ-
ſu primo moritur homo mũdo. Et ideo iſte ingreſ
ſus ſolus ſoluit matrimonium. Et ſi remanens in
ſeculo: ante profeſſionem alterius cõiugis contra
heret non teneret matrimonium. Et illo ante pro-
feſſionem ad ſeculum redeunte tenetur redire ad
ipſum. niſi ipſa velit ſimiliter intrare monaſteriũ
Idem Tho. De hac materia. vide ſupra lib. j. titu.
viij. De voto. queſtio. xxxviij. Quando vnus. ⁊ ſe-
quentibus.

℄ Queſtio.xxxiiij.

UTrum poſt matrimonium initiatum per
verba de preſenti teneatur coniunx exactus
ſtatim reddere debitum. R̃ndeo ſecundum Pet. Petrus.
in ſcrip. dicendum ꝙ poſt initiatuʒ matrimoniuʒ
aut coniunx ab altero exactus proponit delibera-
re de ingreſſu religiomonis aut non. Si ſic non te-
netur infra tempus duorum menſium indultum
a iure. Extra de ꝯuer. coniug. Ex publico. Si non.
puto ꝙ tenetur cum non habeat exceptionem le-
gitimam ad repellendũ. ℄ Thomas ſimpliciter Thomas.
dicit ꝙ non tenetur ſtatim reddere. ſed datur ei tẽ
pus duorum menſium propter tria. Primo vt ite-
rum poſſit deliberare de tranſeundo ad religionẽ.
Secundo vt preparentur que ſunt neceſſaria ad ſo
lennitatem nuptiarum. Tertio ne vilem habeat

maritus

maritus datam quam non ſuſpirauit dilatã. Cum
Hoſtienſis Thoma concordat Alb. ¶ Hoſtien. tamen lib. iiij.
Rubrica. xxxij. de cõuer. cõiug. Dicit ſic. Magis
puto ꝙ ſtatui debet tempus arbitrio iudicis in-
fra qđ intret vel coniugi adhereat. Et ꝯcordat cum
eo Bernar. eo. titu. in gloſſa ſuper capi. Ex publi-
vide de hac materia ſupra lib. j. titu. viij. De voto.
queſtio. xlj. Quid ſi coniug.

¶ Queſtio. xxxv.

Utrum ſemper reddere debitum cõiugale ſit
de neceſſitate precepti. Rñdeo ſecundũ Pe.
in ſcrip. diſtin. xxxij. dicendum ꝙ natura vnũquodqꝫ
indiuiduum magis inclinat ad conſeruationem
ſui quam ad conſeruationem ſpeciei. vnde ſuper-
fluum nutritiue que pertinet ad conſeruationem
indiuidui miniſtrat generatiue que pertinet ad
conſeruationem ſpeciei. Magis ergo tenetur ali-
quis ad conſeruationem indiuidui ꝙ̄ ad conſerua
tionem ſpeciei. vnde vbi imminet periculum ſalu
tis corporalis alicuius indiuidi ſicut propter in-
firmitatem aliquam. vel ratione ſolutionis iam
facte non tenetur ad redditionem debiti que per-
tinet ad conſeruationem ſpeciei. Alias autem te-
netur. Concordant cum his Tho. ⁊ Alb.

¶ Queſtio. xxxvj.

Utrum peccet ſemper qui ſe facit impotentẽ
ad reddendum debitum. Rñdeo ſecundum
Thomas. Tho. Si factus eſt impotens propter redditiones
precedentem mulier non habet ius petendi vlte-
rius. Si autem ex alia cauſa factus eſt impotens.
aut illa fuit licita vt in ieiunio moderato ⁊ hmõi
et tunc non peccat aut ex cauſa illicita tunc pec-
cat ⁊ tunc peccatum vxoris ſi in fornicationem ꝓ-
pter hoc labatur aliquo modo ſibi imputatur. Et
ideo debet ꝙ̄tum poteſt dare operam vt vxor con-
tineat. Idem per omnia dicit Alb.

¶ Queſtio. xxxvij.

Generaliter etiam quero quando actus con-
iugalis ſit peccatum vel non. Et quando ſit
Raymũd⁹. peccatum mortale vel veniale. Rñdeo ſecundum
Raymun. §. xiij. Ualent autem. dicendum ꝙ ali-
quando commiſcentur cõiuges cauſa ſuſcipiẽde ꝓ
lis. Aliquando cauſa reddendi debiti. Aliquando
cauſa incõtinentie ſiue vitande fornicationis. Ali-
quando cauſa ſaturande libidinis. ¶ In primo ⁊
ſecũdo caſu nullum eſt peccatum. In tertio eſt ve-
Auguſtin⁹. niale. In quarto mortale. ¶ De primo dicit Au-
guſtinus. Coniugalis concubitus generandi gra-
tia non habet culpam. Apoſtolus. j. Corin. vij. Si
nupſerit virgo non peccat. Si enim ſine peccato
non poſſet fieri coniugalis concubitus non pecca-
ſſet dominus poſt diluuiũ eos copulari dicens.
Gene. viij. Creſcite et multiplicamini. Cum iam
ſine carnali concupiſcẽtia non poſſent commiſce
ri. ¶ De ſecundo dicit Auguſti. xxxiij. queſtio. v.
ſi dicit. Redde debitum: ⁊ ſi non exigis redde pro
ſatiſfactione perfecta deus tibi computabit. ſi nõ
ꝙ tibi debetur exigis ſed reddis vxori qđ debes.
¶ De tertio dicit Augu. forte aliquis dicet. Si ve
niam conceſſit apſs. ergo peccatum ſunt nuptie.
Cui enim venia niſi peccato conceditur: et ita ve-
niam concedens apſs. concubitum attendit con-
iugatorum vbi eſt incontinentie malum. Inconti-
nentie malũ eſt ꝙ vir cognoſcit vxorẽ etiã vltra
neceſſitatem procreãdi filios. Sed ibi eſt nuptia-
rum bonum. Et ita non propter illud malum cul-
Philoſoph⁹. pabile eſt hoc bonum ſed illud malum ſit veniale
propter bonũ nuptiale. ¶ De quarto philoſoph⁹
⁊ habet. xxxij. q. iiij. origo. Adulter eſt in ſuã vxorem

amator ardentior. Et Hieronymus. Sapiẽs iudi
cio amat coniugem non affectu. Non regnat in eo
impetus voluptatis nec preceps fertur ad coitũ.
Nihil enim eſt fedius ꝙ̄ vxorẽ amare quaſi adul-
teram. Concordant his Tho. ⁊ Pet. in ſcrip. diſt.
xxxj. Et Hoſtien. §. viij. quis ſit effectus. circa finẽ.
¶ Intellige tamen tertium modũ vt dicunt tho.
⁊ Pe. Cum quis ſcꝫ propter voluptatem ſeu dele- Senten.
ctationeꝫ commiſcetur coniugi. Ita tamen ꝙ illa Hoſtienſis.
voluptas ſiſtat infra limites matrimonij. videlꝫ
ꝙ cum alia muliere hoc non faceret ⁊ tunc eſt ve-
niale peccatum. Si autem delectationem querit ſ
ea vt in meretrice extendendo. ſ. affectum. extra fi
nes matrimonij: ita ꝙ ſi non eſſet vxor: tamen idẽ
faceret: ⁊ tunc eſt mortale peccatum. Et ſic intelli
guntur autoritates premiſſe. Et concordat etiam
glo. hic ⁊ communiter magiſtri. Hug. tamen dicit
vt recitat hic glo. ſuper ꝟ. nihil eſt ꝙ mortale eſſet Gloſſa.
cum vir preuenit voluptatẽ prouocãdo. ſ. eam ma-
nibus vel cogitatione vel vtendo calidis vel incen
tiuis vt pluries poſſit cũ vxore coire. Sed tene qđ
prius dictum eſt.

¶ Queſtio. xxxviij.

Utrum cognoſcere vxorem propter ſanitateꝫ Thomas.
corporalem ſit peccatum. Rñ. ſm Tho. in ſo
lutione cuiuſdam argumẽti. dicenduꝫ eſt ꝙ ſic: q̃a
querit ſanitatem per id qđ ad hoc non eſt ordina
tum: ſicut qui per ſacramentum baptiſmi tãtum
ſalutem corporalem quereret.

¶ Queſtio. xxxix.

Utrum actus coniugalis poſſit eſſe merito-
rius. Rñ. ſm Pe. dicendum ꝙ ad actum me Petrus.
ritorium ſufficiunt tria. ſ. ſtatus mentis: for ma in
tentionis debite: ⁊ honeſtas operis. Cum ergo in
actu coniugali qui ſit in caritate cauſa prolis vel
reddendi debitum. Hec tria concurrunt actus il-
le non ſolum ſit excuſabilis a malo ſed etiam me-
ritorius in bono. Concordat Alber.

¶ Queſtio. xl.

Utrum vir teneatur aliquando debitum red
dere vxori etiam non petenti. Rñ. ſm Tho. Albert.
⁊ Pe. ⁊ Alb. dicendum ꝙ non ſolum quando exꝓ̃ſ
ſe petit debitum vxori vir tenetur reddere: ſꝫ etiaꝫ
quando per ſigna apparet eam hoc velle. Non tñ
idem iudicium eſt de petitione viri: q̃a mulieres
magis ſolent verecundari petendo debitũ ꝙ̄ viri.

¶ Queſtio. xlj.

Utrum vir debeat vxorẽ auertere ne petat de-
bitum. Rñ. ſm Tho. dicendum ꝙ non debet
hoc facere niſi propter aliquam rationabilẽ cau- Raymũd⁹.
ſam: ⁊ tunc etiam nõ debet cum magna inſtantia
auerti propter pericula imminentia. Idem Al.

¶ Queſtio. xlij.

Utrum peccent coniuges exigendo vel reddẽ
do debitum in ſolennitatibus feſtiuitatum.
⁊ diebus ieiuniorum. Rñdeo ſecundum Raymũ.
§. x. Sed nunquid. ad hoc dicas ꝙ exactus debet
ſemper reddere. niſi caute ⁊ ſine adulterij pericu-
lo poſſet differre. Exigere tamen non debet in pre
dictis temporibus. vnde apoſto. talibus loquitur.
j. Corin. vij. dicens. Nolite fraudare inuicem niſi
forte ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi et
iterũ reuertimini in idipſum ne tentet vos ſatha
nas propter incontinentiaꝫ veſtram. Hec autem j. Corin. vij.
dico ſecundum indulgentiam non ſecundum im-
perium. Et Augu. xxxiij. queſtio. iiij. capitu. Chri-
ſtiano. ſic ait: chriſtiano cum vxore ſua: aliquando
licet conuenire. aliquando non propter proceſſio-

nis enim dies ⁊ ieiuniorum aliquando conuenire non licet quia etiam a licitis abſtinendū eſt. vt fa-
Auguſtin⁹. cilius impetrari poſſit ꝙ poſtulet. Idem auguſti. xxxiij. queſtio. iiij. capi. Quotienſcūq dicit. Quotienſcūq vel dies natiuitatis domini vel reliquę feſtiuitates adueniunt non ſolum ab infelici concubinarum conſortio ſed etiam a proprijs vxorib⁹ eſt abſtinendum. Idem Hoſtien. §. vij. Quis ſit effectus. vſi. Sed nunquid. De hac materia ſic dicit Pet. in ſcrip. diſt. in. xxxij. Dies feſti ⁊ proceſſionū et ieiuniorum inſtituti ſunt propter eleuationem mentis a carnalibus ad ſpiritualia. In vſu vero coniugali fit depſſio mentis a ſpiritualibus ad carnalia. et ideo conuenienter inſtitutum eſt. vt illis diebus abſtineant coniuges ab vſu carnali. Non tñ propter hoc intēdit eccleſia preiudiciū facere iuri diuino et naturali. Nec intendit filijs laqueū ponere. vñ cū redditio ſit de iure naturali debita petitio non ſit conceſſa. non intendit eccleſia redditionem aut probibere aut diſſuadere. Petitionē vero intendit diſſuadere tempore illo: ſed non probibere. vnde dicit etiam Augu. ꝙ a licitis abſtinendū eſt vt facilius poſtulata impetrētur. Qui ergo reddit illis temporibus non peccat. Sed qui exigit aliqua infirmitate ductus ſine vllo contemptu vel irreuerentia temporis vel exhortatiōis eccleſiaſtice
Thomas. non peccat mortaliter. Concordat his Tho. Con-
Gloſſa. cordat etiam his gloſſa ſuper. vſi. Abſtinendum. et Augu. dicens ꝙ qui in his diebus exigit debitū ſiue hoc faciat cauſa prolis ſiue cauſa incontinentie peccat venialiter. Qui autem reddit nullo mō peccat. Qui autē cauſa exſaturande libidinis. petit debitū ſemper peccat mortaliter. ſʒ plus iſtis diebus. Concordat etiam his gloſſa. ſupra. lib. j. ti. viij. De voto. §. xv. in fine ſuper. vſi. Poteſt orare. vide ſupra eod. titu. queſtio. xxxvij. Generaliter. ⁊ queſtio. xxxij. Poſt hec quero. in fine.

℄ Queſtio. xliij.

Utrum liceat debitum reddere vel etiā exigere in loco ſacro. Rñ. ſecundū Pet. dicēduʒ
Petrus. ꝙ lʒ debitum reddendū ſit omni tempore. non tñ ſimile eſt de loco quia locus pollui poteſt ita vt indigeat reconciliatione non autem tempus. Item locus facilius mutari poteſt ꝙ̄ tempus. ℄ Tho. etiam dicit ꝙ debitum reddendū ſit omni tempore ⁊ omni hora ſalua tñ debita boneſtate que in talibus exigitur quia non oportet ꝙ ſtatim in publi-
Albertus. co debitum reddat. ℄ Idem dicit Alb. ⁊ addit ꝙ ſi alius locus haberi poteſt non tenetur reddere in loco ſacro. Si non poteſt alius locus haberi. tunc reddat cum dolore cordis. Et etiam ſi exigat cum planctu ꝙ ſine vſu matrimonij eſſe non poteſt. nō
Gloſſa. credo ꝙ peccet mortaliter. Concordat etiam his ſatis gloſſa hic ſuper. vſi. Abſtinendū. in fi. Et addit ꝙ ſi alius locus haberi poteſt mortaliter peccat qui in loco ſacro debitum reddit.

℄ Queſtio. xliiij.

Petrus. Utrum tempore impregnationis debeat debitum reddi vel exigi. Rñdeo ſecundum Pet. dicendum ꝙ aut ſine periculo aborſus poteſt debitum a grauida exigi vel reddi aut non. Si poteſt debet reddi. Et ſine pctō mortali pōt exigi q: vſus matrimonij licitus non tantum eſt in officium. ſʒ etiam in remedium. Si non poteſt nec debet exigi nec reddi quia principalior eſt inſtitutio in officiū ꝙ̄ in remedium. concordat gloſſa vbi ſupra.

℄ Queſtio. xlv.

c. littere. circa fi.

¶ Queſtio.xviij.

Quid ſi per maritum ſtet: quia non vult co-
habitare vel per mulierem. R̄ñ. ſm Hoſti.
Ibidem dicas eum excommunicandum eſſe ꝑ quē
Hoſtien. ſtabit ⁊ cautionem ydoneam exigendam vt coha-
bitet. argu. extra vt lit. non conteſt. c. quoniā. §. vlt.
Idē in glo. vbi addit. vel diſtringat' per curiam ſe
cularem. extra de iudicijs. cū non ab homine. Idē
fiat ſi cohabitant ⁊ non attentant.

¶ Queſtio.xix.

Quid ſi vir nō eſt maleficiatus: nec totaliter
frigidus ſꝫ virga erigitur: licet non opus ꝑ-
ficiat: vel ſi habet duas virgas: ita ꝙ vna aliā im-
Idem. pediat: vel ꝙ cito apponit virgam ſemen ſpargit:
vel bene immittit ſed nō perficit. R̄ñ. ſm Hoſtiē.
ibidem qui dicit ꝙ multa talia de facto coram ſe
habuit. Dicas in talibus qđ ſi poteſt iuuari medi
cinis planum eſt. Si non poteſt in aliquibꝰ ex his
conſulendus eſſet papa. Tamen ſi puella virgo ſit
⁊ vterqꝫ confiteatur. In omnibus his expectandū
erit triennium quo elapſo quaſi naturaliter frigi-
dus forte poterit diuidi. Tamē tutius eſt vt in hu
iuſmodi dubitabilibus papa conſulat'. ¶ Judex
quoqꝫ in his ⁊ omnibus ſuperioribus omniū quā
poterit ſtudebit diligentiam adhibere arbitrādo
perſonas hincinde ⁊ ſtatum ⁊ qualitatem ⁊ famā
tam principalium ꝙ acceſſoriorum: ⁊ ſm hoc via
regia incedet: quia totum committitur arbitrio
ſuo. argu. extra de offi. deleg. de cauſis. quia nec ꝑ
ius omnia terminari poſſunt. ⁊ ideo vbi dubita-
bit ſemper cōſulat principem: quia de tanta re ſe-
gnius agendum non eſt. xiij. diſt. quieſcamus. hec
omnia Hoſtienſis.

¶ Queſtio.xx.

Quid ſi mulier dicit ꝙ vir non poteſt eam co
Raymun. gnoſcere ſuper hoc defectum mēbri viri al-
legans. R̄ñ. ſm Hoſtiē. ꝟ. quid ſi mulier. In hoc
caſu dico virum inſpiciendum per homines exꝑ-
tos ⁊ honeſtos ſicut dixi de muliere arta q2 eadēꝫ
eſt ratio vtrobiqꝫ: ergo idē ius. extra de ꝯſan. tua.

¶ Queſtio.xxj.

Quid ſi mulier allegat magnitudinem mem
bri viri dicens ꝙ non poteſt ipſuꝫ tolerare.
R̄ñ. ſm Hoſtien. ibidem dixerunt aliqui audien-
daꝫ ipſaꝫ: audiui tamen a muliere experta qđ hoc
vix aut nunꝙ accidere poteſt. Aliqui dicūt talia re
linquenda iudicio expertorum. Ego tamen papā
conſulerem in hoc caſu. hec omnia Hoſti.

¶ Queſtio.xxij.

Quid ſi aliquis cum virgine copulari nō pōt
ſed cum corrupta. R̄ñ. ſm. Tho. in ſcrip. di-
cendum qđ tunc medicinaliter aliquo inſtrumen
to poſſent clauſtra pudoris frangi. Nec eſſet hoc
contra naturam: quia non fieret ad delectationeꝫ
ſed ad medicamentum. Idem dicit Alb.

¶ Queſtio.xxiij.

Sed quid ſi aliquis mouetur ad pulchram ſꝫ
ad turpem non mouetur ꝯcupiſcentia. R̄ñ. Thomas.
ſm Tho. ibidem huiuſmodi abhominatio mulie
ris: non eſt cauſa naturalis ſed accidētalis extrin-
ſeca. Et ideo de ea eſt idem iudicium qđ de malefi
cio Alber. dicit ꝙ in tali caſu monenda eſt mulier
qđ ſe exhibeat mūdicia ornatu ⁊ affabilitate ama
bilē viro. Et ille monēdus eſt: ꝙ excogitet cauſas
quibus amabilior femina efficiatur. Et ſi hoc nō
prodeſt: videtur eſſe ſimile maleficio. ⁊ ideo ſepa-
rari poſſunt ⁊ alijs coniungi.

¶ Queſtio.xxiiij.

Queritur etiam vtrum maleficium ſit tollen
dum per aliud maleficium vel per aliquod
illicitum. Reſpondeo ſecundum Thomam ⁊ Pe
trum dicendum ꝙ ſi maleficium non poteſt reuo- Thomas.
cari niſi per aliquod illicitum. vt per demonis au Petrus
xilium vel huiuſmodi etiam ſi ſciretur poſſe ſic re
uocari nihilominꝰ impedimētū perpetuū iudica
tur. q2 remedium non eſt licitum. Idem Albertus
¶ Hoſti. extra codeꝫ titu. in glo. ſuper. c. littere. §.
Mulierem. autem dicit qđ in hoc defectu recurrē
dum eſt etiam ad remedia medicorum ⁊ licet que
dam remedia contra hoc ſcripta vana ſeu ſuperſti
tioſa videantur tamen cuilibet autori in ſua arte
credendum eſt. Sed etiaꝫ ſatis tolerare poteſt ec-
cleſia retondere vana vanis. Hec Hoſti. Nota qđ
dicit vana non illicita vnde vlterius hoc dictuꝫ nō
extendas. Sed forte ad quedam quaſi in differen-
tia tū orationes debent merito preualere vt in. c. ſi
per ſortiarias.

¶ Queſtio.xxv.

Quid ſi vir ſciens ſe frigiduꝫ ⁊ ineptum ad cō
trahendum matrimonium contrahit ma-
trimonium. ¶ Item quid ſi ſcienter contraxit cuꝫ
muliere arta. ¶ Item quid ſi mulier ſcienter con
traxit cum viro frigido vel inepto. Nunquid tales
poterunt petere ſeparationem. Reſpondeo ſecun Raymun.
dum Raymun. §. vij. Quid ſi vir. ad primum vide
tur mihi qđ non poteſt vir a tali vxore recedere. Si
ipſa vult ei cohabitare. argument. extra de eo qui
duxit in matri. quā polluit per adulte. c. j. ⁊ extra.
eo. c. conſultationi. in fi. vbi dicitur qđ cum aliqui
cōtrahunt cum artis mulieribus eccleſia romana
conſueuit iudicare. vt quas tanquā vxores habere
nō poſſunt habeāt vt ſorores. Idē in caſu conuerſo
ſcilicet ſi mulier ſciens ſe artam contrahit cuꝫ ali-
quo. ¶ Ad alia duo ſimiliter videtur dicenduꝫ ar-
gu. extra eodem. ti. c. j. §. Illa aūt. vbi dicitur de il-
la que poſt annum ⁊ dimidium proclamat contra
virum de eius frigiditate ⁊ dicitur ibi qđ ſi procla
mare voluit cur tam diu tacuit ⁊. C. de ſponſali. l.
vlti. vbi dicitur qđ ſibi imputet ſponſa. ſi ſcienter
cōiuncta eſt tali perſone. Et quia ſero accuſat mo
res quos ducendo talem perſonaꝫ in matrimonio
approbauit. ff. de adulte. ſi vxor in fi.

¶ Queſtio.

Quid ſi frigidus contraxit cum arta. ⁊ vterqꝫ
ſciat ſuum impedimentum. R̄ñ. ſm Ra. ibi
dem. Credo qđ niſi ambo conſentiant ſeparationi
debent ſtare ſaltem ſicut frater ⁊ ſoror. vt in preallegata
decretali conſultationi ⁊ recipe per ſimile. ⁊.

eodem li.ti.iiij.de impedimento conditionis.q.j. quid iuris.ꝟ.Item nota hec que dicta ſunt reſtringe ad primum caſum.hoc eſt qꝺ propter tale impedimentum non poſſit quis petere ſeparationē alſ enim bene poſſet puta ſi alter illorum viueret incōtinenter aut aliter inhoneſte vel ſi male tractaret alterum ꝛ nollet ſe corrigere.Et multo fortius.Si alter qui potens eſſet matrimonium contraheret cum alia pſona.ar.extra de iureiu.quemadmoduz ꝛ require.ſupra.eo.li.ti.j.de ſponſa.q.xxv.in quib⁹

Innocen. caſibus.ꝟ.tertius eſt.ꝛ ꝟ.ſexta.¶ Innocen.in glo. ſuper.c.conſultationi.Concordat cum Ra.dicens qꝺ q̄ ſcienter contrahit cum impotente tenetur cū eo ſtare vt frater ꝛ ſoror.Si tamen potens cuz alia contrahat tenet matrimonium.quamuis ſi ſcienter artam duxit eam nihilominus tenere vt ſororē ꝛ alere cogatur.ꝛ hoc vltimo dictum etiam Hoſt. approbat in glo.ſuper illud.c.¶ Si idē Hoſti. in glo.ibidem.ꝛ in ſumma.§.iij.q̄ impotentia.ꝟ. hec autem omnia ꝛ ſequentibus quaſi predictis recitatis in fine.ſic dicit.Sed certe nullum ius dicit qꝺ aliquis compellatur talem retinere.Sed qꝺ ſi con

Hoſtiē. ſentiunt ſimul morari.Hec poſſunt facere intelligas ergo ꝙ quamdiu eis placebit ſic morabuntur. q2 tantum ius hoc permiſſiuum eſt ſcȝ quādiu caſte viuunt.vnde ꝛ Bernar.in glo.ſuper.c. Laudabilem.dicit ꝙ verius eſt qꝺ ad ſic commanendū neceſſe eſt qꝺ ambo conſentiant.Quidam tn̄ dicunt ꝙ illa decre.non tenet.Alij ꝙ conſilium eſt.ꝛ ſi ſic

Idem commanentes ambo vel alter inhoneſte viuant volentes ſic ſuam luxuriam palliare dicit Hoſtiē. in

Raymun. glo.vbi ſupra qꝺ occurrere debet epiſcop⁹ extra de offi.ordi.c.j.ꝛ.c.licet.¶ In ſumma.nota ſm Raymū.ibidem ꝙ impedimenta ſuperius explicita locū habent.quando illi qui matrimonium contrahere debent ſunt fideles ambo. quoniam ſi ambo ſunt infideles ꝛ coniungantur ambo legitime ſecūdum ſuum ritum ꝛ poſtea conuertantur ad fidem licet ſint conſanguinei vel affines in ſecundo ꝛ tertio gradu propter hoc ſeparari non debent. vt extra de diuor.Gaudemus in prin.ꝛ.c.Deus qui eccleſiam.Si vero alter ſit fidelis alius infidelis non poſſunt contrahere.Uide ſupra in titulo de diſpari cultu.

De impedimēto feriarum.

Titulus.xvij.

DEr tractatis impedimētis matrimonij que impediūt matrimonium contrahendum ꝛ dirimūt iam contractum conſequenter videndum eſt de hiſq̄ impediunt matrimonium cōtrahendum ſed non dirimunt contractum que ſunt tempus feriatum ꝛ interdictū eccleſie.

¶ Queſtio.j

Idem. QUero ergo an tempore feriaꝝ debeant contrahi ſponſalia aut etiā matrimoniū. Rn̄. ſm Ray.eo.ti.in tempore feriaꝝ contrahi poſſunt ſponſalia ꝛ etiā matrimoniū qꝺ ſolo conſenſu cōtrahit.Sȝ traductio vxoris nuptiaꝝ ſolēnitas ꝛ carnalis copula ꝓhibentur.Extra de matri.cōtra interdi.ec.cōtracto per totum.ꝛ.xxxiij.q.iiij.nō oportet ꝛ tribus.c.ſequentibus.Concordant his tho.ꝛ pe. in ſcrip.diſtin.xxxij. ꝛ Goffre.ꝛ ber.ꝛ Innoc. extra de ferijs in glo.ſuper.c.capellanus.Et quāuis Hoſti.li.iiij.rubrica.xvj.de matrimonio ꝯtra interdi. ecc contrac.§.iij.quid iuris ver.ſi temporalis.dicat ſe putare ꝙ etiam prohibeatur ꝯſenſus ꝙ his diebus nō interponit eccleſia autoritatem ſuā. Tn̄ in glo.ſuper.c.capellan⁹.hoc nō affirmat.licet vt opinionem quorūdam recitet.¶ Nota ꝙ hic ſuper ꝟ. prohibentur dicit glo.ſic ar.ꝙ eſt peccatū mortale facere contra hanc prohibitionem.ſ.

¶ Queſtio.ij.

QUod ſit illud tps feriatū in quo nuptie ꝓhibent. Rn̄.ſm Ray.ibidez.Tps illud taxatū eſt ab aduentu dn̄i vſq3 ad octauā epiphanie. ꝛ a ſeptuageſima vſq3 ad oct.paſche ꝛ tribus ſeptimanis ante feſtum ſancti Joannis baptiſte .xxxiij. q. iiij.Non oportet a.lxx.De iſtis tamen tribus ſeptimanis diuerſe fuerunt quondam opiniones quando inciperent.Sed determinatum eſt hodie qꝺ incipiunt tribus diebus ante aſcenſionem dn̄i ꝛ protenduntˀ vſq3 ad octauam penteco ſtes.Sicut legitˀ extra de ferijs in.c.capellanus.Glo.dicit hic vſq3 ad octauam penteco ſtes.Excluſiue qr feſtum pentheco.non habet octauam vn̄ in dn̄ica poſt penth. poſſent nuptie celebrari.Hoſti.tamen in gloſſa ſuper.c.Capellan⁹.in fin.Exponit incluſiue ita ſcȝ ꝙ non in illa dn̄ica.ſcȝ qn̄ agitˀ feſtū trinitatis. ſed in craſtino liceat nuptias celebrare.

Ferie. Raymun.

De matrimonio contra interdictum eccleſie contracto. Titu.xviij.

SEquitˀ de interdicto eccleſie.ſ. quando aliquis ꝓhibetˀ cōtrahere cū aliqua qr forte dicitur conſanguinea eius vel affinis vel ſpōſa alteri⁹ vlˀ propter aliquod aliud impedimentum. Raymun.

¶ Queſtio.j

QUero ergo qd iuris ſit de hoc. Rn̄.ſm Ray.e.tit. circa hoc ſine aliqua dubitatiōe ita tenendū eſt ꝙ illi quoꝝ matrimoniū interdicitˀ nō debēt ꝯtrahere ſed ſi ꝯtrahunt niſi aliud impedimētū ꝑpetuuz impediat poſſunt ſimul permanere ꝛ non ſunt ſeparandi niſi ad tempus vt agant pn̄iam: q2 mandatū eccleſie ꝯtēpſerūt ſicut expreſſe legitˀ.extra de matri.ꝯtra.interdi.ec.cōtrac.ꝑ totū.Si vo aliqua inueniūtˀ decreta q̄ dicūtˀ taliter ꝯiunctos eſſe ſeparandos.exponenda eſt littera qꝺ ad tēpus ſunt ſeparandi vt dictuȝ eſt.Et tres decre. que ſole ſunt in hoc titulo.ſ.littere ex litteris . De muliere hoc expreſſe dicunt idem Tho.ꝛ petr⁹ in ſcrip.di.xxxij. ¶ Sane vt diuerſa circa matrimonium pericula euitentur.Statutum fuit in concilio generali vt cum matrimonia fuerint contrahenda in eccleſijs per preſbiteros publice proponatur competenti termino vt infra illum qui voluerit ꝛ valuerit legitimum impedimentum opponat ꝛ ipſi pſbiteri nihilominus inueſtigent vtrum aliquod impedimentum obſiſtat.Cum aūt apparuerit ꝓbabilis coniectura contra copulam contrahendam cōtractus interdicatur expꝛ̄ſſe donec qd fieri debeat ſuper eo manifeſtis conſtiterit documentis.Si autem parrochialis ſacerdos tales cōiunctiones.gtˀ. Clādeſtinas vel contra quas apparet ꝓbabilis cōiectura ꝛ maxime in gradu prohibito ꝓhibere cōtēpſerit aut qlibet etiam regularis q̄ eis preſumpſerit intereſſe gloſ.in bn̄dictiōe nuptiali clādeſtine celebrata ꝑ triennuū ab officio ſuſpendatˀ.glo.nō ē canō late ſnīe ſed ferēde grauius ſi culpe q̄litas poſtulauerit puniēd⁹.Sȝ his qui taliter copulari preſumpſerit

ſumpſerint etiam in gradu ↄceſſo cõdigna penitẽtia iniungat.

¶ Queſtio.

Sed nunquid predicta pena puniendus eſt ſi interfuerit contractui mr̃imoniali. R̃ñ.ſm glo.ibidẽ ſup.v̾.Intereſſe.Credo ꝙ ſic ſi ſciat edicta ſiue banna in eccleſia non fuiſſe ꝓpoſita q2 nõ tñ contrahit mr̃imoniũ cũ bñdictio nuptialis adhibetur ſed cũ contrahentes cõſentiũt ꝑ verba de

Raymũdꝰ. preſenti.hec in glo. ¶ Sequitur in Ray. Si quis autẽ ad ĩpediendã legitimã copulã malitioſe impedimentũ obiecerit propter pnãm quã dʒ agere de peccato canonicã nõ dʒ effugere vltionẽ.probãtur hec oĩa ꝛ quaſi verbatim ponunt.extra de clan

Hoſtienſis. deſtina deſpon.inhibitio.circa princi.ꝛ in.§.Sane et.§.Si quis aũt. ¶ Nota ſm Hoſti.lib.iiij.rubrica.iij.de clandeſti.deſponſa.§.j.Qđ hec ꝓhibitio.ſcʒ.Ne quis clandeſtinis interſit cõiugijs extendit non ſolũ ad preſbiteros ꝛ clericos ſed etiã ad laicos.Idem dicit ipſe Hoſti.in glo.ſup ca.Cum inhibitio.Secus de pena ordinaria q̃ non videt̃ iponi niſi ſacerdoti ꝓchiali ꝛ regulari. ¶ Itẽ dicit glo.hic ſup.v̾.vt cũ matrimonia fuerint ↄtrahenda.ſ.in facie eccl'ie qñ ſit benedictio nuptialis.verius tñ credo ꝙ bannitiones hmõi debẽt fieri anteq̃ matrimonium hmõi ↄtrahat̃ ꝑ verba de preſenti ſiue in domo ſiue in agro vel alias vbicũqʒ q2 ꝑ ſolum conſenſum ↄtrahitur matrimoniũ hec in glo. Sʒ Hoſti.in ſum.ꝛ in glo.dicit hoc ſm mentẽ decre.non ſolum ad cõiugia ſed etiã ad clandeſtina ſponſalia extendi.q2 ita clandeſtina ſponſalia ſicut clãdeſtina coniugia ꝓhibentur. ¶ Itẽ nota ſecundũ Hoſti.§.vlti.ſed ꝛ epĩ in ſynodis ſuis ꝛ archiepĩ ĩ concilijs prouĩcialibus ſupradicta facere debẽt ne parrochiani poſſint ignorantiã allegare. extra de iudeis.ita quorũdã.in ſi.ꝛ de accu.c.ſicut oliʒ. Si ergo non publicet̃ hec ↄſtitutio ꝓchiani poſſunt ignorantiã allegare.nec habebũt locũ pene ſuper hoc ſtatute ſʒ p̃ſbiteri rõnẽʒ reddẽt de ꝓchianis Epĩ de preſbiteris.archiepĩ de epĩs.vt extra de officio ord.irrefragabili.ꝛ de ſtatu mona. Cum ad monaſteriũ.§.Prior. ¶ Nõ tñ credo ꝙ ad minus epĩ poſſet ď cetero aliquã ignorãtiã allegare.Craſſa etiã ignorãtia de cetero preſbiterũ non excuſat: q2 non ꝑmittitur ei ignorare canones pnĩales.

¶ Queſtio.ij.

Sed quis cum ſacerdotibus regularibus hoc tranſgredientibus poterit diſpenſare. R̃ñ.

Hoſtienſis ſecundum Hoſti.v̾.Ab officio.Non videt̃ ꝙ epĩs maiorem vel minorẽ penam ĩponere poſſit ab initio q̃ ſuſpenſionẽ per trienniũ Sed ea inflicta ad minus poterit diſpenſare ꝛ diminuere ꝛ in ꝙ qualitas pſone exegerit.ar.extra de ſentẽ.excõi. Hug. Et hoc vt dicit idem in glo.vbi.ſ.niſi forte obuiet aliquod ſtatutũ legati qđ taliũ abſolutionẽ aplĩce ſedi reſeruet ſicut eſt in prouintia prouintie.

Qualitervel quãdomulier

põt aliquẽ petere in vir ũ vel reſtitutionem viri ſi fuerit ſpoliata.

Poſtq̃ tractauimus de impedimẽtis matrimonij q̃ ꝛ qualia ſint et quid iuris ſit in quolʒ ĩpedimẽto expedit ſummatim tãgere vl' etiã circa hoc ꝙ ſuũ eſt iudiciũ pnĩale recipiat.Qualiter in cauſis matrimonialibus ſit ꝓcedendũ. ¶ Ad

Raymũdꝰ. quod notandũ ſm Ray.e.tit.circa ꝑnci. Qđ qñqʒ agitur ad matrimoniũ ↄiungendũ.qñqʒ ad matrimonium diſiungendũ.Item ſi ad diſiungendũ aut in toto celebratur diuortiũ ita ꝙ quilʒ eoꝝ cõtrahere poteſt vt in maleficiatis:vel alter tñ vt in frigidis.Sicut dictũ eſt.ſ.in tit.de impotentia coeũdi.aut in parte celebrat̃.ſ.quo ad mutuã ſeruitutẽ carnalis debiti vl' cohabitatiõis.ita ꝙ neutri licet eorum cõtrahere ſicut ſit in his qui ſeparant̃ propter adulterium ꝛ fornicationem vel cauſa religionis.Et qualiter in quolibet illorum agendum ſit per ordinem videamus.Sed quoniam nec iniunctio nec ſeparatio matrimonij facienda eſt niſi aliquibus agentibus ꝛ teſtificantibus.Idcirco oſtendamus qui matrimonium accuſare vel qui in cauſa matrimonij teſtificari poſſint.Et qui filij iudicãtur legitimi:vltimo tractatum eſt de dote ſupponamus que acceſſoria eſt matrimonij.

¶ Queſtio.j.

Quero ergo qualiter vel quando mulier põt aliquem petere in virum vel reſtitutionem viri cum ſe dicit ſpoliatam vel econuerſo. R̃ñ.ſm Idem.
Ray.eo.titu.Si mulier aliquem petit in virum: vel econuerſo.Uidendum eſt verũ ille qui agit velit intentare petitorium vel poſſeſſorium iudiciuʒ ideſt an mulier dicat aliquem eſſe ſuum maritum quia contraxit cum ea ꝛ petit eum ſibi adiudicari in maritum qđ eſt agere petitorio quaſi agat de ꝓprietate an cum petat ſibi reſtitui tanq̃ iniuſte ſit ab eo dimiſſa quem dicit ſuuʒ maritum eſſe.ꝛ hoc eſt agere poſſeſſorio qui petit poſſeſſionẽʒ viri ſui ſibi adiudicari.de qua dicit ſe iniuſte expulſaʒ.Et ſm diuerſitatem iſtarum petitionum diuerſo modo eſt agendum.Si mulier agit petitorio:ideſt petit aliquem dicens ipſum eſſe maritum ſuum ꝛ ille negat ꝛ excipit contra eam dicens. Non potes eſſe vxor mea:quia conſanguinea mea es:vel affinis:vel aliquod impedimentum legitimum obijciat prius tractabitur exceptio mariti q̃ petitio vxoris:quoniam probata exceptione mariti principalis queſtio vxoris punitur ꝛ eſt abſoluendus vir ab eius impetitione.extra de ordine cogni.c.j. vbi hec plane dicuntur. ¶ Si v̾o agit poſſeſſorio petens ſcilicet ſibi reſtitui maritum licet maritus dicat. Non potes mea eſſe vxor:quoniam conſanguinitas eſt inter nos:vel aliquod aliud ĩpedimentum obijciat ſiue crimen aliquod prius debet fieri reſtitutio ipſi mulieri:quam de exceptione mariti cognoſcatur:vt extra de reſtitutio.ſpoľ. ex conqueſtione.ꝛ extra de diuor.porro. Ubi agitur de quodam comite qui pretextu affinitatis autoritate propria vxorem dimiſerat:ꝛ dicitur ꝙ cõpellendus eſt ipſam recipere:quia ſine iudicio eccleſie non potuit eam dimittere:etiam ſi affinitas illa publica eſſet ꝛ notoria ſupradicta diſtinctio tota ponitur. extra de reſtitutione ſpoliatorum. litteras. ¶ Quod autem dictum eſt mulierem fore ſine aliqua exceptione reſtituendam fallit in Caſus.
quibuſdam caſibus. ¶ Primus eſt ſi obijciatur mulieri fornicatio publica ꝛ manifeſta.Glo.commiſſa ab ea poſtq̃ receſſit a marito quod verum eſt ſiue ſpõtanea receſſit a marito ſiue expulſa ab eo ſiue dimiſſa inuita.Tunc enim reſtitui non debet.niſi hec fuerit probata vel ipſa confiteatur:vel ſit adeo notoria qđ non poſſit aliqua tergiuerſatione celari niſi ipſa replicet ꝛ probet virum adulterium commiſiſſe:quia tunc reſtitui debet q̃uis ſit publice fornicata.vt extra de diuor.ſignificaſti. vbi dr̃ de quodã q̃ dimiſerat vxorẽ autoritate ꝓpria propter ſuſpitionem inceſtus quẽ illa petebat ſibi

reſtitui dicens ſe ab illo fuiſſe iniuſte dimiſſam ⁊
ꝙ ille materiam adulterandi ei dederit ⁊ reſpon
deretur ꝙ non eſt cogendus eam recipere ſi noto-
rium eſt illā adulterā fuiſſe niſi conſtaret ipm cū
alia adulteriū ꝯmiſiſſe. ¶ Aliꝰ caſus eſt ſi obiciatur
Leui.xviij. cōſanguinitas i diuina lege. Glo. moſayca. leu. xviij.
ꝓhibita ⁊ paratus eſt hoc incontinēti ꝓbare. In
Gloſſa: hoc enī caſu lȝ fiat reſtitutio ſicut ⁊ i ceteris. Glo.
ſcȝ quo ad habitationē recipi eā dȝ iuramentū ad
cautelā ne hmōi obiectio malicioſe fiat: vt in illo
c. litteras. tamen quo ad carnis copulam non re-
ſtituitur. extra de reſti. ſpo. litteras. in fi. ¶ Tertiꝰ
Tertius. caſus eſt ſi obijciatur exceptio rei iudicate a qua
non eſt appellatum. non eſt enī tunc reſtitutio fa-
cienda niſi ꝑmo de illa ſententia cognoſcatur. vt eſt
arg. extra de offi. iudi. deleg. cauſam matrimonij:
ibi agitur de quadam muliere que reſtituta mari
to per quoſdam iudices coacta cruciatibus ⁊ fla-
gellis a marito parentelam eſſe inter ipſos con-
feſſa eſt: vnde ad iudiciuȝ vnius illoꝝ iudicum di-
miſſa eſt a marito. Mandat papa ꝙ ſi per vnū tm̄
ex illis iudicibus eſt diuortium celebratum com-
pellatur eam recipere ⁊ poſtea audiatur cauſa ꝑnci-
Quartus. palis: quia cum duobus iudicibus cauſa cōmittitur
ſententia vnius non tenet. ¶ Quartus caſus eſt i
quo vir petens reſtitutionem reſtitui non debet. ſ.
quando tanta eſt ſententia eius: qđ mulieri trepi-
danti non pōt ſufficiens ſecuritas ꝓuideri: vel qꝛ
proſequitur vxorem odio capitali: vt extra de reſtitu.
ſpol. c. ex tranſmiſſa. vbi agitur de quadam mulie
re cognita a marito: ⁊ dicitur ꝙ reſtituatur viro ſuo
ſufficiente cautōe recepta qđ non inferat ei aliqđ
malum. Si autem ita capitali odio vir eam proſe
quitur ꝙ merito de ipſo diffidat alicui honeſte mu
lieri vſqȝ ad finem cauſe cuſtodienda cōmittatur: vt
vir vel parentes eius nullam ei poſſint violentiā
inferre. Item de hoc. e. tit. ſ. de reſti. ſpol. c. litteras
in fi. vbi dicitur ꝙ ſi viri tanta eſt ſeuitia ꝙ mulieri
trepidanti non poſſit ſecuritas ſufficiens ꝓuideri
non ſolum non debet illi reſtitui ſed ab eo potius
ammoneri. Alioquin ſi fieri pōt ſecuritate ꝓuiſa
videtur conuinci ante cauſe cognitionem reſtituēda
marito. Concordant cum Ray. in omnibus ſupra
dictis a ꝑncipio queſtionis. Tho. ⁊ Pet. in ſcrip.
diſt. xlj. ¶ Sequitur in Ray. in omnibus alijs ca-
Raymūdꝰ. ſibus credo ꝙ mulieri petenti reſtitutionem viri
eſſe faciendam. ⁊ econuerſo ſine alia aliqua exce-
ptione dum modo ꝓbet ſe in poſſeſſione fuiſſe ⁊ a
viro ſpoliatam ſine iuris ordine. Et ꝙ hec duo ꝓ-
bare debeat. ꝓbatur extra de offi. deleg. conſulta-
tionibꝰ. extra qui filij ſunt leg. cauſam q̄. Si vo
ipſa ſe priuauerit ſuo iure recedendo: videlicet ꝓ-
pria autoritate a viro ⁊ ſine culpa viri: tunc licet re-
ſtitutionem petierit non eſt audienda: qꝛ tunc non
ipſa ſed vir potius dicitur ſpoliatus. xxxij. q. j. de be-
Gloſſa. nedicto. ¶ Glo. hic ſup. v. non eſt audienda. Di-
cit hoc intelligendū ſm quoſdam. Vincen. eīn no-
tauit extra de diuor. ſignificaſti. q̄đ in hoc caſu re
ſtituenda ſit mulier: ⁊ credo ꝙ verum ſit: quia eo
ipſo ꝙ rediens non admittitur eſt expulſa ⁊ cadit a
poſſeſſione. ff. de acqui. poſſeſ. clam poſſide. §. vlti.
⁊ de vi ⁊ vi armata. l. j. §. ſi autem. Idem Bern. in
glo. ibidem ⁊ ſuper. c. ſignificaſti ſm Hug. Et ꝑpt
fornicationē cōmiſſaȝ ab vxore: ſiue ꝑpter hoc ex-
pulſa a marito: ſiue ſpōte receſſerit nō eſt ei dene-
gāda viri reſtitutio niſi ipa fuerit publice fornica
ta vel cū adultero publice morata i quo caſu itelli-
git Hug. illud. c. de benedicto. vbi dicitur de quadaȝ
muliere que virum ſuum dimiſerat. et adheſerat
adultero: qđ ſi vir eius voluerit eam. ſ. adulteraȝ

ſine dolo recipere recipiat eam ſub cautione pſtitu
ta ab eo de periculo non inferendo. Si autem aūt
eam omnino recipere noluerit cōſtituatur illa in
aliquo loco alio in quo non liceat ei peccare. arg.
etiam ꝓ hac opinione extra de iureiur. tua nos.
ij. hec in glo. vide infra. q. proxima.

¶ Queſtio. ij.

Circa primū de ſupradictis quattuor caſibus
quero. quid ſi notoria ſit fornicatio mulieris
nunqđ pōt eā vir expellere autoritate ꝓpria. Et ſi
expulerit nunqđ tenebitur eā recipere. Rñ ſȝ glo.
ſuper v. fornicatio publica vt ꝓtractum eſt hugu. Eadem.
notauit. xxxij. q. j. d̄ bñdicto. ꝙ ſi notoria ſit fornica
tio mulieris q̄diu tā ipſa nō recedit a viro nec pu
blice moratur cū adultero non pōt eam dimittere
autoritate ſua vel expellere. qđ ſi fecerit cogetur eā
recipere. Si aūt illā expulerit ⁊ poſtea illa adulte
ratur notorie non cogetur eā recipe ac ſi publice mo
rata fuiſſet cū adultero. Si aūt publice moretur cū
adultero nō tenetur maritꝰ eā recipe ſiue eā expule-
rit ſiue illa ꝓpria autoritate receſſerit. ⁊ i hoc caſu
ſm hugu. ea inuita pōt monaſteriū intrare niſi ⁊
ipſe fuerit fornicatus. De materia hmōi q̄ſtionis
et ſequētibus vide plenius infra tit. xxij. de diuor-
tio propter fornicationem.

¶ Queſtio. iij.

Quid ſi vir ſpōte talem receperit morantē. ſ.
publice cū adultero. nunqđ pōt eā repellere
autoritate ſua ſi ipa non ceſſauerit ab adulterio.
Rñdet hugu. ꝙ non pōt. hec in gloſſa ibidem. Hugu.

¶ Queſtio. iiij.

Circa tertiū caſuȝ de ſupradictis. ſ. q̄ ſi lata eſt
ſententia diuortij pone ꝙ eccleſia decepta ꝑ
falſos teſtes vel alio modo celebrat diuortiū inter
aliquos. Deinde vir factus eſt ſacerdos. Poſtea i-
uentum eſt eccleſiam fuiſſe deceptam. Nunqđ iſte
ſacerdos reſtituetur vxori ſi illa repetierit eū. Rñ.
ſecundum Ray. §. iij. Pone: Credo ꝙ nō ſi pōt in-
duci ad continentiā debet ei reſtitui vir quia etiaȝ Raymūdꝰ.
monachus reſtituetur ſibi ⁊ tenebitur iſte reddere
debitum vxori petenti: ſed non debet exigere: quia
q̄tum in ſe eſt ſolennizauit votum. vide ſupra lib.
j. titu. viij. De voto. queſtio. xlix. Quid ſi vnus. ⁊ ſe
quentibus. Item queſtio. lix. Quid ſi maritus. vbi
ſatis dictum eſt de his.

¶ Queſtio. v.

Quid ſi in ꝑmiſſo caſu mulier nō repetit viꝝ.
Nunquid vir poterit eā repetere. Rñ ſecun
dum glo. ſup v. Reſtitui. Credo ꝙ non qꝛ preiudi-
cauit ſibi per ſacri ordinis ſuſceptionem. Gloſſa.

¶ Queſtio. vj.

Quid ⁊ ſi ipa igreſſa eſt monaſteriū alꝭ nō i-
greſſura vtqꝫ credebat diuortiū iuſte celebra
tum. Nunqđ cōperta veritate poterit virū repete-
re factum ſubdyaconū vel monachū. Rñ. ſm gloſ.
ibidem. Credo ꝙ non. qꝛ falſa cauſa nō impedit vo
tum monachatus. ar. extra de voto ⁊ voti. red. Ma
gne. ⁊ de conuer. coniug. Ex parte.

¶ Queſtio. vij.

Quid ſi mulier egit poſſeſſorio ⁊ ſuccubuit in
cauſa: Nunquid poteſt poſtea agere petito
rio. Rñdeo ſecundū Raymun. §. iiij. Quid ſi dicas
ꝙ poteſt ſed ſi egit petitorio ⁊ ſuccubuit nō poteſt
poſtea agere poſſeſſorio. ¶ Si vero incepit agere Raymūdꝰ.
petitorio non tamen peregit ⁊ nondū eſt renuncia
tum teſtibus. nec plene liquet de cauſa poteſt di-
mittere iudicium petitorium et inchoare poſſeſ-
ſorium. Extra de cauſa poſſeſſio. ⁊ proprie. Paſto-
ralis. vbi hoc expreſſum eſt. Et lex dicat ꝙ non vi-
detur

detur renunciare poſſeſſioni qui rem vendicare ce
pit ⁊ pōt iudicium poſſeſſoriū intentare dimiſſo
iudicio rei vēdicatiōis: vt.ff.de acq̄rē.poſ. Naura
liter.§.Nihilominus.

¶ Queſtio.viij.

Quid iuris ſi reus in iudicio de matrimonio
confitetur vel negat. R̄n̄. ſm̄ Ray.§.v.in fi.
Nota ꝙ ſi reus ꝯfeſſus fuerit i iudicio qđ actor ꝓ
Idem. ponit ſtandū eſt ꝯfeſſioni eius niſi ꝑ ꝯfeſſionē illaꝫ
fieret preiudiciuꝫ matrimonio de quo agitur vel
alteri matrimonio. Timeretur eñ tunc colluſiū.
Extra de clandeſti.deſponſa.qđ nobis.extra de eo
qui cog.conſan.vxoris.ſ.ſup eo. ¶ Si vero interro
gatus i iure negat qđ proponit̃ ꝓbare dꝫ q̄ ꝓponit
et ſi nō ꝓbat ſuccūbit.Extra de cā poſſ.⁊ ꝓpriet.
Cum eccl'ia.Extra de iureiur.c.vlti. Nota etiā ſm̄
gl.h ſup ꝟ.Preiudiciū m̄rimonio i fi. Q̄ vbi agit̃
ad diſſolutionē m̄rimonij.non credo cōfeſſioni ꝑ
tiū.xxxv.q.vj Si duo.Si vo agit̃ ad diuortiū thori
ꝑ pretextu fornicationis ſtatur ꝯfeſſioni illius q̄ de
ſua fornicatione ꝯfitetur. Itē Inno.⁊ Per. Hoſti.
in glo.extra de raptoribus ſuper.c.Cum cauſam.

¶ Queſtio.ix.

Sed nūq̄d idē eſt ſi fiat ꝑiudicium m̄rimonio
ſpūali vt ſi mulier facta monialis cōfitea ſe
Gloſſa. eſſe alicuius vxorē q̄ repetit eā. R̄n̄. ſm̄ glo.ſup.ꝟ.
Preiudiciū m̄rimonio.vincen. Notauit extra de
raptoribus.Cū cā ꝙ in hoc caſu ſtandū eſt ꝯfeſſio
ni mulieris ⁊ reſtituēda eſt viro repetēti eā. Nulli
eñ ꝑiudiciū fit i hoc niſi ſibimetipis. Nec eſt cre
dendū eos imemores eſſe ſue ſalutis.vt.j.q.iij.Sā
cimus. aliud tñ dicit eſſe dicendū in rebus q̄s de
diſſet hmōi mulier monaſterio.Quaſi idē ponūt
Per.Inno.⁊ Hoſti.in glo.ſup idē.c.Cū cām. Ho
ſtien.vero addit ꝙ ſi cōſtat oīno intēdit ad ſeꝑatio
nem m̄rimonij ſpūalis.ſ.religiōis vel carnalis vel
ꝙ ꝯfitetur ⁊ ſic non ſtatur ꝯfeſſioni ſue.vt extra de
eo q̄ cog.ꝯſang.vxoris.ſ.ſup eo.Aut cōſtat ꝙ nullo
modo vellet m̄rimoniū ſeꝑari cōtra qđ ꝯfitetur et
ſic ſtatur ꝯfeſſioni ſue vt in.c.Cū cām.q2 cuilꝫ cre
ditur contra ſe ⁊ nō ꝓ ſe.In dubio tñ tenendū eſt
id quod in principio dictū eſt.hec Hoſti.

¶ Queſtio.x.

Qualiter et ad q̄ coniunx ſpoliatus ſit reſti
tuendus ⁊ qualr ei ꝑiudica de ſeruitute ſi
timet a viro ſuo ledi. R̄n̄. ſm̄ Ray.ibidem q̄ ſic di
Raymūd⁹. cit ꝙ ad oīa q̄s reſtituēdus eſt de q̄bus probauerit
ſe ſpoliatū. Et vt gaudeat pacifica poſſeſſiōe ⁊ ple
na ſecuritate.vt.iij.q.j.Reintegranda. Sed ſi mu
lier dicat ſe habere virū ſuſpectū ꝙ eā ledat in ꝑ
ſona vel in rebus dūmō veriſimilem cām oſtendat
quare ipm̄ habeat ſuſpectū ad officiū iudicis ſpe
ctat iubere cauere ſibi ſufficiēti cautioneꝙ marit⁹
tractabit eā in lecto ⁊ in mēſa ⁊ in oībus ſicut vir
tractare dꝫ vxorē. Et ꝙ nō ledat eā in perſona vel i
rebus nec alio mō dehoneſtabit eā ſalua tñ corre
ctione honeſta maritali. Et hanc cautionē dꝫ pre
ſtare maritus ꝑ iuramentū.xxxij.q.j. De hīdicto.
Sed ſi mulier nō confidit de iuramēto viri q2 forte
parum timet iuramentū illā cautionē dꝫ preſtare
quam magis timet.ſ.pignoraticiā vel fideiuſſoriā
cautionē ſub ꝓmiſſa pena.ar.extra vt lite nō ꝯte.
Quoniā frequēter.§.vlti.⁊.xxxiij.q.v.Prodeſt. Et
q.iiij.Ea vindicta.Ibi dicit̃ ꝙ magni ⁊ ſancti viri
nōnulla peccata morte corporali punluerūt vt et
viuentibus metus vtilis incuteret̃ ⁊ interfectis nō
ipſa mors noceret. Sꝫ peccatū qđ augeri poſſet ſi
viuerent diminueretur Aliqua de materia hmōi
tituli ponent̃ infra ti.xxij.de diuortio propter for
nicationem.

De diuortio propter cōſan

guinitatē vel aliud ꝑpetuū īpedimentū. Titu.xx

Ictum eſt ſupra qualiter ad matri
monium cōiungendū agatur. Sꝫ q2
plerūq3 ſeparant̃ cōiuncti. Ideo cōſe
quenter videndū eſt qualr matrimo
nium ſepetur. Et q2 accuſatio dꝫ ꝓce
dere diuortiū.iō primū videndū eſt
q̄ m̄rimoniū accuſare ⁊ ꝯtra ipm̄ teſtificari poſſūt
Et qualiter accuſatio ſit facienda.

¶ Queſtio.j.

Vide primo quero. Qui m̄rimoniū accuſare
poſſunt. R̄n̄. ſm̄ Ray.c.t. Quilꝫ pōt m̄rimo Raymūd⁹.
nium accuſare ad plenū diuortiū celebrandū q̄ nō
prohibetur. ¶ Prohibent̃ aūt gn̄aliter oēs extra
nei.vt probat̃.xxxv.q.vj.c.j.⁊ hoc quouſq3 ſūt ali q̄
de cōſanguinitate ꝯiugū q̄ ⁊ velint ⁊ poſſint m̄ri
monium accuſare ꝯſanguineis aūt deficientibus
admittunt̃ antiq̄ores ⁊ veraciores vicini q̄b⁹ eadē
ꝓpinq̄tas nota eſt. Et eſt illō ſpāle ꝙ ꝯſanguinei
ad accuſationē m̄rimonij admittunt̃.ſicut pater ⁊
mater:frater:ſoror:patruus auūculus amita ma
tertera ⁊ tota eoꝝ ꝓcreatio.vt.xxxv.q.vj.c.j.ij.⁊ ex
tra qui matrimoniū accuſa.poſ.videt̃ nobis. Ideꝫ
Pe.⁊ Tho.i ſcrip.di.xlj. ¶ Ratio aūt eſt vt i eodē
ca.dicit̃ ꝙ vnuſq̄ſq3 ſuā genealogiā cū teſtib⁹ ⁊ car
tis cū recitatiōe maioꝝ ſcire laborat verūtñ i mul
tis locis hoc hodie ſeruat̃ q̄n extranei admittunt̃
ad accuſationē etiā exiſtētibus ꝯſanguineis q̄ hoc
poſſunt. Itē tā maritus q̄ vxor pōt m̄rimoniū ac
cuſare. Sed tā ipi cōiuges q̄ extranei ꝓhibebant̃
olim ab accuſatione tp̄is diuturnitate.ſ.ſi ſteterūt
ſimt̃ ſine q̄ſtione ꝑ.xx. vel .xviij.ānos. Et iura ſup
hoc prodita erant ⁊ ſuper eis multa notata. Que
omnia reocant̃ expſſe ꝑ ꝯſtitutionē concilij gn̄alis
extra de ꝯſan.⁊ affi. Non dꝫ.§. Prohibitio.ꝟ. Cuꝫ
ergo iā ad.iiij.gradū ꝓhibitio ꝯiugalis copule ſit
reſtricta.eā ita volumus eſſe ꝑpetuā nō obſtātib⁹
cōſtitutiōibus ſup hoc dudū editis vel ab alijs vel
a nobis.vt ſi q̄s cōtra ꝓhibitionē hmōi ꝓſūpſerit
copulari nulla lōginq̄tate defendat̃ annoꝝ cū diu
turnitas tp̄is nō minuat pcīm̄ ſꝫ augeat tātoq3 gra
uiora ſint crimia q̄to diutius inſelicē alaꝫ detinēt
alligatam.

¶ Queſtio.ij.

Pone ꝙ aliq̄s tp̄e cōtractus m̄rimonij tacuit
poſtea vult accuſare m̄rimoniū. Nūq̄d pōt.
R̄n̄. ſm̄ Ray.§.ij.Pone. Ad hoc ſufficiat diſtictio
decre.extra q̄ ma.accu.poſ.Cum in tua.in fra vbi
ſic dicit. Si vero poſt ꝯtractū m̄rimoniū aliq̄s ap Raymūd⁹.
pareat accuſator cū nō ꝓdierit in publicū q̄n ban
ni ſm̄ conſuetudinē in eccleſijs edebantur. vtrum
debeat vox ſue accuſationis admitti merito queri
pōt. Sup hoc diximus diſtinguendū. Q̄ ſi tp̄e de
nūciatiōis ꝓmiſſe is q̄ iā cōiunctos impetit. extra
dyoce.exiſtebat.vel vbi alr̄ denūciatio non potuit
ad eius noticiā ꝑuenire.vt puta ſi nimie īfirmita
tis feruore laborās ſane mētis patiebat̃ exiliū vl' i
annis tā teneris cōſtitut⁹ ꝙ ad ꝯphenſionē taliuꝫ
eius etas ſufficere nō valebat ſeu alia cā legitima
fuerit impeditus eius accuſatio dꝫ audiri. Alioq̄n
cū rationabilr̄ ꝓſumat̃ ꝙ denūciationē factā pu
blice. Idē exiſtens in ipa dyoce.minime ignoraue
rit tanq̄ ſuſpectus eſt ꝓculdubio repellend⁹ niſi ꝓ
ꝓrio firmauerit iuramēto ꝙ poſtea didicerit ea q̄
obijcit ⁊ ad hoc ex malitia nō ꝓcedat.q2 tūc ēt ſi di
dicit ab illis q̄ denūciatiōis tp̄e ſiluerunt clau
di nō debet eid aditus accuſandi quoniā ⁊ ſi ab ex
cuſatione huiuſmodi culpa de ſiletio tali cōtracta

illos excluderet.iſte tñ amoueri requiret cum cul-
pabilis non exiſtat.hec in dicta decre.

¶Queſtio.ij.

QUi in cauſa mtrimoniali teſtificari poſſunt
Rñ.ſecundū Ray.ibidē patet ex his.q̄ di-
cta ſunt de accuſatione q̄ poſſunt teſtificari contra
matrimoniū ꝛ qui non qñ oēs qui admittunt ad
Idem. accuſationē admittunt ad teſtimoniū oīmō ſunt
legitime ꝑſone ad teſtificandū aliqñ etiā q̄ ꝓhibē-
tur ab accuſatione.ſ.q̄ erāt in dyoceſi qñ bannu fie-
bant ſm formā illius decre.Cum in tua.prohibent
et a teſtimonio.concordat etiā Tho.¶Itē lȝ pater
et mater ſint ydonei teſtes pro filio ꝛ filia.vbi agit
de federe matrimonij.i.vtrū ſit talis cōſanguini-
tas inter illos de q̄bus agitur q̄ debeat īpedire ma
trimoniū vel nō.vt extra q̄ ma.ac.poſ.videt nobis.
Tamen ſi de ipſo contractu.ideſt vtrū matrimo-
nium ſit inter eos contractū q̄ſtio vertit tanq̄
ſuſpecti ſunt repellēdi vbi ille cuius filius vel filia
coniuncta dicit ſuperior eſt diuitijs nobilitate po-
tentia vel honore.Et hoc ideo q2 parentes vident
filiorum vel filiaꝝ incrementū ꝛ honorē diligere.
Extra de teſtibus.ſup eo.¶Itē in cauſa matrimo
niali idē poteſt eſſe accuſator ꝛ teſtis.ar.xxxv.q.vj.
Epiſcopus in ſynodo de parētela.extra de teſtib9
Gloſſa. cogendis vel non.Preterea.Idē tho.¶Dicit hic
gloſſa ſup ṽ.Epō in ſynodo.ꝛc.Qđ nō eſt expꝛ̄ſſū
in capitulis que hic magiſter allegat q̄ in cā ma-
trimonij idem poſſit eſſe accuſator ꝛ teſtis ſȝ i illo
capi.epō agitur de teſtibus ſynodalibus.vij.ſub q̄
forma debeant iurare epiſcopo.ſ.q̄ quicq̄d noue-
runt vel ſciuerunt vel viderunt vſq3 mō aut poſtea
inquiſituri ſunt contra deum aut xp̄ianitatē fcm̄
eſſe aut futurū in illa ꝓchia ſi ſciūt aut indicatū
eſt eis ipi nec ꝓpter amorē nec ꝓpter timorē aut ꝓ
ciū celabūt epin aut miſſū eius.Eadē forma iura
menti exprimit in ca.de parētela.in ca.Preterea.
dicit q̄ ſi teſtes publici q̄ ſynodales vocant ſup cā
matrimoniali corā ordinario epō ſemel teſtimo
nia dixerint ꝯpellendi nō ſunt corā delegatis iudi
cibus ſuper eadē cauſa iterum iurare oīmō alr
fiat fides iudicibus niſi articulus noue queſtionis
emergat.hec in glo. ¶Queſtio.iij.

QUaliter i cauſa matrimoniali ꝓcedi debeat.
Raymūd9. Rñ.ſm Ray.in ſumma.Nota q̄ ſi fiat accu
ſatio ſup federe matrimonij hoc eſt qn dicit mri-
moniū nullū eſſe propter cōſanguinitatē vel aliud
perpetuū īpedimentū pōt cōtra ꝯtumacēlite nō
conteſtata procedi ad teſtiū receptionē ꝛ etiā ad
diffinitiuā ſnīam.Si aūt fiat accuſatio de adulte-
rio ad thori ſeparationē ſecus eſt.extra vt lite non
conteſt.c.j.ꝛ.c. Quū frequēter.§.Porro.

De forma accuſandi matrimonii. Titulus.xxj.

DOſtq̄ tractauimus qui matrimo
nium accuſare poſſunt ꝛ qui non.
Cōſequēter videndū eſt d̄ forma ac
cuſandi.

¶Queſtio.j.

QUero ergo qualr accuſatio mrimonij fieri
debeat.Rñ.ſm Ray.e.t.Ad hoc notandū q̄
in matrimonio īpꝛopꝛie dicit accuſatio q2 non fit
inſcriptio in qua accuſator obligat ſe ad tallionē.
Sed dicit denūciatio q̄ ꝓpter pctm̄ fit in quo per-
manet.¶Fit aūt denūciatio q̄nq3 in ſcriptis q̄nq3
ſine ſcriptis.Sȝ melius ꝛ tutius eſt vt i ſcriptis fiat
ad hoc.ar.extra de reſtitutiōe ſpoli.Litteras.Ex-
tra q̄ matrimoniū ac.poſ.A nobis.¶Hmōi accu-
ſationis vel denūciationis forma talis eſt.Ego ta-
lis dico vel denūcio vobis dñe epē q̄ matrimoniū Forma.
pe.ꝛ marie nō pōt ſtare q2 ſunt cōſanguinei in tali
gradu vel ſi eſt alia cauſa diuortij ipam debeo op-
ponere in libello preterea in cōſanguinitate ſolet
dari alius libellus ꝛ parti aduerſe oſtendi vt ſciat
qui īpetitur q̄d actor ꝓbare velit in quo continent
gradus ꝯſanguinitatis ꝛ ꝑſone ꝓpꝛijs noībus de-
ſignate.poꝛrecto vero libello ſacramentū de veri-
tate dicenda a partibus ſuſcipiat ꝛ examinatio ꝑ
ordinem fiat. ¶Queſtio.ij.

POne q̄ duo fratres vel duo cōſanguinei ha-
beant duas ſorores vel duas cōſanguineas i
vxorem inter alterū ꝛ vxorē ſuā fert ſentētia diuor-
tij propter ꝯſanguinitatē ab eccleſia.q̄ritur vtrū
alter poſſit propter hoc ſeparari ab vxore ſua vel
qualr ſe cū ipa habere debeat.Rñ ſm Ray ibidē Raymūd9.
ad hoc dicas q̄ nullo mō pōt ꝓpter hoc ſeparari:q2
res inter alios acta alijs nō ꝑiudicat.vt dicit extra
de fide inſtru.c.inter dilectos.Sed q̄tum ad carnis
copulā diſtiguo.q2 aut dicit q̄ ſcit ꝯſanguinitatē vl
aliud ꝑpetuū īpedimētū eſſe īter ſe ꝛ vxorē ſuā.aut
credit in pꝛimo caſu nō exigat nec reddat debitū
in ſecundo ſi credit ex cā ꝓbabili reddat ſed nō exi-
gat ne.ſ.in alterutro vel cōtra legē matrimonij vel
contra iudiciū eccl̄ie vl cōſcientie ꝯmittat offenſā
Si aūt credit ex cā leui vel temeraria reddat.Et ſi
pōt deponat erroneā ꝯſcientiā ꝛ poſtea exigat.Ex-
tra de ſenten.excōi.Inquiſitioni.vbi habet p̄dicta
diſtinctio.Idē etiā dicit Tho.in ſcrip.di.xlj.ꝛ Pe.
diſtin.xxxviij.vbi ponūt eandē diſtictionē.vide.ſ.
eo.lib.ti.xij.De impedimēto ligationis.q.iiij.Sȝ
quid ſi non.

¶Queſtio.iij.

QUid ſi aliq̄s audiuit ꝑpetuū īpedimentum
eſſe inter ſe ꝛ vxorem ſuā.Nunq̄d tenet inq̄-
rere veritatē maxime ſi credit q̄ īpedimentū illud
nō poſſit ꝓbari i iudicio.Rñ ſm glo.ſup.ṽ.Inq̄ſi Gloſſa.
tioni.Si audiuit īpedimentū illud a fidedignis
nō ſuſpectis cū nō debeat eſſe negligēs ſue ſalutis
tenet inq̄rere veritatē nec dȝ diſſimulare vt quaſi
per hoc minus peccet q̄ neſcit veritatē q2 hec eſt af
fectata ignorātia q̄ nō excuſat.Et ſi ad teſtimoniū
alicuius fidedigni iurati vel nō iurati cōcipiat ꝓ-
babilē opinionē nō dȝ exigere lȝ debeat reddere de
bitum. ¶Queſtio.iiij.

SEd nunq̄d tenet credere hmōi viro fidedi-
gno marie iuramēto dicēti ſe ſcire veritatē
Item nūq̄d tenet credere cōpatri ſuo ſimilr dicenti
aut etiā ſacerdoti aut etiā publice fame.Rñd.ſm
glo.ibidē.Credo q̄ nō teneat ita q̄ peccet moitalr Eadem.
ſi nō credat lȝ peccet venialr ex hūana tēptatiōe ſi
nō credat vbi ꝓbabilr credendū eſſet.Sicut ꝛ pec-
care pōt venialr credēdo nimis de facili vbi credē
dum non eſt. ¶Queſtio.v.

NUnq̄d peccat ſacerdos vl alter ꝯiugū vl ali9
q̄cūq3 iſinuādo hmōi īpedimentū alteri cō-
iugū vl ambob9.Rñ.ſm glo.ibidē ſi credit q̄ ꝓba
re nō poſſit īdiſcrete agit niſi credat q̄ velit i hac
parte peritoꝝ concilio obedire.

¶Queſtio.vj.

QUid ſi ꝓbare pōt īpedimentū ꝛ hoc credat
vel ſciat ſacerdos ꝓchialis vl alter ꝯiugū.
Rñ.ſm glo.ibidē.credo q̄ nō tenet tā iſte q̄ ille ſo Gloſſa.
lenniter ad diuortiū agere niſi īpetrari poſſit d̄ cō
muni ꝯſenſu ipoꝝ ꝯiugū q̄ cohabitēt ſimul tanq̄
frater ꝛ ſoror. ¶Queſtio.vij.

NUnq̄d ꝓpter quācūq3 ꝓbabilē opinionē d̄ ī-
pedimēto ꝑpetuo abſq3 tñ certa ſciētia tene-
tur alterut ꝯiugū vl vterq3 denegare debitū reliquo

Rñdeo ſecundum glo[illegible]. Non tenetur niſi illa probabilis opinio ſur[illegible] tali facto ſuper quo i̇ducat canon preſumptionē vt qñ vxori conſtat ꝙ vir eius ante matrimoniū cū ea contractū iacuit nudus cum nuda ſorore vel conſanguinea eiuſdē vxoris.

¶ Queſtio.viij.

Raymūd⁹. QUero etiam vtrum accuſatio locum habet in matrimonio cōtrahendo. Rñ. ſm Ray. §.vlti.in ſumma.in matrimonio aūt cōtracto accuſatio locū habet.in cōtrahēdo aūt nequaꝙ qꝛ non habet locum accuſatio cū non ſit qḋ legitime accuſari poſſit ſed pōt denūciari cōſanguinitas vel aliquod impedimentū pro quo matrimoniū ꝓhibeṫ extra de deſpon.impub.c.ad diſſoluendū. ¶ Item anteꝙ contrahaṫ matrimoniū vel ſponſalia ſufficit ſola denūciatio ſine probatione ſi non interuenit iuramentū. Glo. hoc bene credo ſi nō ſit ſuſpectus denūciās. Si aūt ſit ſuſpectus ꝺ calūnia.credo ipſum debere iurare ꝙ bona fide denunciet.idē in glo.alioqn.i.ſi iuramentū interuenerit neceſſe eſt probari ſaltē famā.extra de ſpon.preterea.de muliere.extra de conſanguinitate ⁊ affinitate.ſup eo qḋ vbi habeṫ ꝙ ſola fama īpedimēti etiā ſi nō eſt manifeſtum dirimit ſponſalia.de hoc.ꝺ.e.lib.ti.ſ. q.xxv.In qbus caſibus.ꝟ. Quos predictos.in.ca. Preterea.de muliere.dicit de quadā muliere quā quidā petebat in vxorē cuius cōſanguineus dicebat ſe cognouiſſe eā ꝙ ſi ille cōſanguineus nō vult hoc publice cōfiteri propter metū ⁊ potentiā mulieris ꝓhibeatur ipſuz matrimoniū fieri niſi iuramentū interuenerit. ¶ Dicit Hoſti.in glo. eiuſdē Hoſtienſis. capi. Preterea.ſic conſulo iudici ꝙ conſideret qualitatem perſone teſtificātis vtrū ſibi diſpliceat matrimonium vel non vtrum ſit vilis perſona ⁊ infamis ⁊ que conſueuit paſſim deierare vel hō bone et integre opinionis ⁊ alias circuſtantias q̄ in talibus occurrere poſſunt ⁊ ſup hec prohibeant fieri matrimonium vel concedat.arg. extra de ſponſa. Cum in tua.⁊ de iureiur.Iuramentum.

De diuortio propter fornicationem. Titulus.xxij.

IN ſuperiori titulo ſufficiēter oſtēſuz eſt qui admittantur ad accuſationez matrimonij ⁊ qualiter ſit facienda cum diuortiū poſtulaṫ in totū. Conſequenter videndū eſt q̄ admittantur ad accuſtaionem q̄ ſit propter fornicationem qñ agitur ad ſeparationē thori ⁊ relaxationē mutue ſeruitutis. Et talis accuſatio magis proprie dicitur accuſatio q̄ illa de qua dictum eſt ī precedēti titulo qm̄ hoc ſit ꝓpter adulterij crimē et ſit cū inſcriptione.i.ſcriptura. Glo.i.expedit vt ſiat tñ nō eſt neceſſe. ¶ Itē lꝫ tā ſꝫ canones q̄ ſm leges qlꝫ bone ſame admittaṫ ad accuſationē adulterij cum ad penā agiṫ legalē vel canonicā infligēdam ad illā tū accuſationē matrimonij q̄ ſit proptē adulteriū ꝯmiſſuz cū agiṫ ad thori ſeꝑationē nulli⁹ admittitur niſi maritus vel vxor de qua in pñti titulo tractare intendimus.

¶ Queſtio.j.

PRimo ergo quero qualiter hmōi accuſatio fieri debeat. Rñ. ſm Ray.eo.ti.§.ij. circa pri- Raymūd⁹. mum. Circa hoc tenet ꝙ maritus volens accuſare vxorem de adulterio corā iudice ſeculari ad penam legalem debet inſcribere.i.libellum accuſationis facere ⁊ ad penā talionis ſe obligare. Glo. addit ꝙ nec pōt agere ꝑ ꝓcuratorē ſed per ſeipſuz preſentem accuſare oportet:vt extra de ꝓcur. tue fraternitatis. Sed ſi coram iudice eccleſiaſtico vult eam accuſare ad thori ſeparationem teneṫ ei dare libellum accuſationis. Sed non debet ſe obligare ad penā talionis:qm̄ ſiue ꝓbaret qḋ obijceret ſiue nō:haberet qḋ vellet.i.ꝑuareṫ vxoris amplexu.extra de procura.c.tue fraternitatis. Dicit hic gloſ. ſuper ꝟ.teneṫ ei dare libel.ſ.de iure ſtricto: lꝫ aliṫ fieret alicubi de cōſuetudine. ¶ Et notandū ꝙ in hac accuſatione ſicut in reliquis caſib⁹ matrimonialibus pōt maritus agere:illa reſpōdere per ꝓcuratorem:qꝛ ⁊ ſi de crimine ſiat accuſatio:non tñ eſt criminalis:ſed qꝛ mixta inter criminalem ⁊ ciuilem q̄uis in preſentia ꝑncipalium perſonarum ſecurius ꝓcedat:vt in decre.tue fraternitatis. Et idem etiam ſimpliciter approbat Hoſtien.in glo. Hoſtienſis. eiuſdem decre. ¶ Forma ꝟo libelli accuſatiōis ta- Forma libelli accuſatio. lis eſſe debet. Anno dñi noſtri ieſu chriſti.M.cc. xcvij.⁊c. Addit ſecundū glo.hic reſidente domino bonifacio in apoſtolica ſede. Et domino Henrico epiſcopo Conſtantieñ.eccleſie. quinto idus octobris. indictione.x. Ego pe.accuſo bertam vxorem meam de adulterio apud te domine. H.Conſtāti. epe:qꝛ dico eam cōmiſiſſe adulterium cū martino in villa tali in domo vvalchi menſe preſentis anni nuper tranſacto qḋ paratus ſum legitime ꝓbare: vñ peto a cohabitatiōe eius ⁊ ſeruitute qua ei ſum obligatus abſolui. Et hec forma libelli hmōi habetur ex illo.c.tue fraternitatis.⁊.q.viij.libellorū. Et nota de hoc ꝟ. Conſule.menſe:die coram ꝑtore profeſſus. Te deferre reum loca crimen pone ſodalem. Et lꝫ hora dies non menſis pretereaṫ.quaſi dicat:non tenetur diem vel horam cōmiſſi criminis in libello exprimere ſed menſem:diem tñ inſtitute accuſationis exprimere debet.hec ex glo.

¶ Queſtio.ij.

QUādo maritus pōt vxorē de adulterio accuſare:vel ecōuerſo:vxor virum:qꝛ in tali caſu non ad imparia iudicanṫ:vt.xxxij.q.j. ſi quis vxoreni.⁊.q.v.precepit dominus chriſtiana. Rñd.ſm Raymūd⁹. Raymundum.§.iij.ſequitur generaliter veruꝫ eſt ꝙ maritus poteſt accuſare ⁊ dimittere vxorem ꝓpter fornicationem:⁊ econuerſo dicente domino ī euāgelio Matth.xix. Omnis qui dimiſerit vxorē Math.xix. excepta cauſa fornicationis facit eam mechari:et qui dimiſſam duxerit:mechaṫ. ¶ Iſta cauſa extenditur ad fornicationis ſuſpitionem: qḋ intelligo vbi adeo eſt violenta ſuſpitio vt merito illa ꝓbata videatur:⁊ probata fornicatio.verbi gratia. Si probatum eſt ꝙ fuit ſolus cum ſola:nudus cū nuda in eodem lecto iacens:loco ac hora ſecretis et ad hoc cōmodis.xxxij.q.j. Dixit dominus in euangelio.ꝟ.vbicūqꝫ igiṫ eſt fornicatio vel fornicationis ſuſpitio libere vxor dimittitur.vt extra de preſumpti.litteris.⁊.ca. Tue fraternitatis.vt ꝭ plane dicuntur. ¶ Idem Tho.⁊ Pe.di.xxxv. Et addunt ꝙ tñ pro leui ſuſpitione:vt ſi vidit mulierē loq̄ cuꝫ Thomas. viro ſuſpecto:vel etiam pro ſuſpitione ꝓbabili vt qñ vidit eam loco ⁊ tpe ſuſpecto dimittere non lꝫ: vt dicit Pe. ¶ Itē credo ꝙ extendiṫ ad vitiū ſodomiticū. Glo.ſ.cū maſculus i maſculū: vel femina in femnā turpitudinē operaṫ:vel ꝓpṫ illud vxor poſſit dimittere viruꝫ.⁊ econuerſo.xxxij.q.vij.oēs cauſationes:vbi dicitur ꝙ lꝫ vir adulter ſit ſodomita:⁊ ab vxore ꝓpter hec ſcelera derelictus: maritus tñ eſt. Idē de hoc ibidē in.c.adulterij.c.malū idē tho.⁊ pe. ¶ Idē itelligēdū eſt etiā de ſpūali fornicatione.verbi gr̄a. Si maritus vel vxor incidat in hereſiꝫ i iudaiſmū vł gētilitatiſ errorē.xxviij.q.j.c. ydololatria.extra ꝺ diuortijs.queſiuit.vbi diciṫ ꝙ vxor nō debet ſeparari a marito pro furto vel alio

crimine viri ſui niſi eam trahat ad infidelitatem. In quo caſu ab illo poterit ſeparari ita ꝙ ei alij nubere nõ licebit. in viris quoqꝫ idẽ ſeruãdũ ꝫ eſt. Itẽ de hoc ibidẽ .j. c. de illa. ꝛ extra de puer. ↄiug. c. vlti. ❡ Eſt tñ differentia in hoc qꝺ ꝑꝑt fornicationẽ carnalem ſemel cõmiſſam põt vir dimittere vxorẽ ꝛ vxor virũ: ꝑpter fornicationem aũt ſpũalem non põt ſi velit ſe corrigere. extra de diuor. de illa. Concordant ſupradictis Tho. ꝛ Pe.

❡ Queſtio .iij.

Circa vitium ſodomiticum quero vtrũ ſi vir cum ꝑpa vxore tale quid exerceat illa poſſit eum dimittere. Rñ. ſm glo. ibidẽ ſuper ꝟ. crimẽ ſodomiticum. Hug. notauit ſuper illud. c. xxxij. q. iiij. Meretrices ꝙ ꝑpter quãlibet pollutionẽ extraordinariam poteſt vir vxorem: vel vxor virum dimittere ſi alter agat cum altero cum mẽbro innaturali: vel poſteriori. In. c. etiam qꝺ habeẽ. xxxij q. vij. omnes cauſationes. Lau. idẽ notaſſe videẽ.

Gloſſa.

Laur.

❡ Queſtio .iiij.

Quid ſi quis aliã polluit ꝙ̃ vxorẽ extra clauſtra pudoris vel aliquis vel aliqua polluit ſe ꝑprijs manibus. Nũquid ꝑpter hoc poterit dimitti ab vxore vel econuerſo. arg. ꝙ ſic. xxxij. q. iiij. meretrices. vbi dicẽ ꝙ nole mechie oĩs illicit᷒ cõcubitus aut illorũ membrorum non legitimus vſus intelligi debet. Rñ. ſm glo. ibidem. Hug. dicit ꝙ non credit ꝙ ꝑpter hoc poſſit dimitti maritus vel vxor. ar. xxxv. q. iij. extraordinaria.

Raymũd᷒.

❡ Queſtio .v.

Nunquid ꝑpter voluntatem fornicandi ſine actu poterit vir dimitti. cum hmõi voluntas dicaẽ fornicatio. xxxij. q. v. qui viderit. ꝛ. q. vij. non ſolum. Rñ. ſm glo. ibidem. Non põt dimitti propter hmõi voluntatem: quia cũ dicaẽ ꝙ ꝑpter fornicationem poteſt dimitti vir vel vxor verbum fornicationis cum effectu accipiendum eſt. arg. de pe. diſt. j. hec autem verba.

Gloſſa.

❡ Queſtio .vj.

Quero etiam vtrũ ex precepto teneaẽ vir coniugem adulterantẽ dimittere. Rñ. ſm Pe. in ſcript. dicendum ꝙ coniugis fornicatio aut eſt occulta que ꝓbari non poteſt. Et ideo ob talẽ fornicationem dimitti non debet ꝑpter ſcandalum: aut eſt manifeſta que ꝓbari põt. Et tunc aut ſubſecuta eſt correctio in re vel in ſpe: aut perſeuerat ĩ malicia. In ꝑmo caſu lꝫ vxorẽ retinere: qꝛ ſeparatio indulta eſt ad correctionẽ. Pena ꝟo corrigẽs nõ de neceſſitate requiritur vbi correctio preceſſit In ſcdo ꝟo caſu non licet retinere ne videatur correctionem negligere ꝛ peccanti ↄſentire. Concordat his Tho. vide. ſ. eo. li. ti. ij. q. xlviij. pone ꝛ ſeq.

Petrus.

❡ Queſtio .vij.

Utrum vir adulterantem mulierem poſſit ꝑpria autoritate dimittere. Rñ. ſm Tho. ꝛ pe. dicendum ꝙ vxor fornicãs dimitti poteſt dupliciẽ aut quo ad thorum ſolum. aut quo ad thorum et cohabitationem. primo modo vir vxorẽ de cuius fornicatione conſtat ſibi põt autoritate ſua dimittere ꝛ debitum ei negare quouſqꝫ compellaẽ autoritate eccleſie ꝛ reddendo ei voluntarie debitũ nõ ſolum incurrit irregularitatẽ: ſed etiam generat ſibi impedimentum accuſandi. Sed ſi tali debitũ reddit cõpulſus autoritate eccleſie lꝫ notam irregularitatis incurrat: non tamen ſibi generat ꝑuationem accuſationis. Scdo aũt mõ non licet viro vxorẽ dimittere ſine iudicio eccleſie. Et ſi dimiſſa fuerit debet cogi vir ad cohabitandũ incontinenti vt fornicationem probare poſſit: hec autem dimiſſio diuortium dicitur. Et ideo concedendum eſt qꝺ nõ licet diuortiũ fieri: niſi iudicio eccle. ❡ Hoſti. lib. iiij. rubrica. xix. de diuor. ꝟ. iij. quot modis. ꝟſi. generaliter dicit ſic. Generaliẽ audiẽ maritus volens accuſare vxorẽ ſuã de adulterio dicente dño in euãgelio ꝙ nullus debet dimittere vxorem niſi cauſa fornicationis. Ergo hac de cauſa poteſt eam dimittere etiam propria autoritate. Et ſi petet reſtitutionem obſtat exceptio adulterij. vt extra de diuortijs. Gaudemus. ꝟ. Sane. ꝛ. ꝟ. fi. Et lꝫ quidam hoc intelligant de adulterio manifeſto. ſcilicet qꝺ tunc ſolum obſtat exceptio adulterij. dicas tamen ꝙ etiam exceptio occulta adulterij cuius probationes offeruntur parate obſtat petenti reſtitutionẽ quo ad thorum. ar. extra de reſti. ſpolia. Litteras. ꝟ. Propterea. Nam ꝛ ſi infra. viij. dies ꝓbari poſſit notorium dicitur. vt in auten. De nuptijs. Extra de ſenten. excõica. Solet. ꝟ. In prima. Quibus elapſis plena fiet reſtitutio niſi facta fuerit fides. Et ſic poteſt intelligi. xxxiij. queſtio. ij. Eccleſiaſtica hyſtoria. ❡ Nota etiam de hoc plura in Hoſti. lib. v. rubrica. xv. De adulterijs ꝛ ſtupro. ꝟ. vj. Que pena. Idem etiam Hoſtien. Extra de ſenten. excõi. in glo. ſuper. c. Inquiſitioni. dicit ꝙ ſi adulterium ſit adeo notoriũ qꝺ inficiationi non ſit locus tunc poteſt adulterantem autoritate ſua dimittere. Extra de diuor. Significaſti. multo fortius debitum denegare. Idem etiam Inno. in glo. eiuſdem. capi. vide ſupra. eo. lib. titu. xix. Qualiter vel quando. ꝛc. q. j. Quare ergo. ꝟſi. Primus. ꝛ vbi Sequitur in Ray. Item queſtio. ij. circa primum ꝛ ſequentibus.

Thomas.

Hoſtienſis

Hoſtienſ.

❡ Queſtio .viij.

xxxvij Quid ſi epiſcopus communicat excommunicato a ſe.
xxxviij. Quid ſi teneor iuramento aliquid
xxxix Pone ꝙ aliquis dum in his que
xl Quid ſi aliquis communicat excommunicato.
xlj Peccat etiam excommunicatus.
xlij. Item queritur vtrum excōicatus poſſit
xliij Hoc tñ nota ꝙ tunc dicitur.
xliiij Item circa illos qui iniecerunt
xlv Item quid de pueris qui dum eſſent.
xlvj Quid ſi quis nō percutit clericum
xlvij Item quid ſi aliquis iuratus veniat
xlviij. Item pone ꝙ aliquis verberat.
xlix Quid ſi epiſcopus ita ferat ſententiam.
l In ſumma nota ꝙ nomine cenſure.
lj Item nota ꝙ cū generale interdictū
lij Item in generali interdicto. debet iſta
liij Item in conuentualibus eccleſijs
liiij Item de peregrinis accipientibus ſignū.
lv Item nota qđ ſententia excōicationis.
lvj Itē excōicatus maiori excōicatione.
lvij Ceterum minori ecōicatione ligatus.
lviij. Hoc etiam teneas ꝙ licet verberans clericum.
lix. Itē ſi iudex excōicet ſubditum ſuum

P ¶ De penitentijs ⁊ remiſſionibus. t. xxxiij
Oſt abiſſum ⁊ laqueos ⁊c.

Penitentia eſt vt ait Ambro.
j. Occaſione illius verbi poſiti.
ij Occaſione etiam dictorum verborum
iij Item ex predictis patet gradus eſſe
iiij. Accuſationes autem penitentie vt ait.
v Species penitentie vt ait.
vj Species penitentie ſunt tres.
vij Sequitur videre que ſunt neceſſaria.
viij Prima dieta contritio eſt
ix Cauſa inductiue contritionis debet
x Sequitur qualiter debeat eſſe contritio.
xj Sequitur quis ſit eius effectus.
xij Qualiter autem hoc ſit intelligendum
xiij Circa hoc etiam nota tria
xiiij. Secunda dieta eſt confeſſio
xv. Debet quilibet ſregulariter confiteri.
xvj Fallit regula predicta in. v.
xvij Sed nunquid in articulo neceſſitatis
xviij Item nunquid parrochialis ſacerdos
xix Pone ꝙ epiſcopus delegat
xx Sed nunquid poteſt eps vel ſuperior
xxj Quid de venalibus.
xxij. Si autem queras que peccata ſint.
xxiij Sequitur ꝙ ſint neceſſaria ad veram.
xxiiij Item debet eſſe feſtina confeſſio.
xxv Item debet eſſe confeſſio integra
xxvj. Nuda qr non debet confiteri.
xxvij. Diſcreta ſimiliter debet eſſe confeſſio
xxviij. Confiteatur ergo penitens integre.
xxix Item confeſſio debet eſſe frequens
xxx Sequitur vtrum ſint faciende
xxxj Ad aliud. ſ. de quibus faciende ſint
xxxij Ad tertium. ſ. qualiter ſint faciende
xxxiij Sunt autem iſta ſeptem crimina
xxxiiij Item interroget ſacerdos ſi aliquando
xxxv Utrum qr religioſi ſunt a ſecularibus
xxxvj Reſtat vi de ſatiſfactione
xxxvij Carnis autem maceratio
xxxviij De ſecundo. ſ. de vigilijs
xxxix De tertio. ſ. de ieiunijs
xl De quarto ⁊ vltimo
xlj Nunc videndum eſt qualiter debeat
xlij De ſcđo. ſ. de gradibus peccatorum.
xliij Sequitur de tertio. ſ. de menſura
xliiij Ab illa regula excipiuntur
xlv Item matricida debet penitere
xlvj Item ſi ſanguinis ſtilla
xlvij Item quanti tēporis ⁊ cuius aſperitatis
xlviij Ex diligenti inſpectione predicte regule
xlix Item quedam crimina ſunt de quibus
l Reſtat vt aliqua dubitabilia
lj Item quid ſi aliquis penitet de peccatis
lij De ſecundo ⁊ tertio videtur omnino
liij Item queritur circa idem vtrum hi duo
liiij Ad illud qđ fuit ſecundo queſitū
lv Ad tertium queſitū. ſ. vtrum
lvj Sed nūquid peccata ſemel confeſſa.
lvij Item quid de his qui in fine penitent
lviij Ad illud autē qđ quarto fuit exquiſitum
lix Item queritur vtrum ea que ſunt
lx Ad illud vero qđ tertio querebatur
lxj De pena ſacerdotis reuelantis.
lxij Pone ꝙ aliquis confitetur ſe
lxiij Item queritur quid remittit ſacerdos
lxiiij Reſtat videre de ſecundo. ſ. vtrum
lxv Ad tertium qđ fuit queſitum ſupra
lxvj Sciendum tamen ꝙ maioritas
lxvij De remiſſionibus autem quas faciunt
lxviij Quid de iſtis queſtionibus
lxix Item ad aliud qđ quarto ⁊ vltimo
lxx Poſtꝗ̄ vidimus qđ ſit penitentia.
lxxj Timor. ſ. ſatiſfaciendi
lxxij Spes. ſ. triplex diu viuendi
lxxiij Deſperatio. ſ. duplex prima venie
lxxiiij Poſſent etiam aſſignari quedam
lxxv Expeditis per dei gratiam.

¶ Explicit liber tertius. Incipit quartus

¶ De matrimonio
Quoniam frequenter in foro
¶ De ſponſalibus. titu. j.
Quoniā mrīmoniū ſpōſalia
Sponſalia ſunt futurarū

j Sequitur videre qua etate
ij Poſſent ꝰ moueri mlte qōnes
iij Pone ꝙ pueri
iiij Eſto ꝙ adulter
v Conſequenter videndum eſt
vj Ultimo videndum eſt vtrum

P ¶ De matrimonio. Titulus. ij.
Oſtꝗ̄ ſufficienter ⁊c.

j Matrimonium eſt viri
ij Contrahitur autem ſolo conſenſu
iij Solet queri vtrum hoc
iiij Pone ꝙ aliquid deſponſat
v Nunc videndum eſt
vj Cauſe inſtitutionis matrimonij
vij Poteſt contrahere matrimoniū oīs hō

Sed nū

viij Sed nunquid inter abſentes.
ix Effectus matrimonij eſt
x Sed nunquid peccant coniuges
xj Pone ꝙ vir accuſat
xij Bona matrimonij tria ſunt
xiij Ualent autem hec bona
xiiij Jtez nota ꝙ matrimoniū aut eſt legitimū
xv Jtem matrimoniū dicit aliqñ initiatum
xvj Ultimo videndum eſt que ⁊ quot ſint

¶ De errore perſone. titu.ij
Nominatis impedimentis

¶ De impedimento conditiōis. Titu.iij.
Sequitur videre ⁊c.
j Quid ſi dominis ꝯtradicentibus
ij Circa conditiones autem que

¶ De impedimento voti
Conſequenter agendum eſt ⁊c.
j Uotum ſic deſcribitur
ij Quis vouere poſſit
iij Sequitur videre qua etate
iiij Nunc videndū eſt quot ſint ſpecies
v Quid de quibuſdam qui longo tempore
vj Sequitur videre votum

¶ De ipedimēto cognatiōis carnalis.ti.vj.
Pertractato impedimento
j Conſanguinitas eſt vinculum
ij Linea eſt ordinata
iij Sequitur videre quid ſit gradus
iiij Gradus ita computantur
v Ultimo videndum eſt vſqꝫ ad quem

¶ De ipedimēto cognatiōis ſpūalis.ti.vij.
Poſtq̄ ſufficienter ⁊c.
j Cognatio ſpiritualis eſt
ij Reſtat videre quid iuris
iij Solet queri an quis poſſit
iiij Tractauimus de compaternitate
v Ultimo videndum eſt de fraternitate
vj Ultimo videndum eſt ad noticiam
vij Jtem vt multa circa matrimonium

¶ De cognatione legali. Titulus.viij.
Poſt tractatum de cognatione ⁊c.
j Cognatio legalis eſt
ij Adoptio ſic deſcribitur
iij Adoptare poteſt paterfamilias
iiij Effectus adoptionis eſt
v Uidimus in principio

¶ De impedimento criminis. Titu ix.
Crimina multa ſunt
j Jtem nota ꝙ ꝙuis multa
ij Pone ꝙ aliquis mulieri

¶ De diſpari cultu. Titulus.x.
Sequitur de diſpari cultu
j Quid ſi iudei vel pagani
ij Quid ſi infidelis plures habens
iij Sed nunquid vir iam conuerſus
iiij Jn tertio caſu.ſ.quando fidelis
v Quid ſi catholicus contrahit

¶ De impedimento violentie. Titu.xj.
Circa impedimentum ⁊c.
j Quis eſt maioris rei
ij Ut autem ſcias que vis
iij Jtem nota ꝙ cū qualiſcūqꝫ

¶ De impedimento ordinis. Titu.xij.
Nunc autem de impedimento ⁊c.

¶ De impedimento ligationis. Ti.xiij.
Sequitur de impedimento ligationis ⁊c.
j Sed q̄d ſi alij ligati ſunt
ij Si ſᵒ matrimonialiter eſt ligatus
iij Pone ꝙ vxor creditur
iiij Jtem pone ꝙ vir iuit in exercitum

¶ De publice honeſtatis iuſtitia. ti.xiiij.
Poſtq̄ vidimus ⁊c.
j Quid ſi ſponſalia non tenuerint

¶ De impedimento affinitatis. titu.xv.
Dictum eſt de publice honeſtatis iuſtitia ⁊c.
j Affinitas eſt proximitas perſonarum
ij Tria genera affinitatis
iij Jn ſumma ſᵒ non eſt preter mittendum
iiij Jtem nota ꝙ licet moriatur

¶ De impotentia coeundi. Titu.xvj.
Jnter alia impedimenta ⁊c.
j Jmpoſſibilitas coeūdi eſt
ij De artatione que in mulieribus eſt
iij Uidimus de naturali impotentia
iiij Ultimo videndum eſt qualiter
v Nunc videndum eſt qualiter diuortium
vj Quid ſi vir ſciens ſe frigidum
vij Ut ergo finis congruat principio

¶ De impedimento feriarum. Ti.xvij.
Pertractatis impedimentis

¶ De matrimonio contra interdictū eccleſie contracto. Titulus.xviij.
Sequitur de interdicto eccleſie ⁊c.

¶ Qualiter ⁊ quando mulier poteſt. Titulus.xix.
Poſtq̄ tractauimus
j Si mulier aliquem petit in virum
ij Pone circa caſum tertium
iij Quid ſi mulier egit poſſeſſorio
iiij Jn ſumma nota ꝙ ſi reus

¶ De diuortio ꝓpter conſanguinitatē vel aliud. Titulus.xx.
Dictum eſt ſupra qualiter.
j. Prohibentur aūt gñaliter.
ij Pone ꝙ aliqͥs tpe contractus.
iij Patet ex his que dicta ſunt.

¶ Qualiter accuſatio ſit facienda in matrimonio. Titulus.xxj.
Poſtq̄ tractauimus.
j Huius accuſatiōis vel denūciationis.
ij Pone ꝙ duo fratres.
iij Jn ſumma nō eſt ꝑtermittendum.

¶ De diuortio ꝓpter fornicationē. Tit.xxij.
Jn ſuperiori titulo ſufficienter.
j Circa primū articulum.
ij Sequitur videre qñ maritus.
iij Sunt tamen quidam caſus.
iiij Effectus hmōi accuſationis.
v Pone ꝙ lata eſt ſententia.
vj Pone ꝙ vir adulteratus eſt.

¶ De numero teſtium in matrimonio vel alia. Titulus.xxiij.
Ultimo videndum eſt.⁊c.

¶ Qui filij ſint legitimi ⁊ qui nō. Tit.xxiiij.
Tractatum eſt ſupra.⁊c.
j Legitimus filius eſt.
ij Jtem notandū ꝙ quadruplex eſt ſtatutū.
iij. Sequitur qualiter nō legitimi.
iiij. Prodeſt aūt filios eſſe.

¶ De dotibus ⁊ donationibus propter nuptias. Titulus.xxv.
Quoniā publice honeſtatis.⁊c.
j Dos eſt quedā donatio.
ij Species dotis ſunt due.
iij Uidimus quid ſit dos.
iiij Donatio propter nuptias.
v Lucratur maritus dotem.
vj Sequitur videre cui ſit.
vij. Jllud in ſumma notandum.

¶ Incipiunt ſtatuta ſumme confeſſoꝝ ex ſexto decretalium addita ꝗ̄tum pertinere videtur ad materiam eiuſdem ſumme ac ſub eiſdem titulis ꝛ numero queſtionum.

E libri qui de ſumma confeſſorum iam ſcripti erant appoſitione ſtatutoꝝ a domino Bonifacio ſummo pōtifice nuper in ſuo ſexto libro decretalium collectorum de nouo editorum deſtruerentur aut fructus ex eorum noticia alabus proueniens negligeret preſertim cum hmōi ſine ſuo ꝛ alioꝝ periculo confeſſor ignorare non poſſit vtile iudicaui in fine ipſius ſumme ſub titulis eiuſdē ſumme ꝛ eodem vt plurimum queſtionū numero in quibus incidūt de ipſiſ ſtatutis tm̄ apponere ꝗ̄tum ſufficere videbit ad noticiam confeſſorum. ¶ Hoc tn̄ ſciendū ꝙ dn̄s papa memoratus multa que aut a doctoribus in hac ſumma etiam in alijs ſcriptis poſita erant et de quibus aliquotiēs etiam opiniones erāt diuerſe ꝛ ſententie incerte in predicto ſexto libro ꝑ iuris expreſſionem redegit ad certitudinem vt in hmōi decetero non liceat vacillare.

De ſymonia. Titu. I. ¶ Queſtio. lxxxiij.

IN primo ergo libro titulo primo de ſymonia in rubricella de iure patronatus. q. lxxxiij. qualiter ius patronatus. Nota ꝙ opinio dn̄i Hoſtien. ibi poſita nunc certificata eſt ꝑ ius nouum in eodem ſexto. in titulo de iure patronatus. c. vnico. vbi ſtatuit ꝙ ſi laicus cōfert ius patronatus. eidem vel alteri eccl̄ie ſeu loco religioſo etiam ſine conſenſu epi qḋ valet coilo Sed ex tunc patronus eccleſiaſticus ad pn̄tandū habebit. vj. menſes. nō. iiij. tn̄ ſicut habebat laic⁹.

De magiſtris et ne aliquid

exigatur pro licētia docendi. Titulus. iij. q. j. ꝛ. ix.

CIrca materiam tit. iij. de magiſtris q. j. ꝛ. q. ix. Nota ꝙ ſtatuit Innocen. iiij. qḋ de cetero apud ſedē apl̄icam regat ꝛ vigeat ſtudium iuris diuini ꝛ hūani canonici videlicet ꝛ ciuilis. Et qḋ ſtudētes ibidē gaudeāt oīno priuilegijs libertatibus ꝛ īmunitatib⁹ quib⁹ gaudent ſtudētes in ſcholis vbi gn̄aliter regit ſtudiū ac recipiant integre ꝓuentus ſuos eccleſiaſticos ſicut illi. Hec in ſexto. ti. de priuilegijs. c. cū diuerſis. Vide etiam de hac materia infra in additionibus. li. iij. ti. xiij. qḋ ordinandus ſit domui ꝛc. q. xij. circa queſtionem.

De iudeis ꝛ ſarracenis.

CIrca titulū de iudeis ꝛ ſarracenis. Nota qualr̄ ꝓcedēdum ſit cōtra xp̄ianos ꝗ ad ritum trāſierūt iudeoꝝ ꝛ cōtra fautores vel defenſores eoꝝ. de hoc habes in additionib⁹ infra titu. primo. ſ. de hereticis. q. xj. Contra chriſtianos.

De hereticis. Titulus. v.

CIrca titulū de hereticis. Nota primo ꝙ ꝑ mortem ſummi pōtificis nō expirat officiū inq̄ſitoꝝ heretice prauitatis Immo ꝑdurat ſicut prius nō ſolū quo ad cepta ſed etiā quo ad negotia ꝗ nondū emerſerāt. hec in ſexto tit. de hereticis. c. Ne aliqui. ¶ Inq̄ſitores hereticoꝝ nō poſſunt inq̄rere contra ep̄os niſi hoc ſit exp̄ſſum ī litteris ipoꝝ. Si tn̄ aliq̄d Itellexerit de heresi eoꝝ vel ſuperioꝝ debēt pape nūciare. hec in. e. t. c. Inq̄ſitores.

¶ Queſtio. iij.

DE materia tertie queſtionis. Nota ꝙ in fauorem fidei concedit vt ī negotio inq̄ſitiōis hereticoꝝ admittant ad teſtimoniū excōicati ꝛ ꝑticipes ſeu ſocij criminū ſi ex numero teſtium ꝛ ex alijs cōiecturis nō falſa dicere p̄ſumātur hec in c. In fidei.

¶ Queſtio. iiij. ꝛ. xliij.

SAcerdos vel alius clericus ī ſacris ordinib⁹ conſtitutus cū pro heriſi fuerit ſeculari curie relinquēdus aut ꝑpetuo imurādus. cōuocatis abbatibus. alijſq; prelatis ꝛ religioſis perſonis ac litteratis ſue dyoceſis de ꝗbus expedire videbit. poteſt a ſuo ep̄o etiā ſolo degradari. hec. e. tit. eo. ſ. ¶ Item nota ꝙ is qui in vna ſpecie hereſis vel in vno fidei articulo ſeu eccl̄ie ſacramento errauit ꝛ poſtmodū hereſim ſimpl'r vel gn̄aliter abiurauit ſi ex tūc in aliā etiā ſpeciē hereſis vel ſectam labit aut alio articulo ſeu ſacramēto deuiat relapſus in hereſim iudicat. hec. e. tit. in. c. Accuſatus. §. Cum vero. ¶ Item inquiſitores a ſede ap̄lica deputati non debent ſe intromittere de diuinationibus aut ſortilegijs niſi hereſim ſaperēt manifeſte: ſz tales ſunt per ſuos iudices puniēdi. hec in. e. c. §. Sane. religioſi etiā ſi inuenti fuerint in hereſi vel conſimilibus deliquiſſe grauius puniendi ſunt ꝗ̄ ſeculares. hec in. e. tit. in ſi. vide infra q̄ſtione ꝓxima.

¶ Queſtio. viij.

QUaliter ꝛ a quo fieri debeat degradatio clericorum. Nota ꝙ verbalis degradatio ſeu depoſitio ab ordinibus ſeu gradibus eccl̄iaſticis eorū qui ſunt in ſacris ordinibus cōſtituti eſt faciēda a proprio ep̄o aſſiſtēte ſibi canonico numero ep̄oꝝ. ſed ſentētia proprij ep̄i ſine p̄ſentia aliorū ep̄orū ſufficit in degradatione eoꝝ ꝗ tn̄ ſunt in minoribus ordinibus cōſtituti. ¶ Actualis xͦo ſeu ſolennis degradatio fiet hoc mō. Clericus indutus veſtibus ſacratis habēs in manibus vas vel aliqḋ inſtrumentū ſeu ornamentū ad ſuū ordinē ſpectās ac ſi deberet in ſuo officio ſolēniter miniſtrare adducatur ad p̄ſentiam epi. ꝛ tunc calix aut liber ſeu queuis alia ꝗ iuxta morē tradunt ab ep̄o in ordinatione clericoꝝ ſingulariter auferunt ac ab illo veſtimento ſeu ornamēto qḋ traditū fuit vltimo icboando ꝛ deſcendēdo gradatim in degradationē continuet vſq; ad primā veſtē ꝗ tradit in collatiōe tonſure ꝛ vltimo radatur caput illius ne tonſure ſeu clericatus veſtigiū remaneat in eodem. Poterit aūt ep̄s in degradatione vti ad terrorē aliq̄bus verbis oppoſitis illis ꝗ dicunt in ordinū collatiōe puta dicendo preſbitero in remotione planete auferimus tibi veſtē ſacerdotalē ꝛ te honore ſacerdotali priuamus. Sicq; in remiſſione reliquoꝝ inſignium ſimilibus verbis vtens. In ablatione aūt vltimi qḋ in collatione ordinum fuit primū infra ſcripto vel alio ſimili modo pronunciet ſiue dicat autoritate dei oīpotētis patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti ac noſtra. tibi auferimus habitum clericalē ꝛ deponimus degradamus ſpoliamus ac exuimus te omni ordine beneficio ꝛ priuilegio clericali. Hec omnia in titulo de penis. c. degradatio.

¶ Queſtio. xj.

QUicūq; hereticos credētes receptatores defenſores ſeu fautores eoꝝ ſciēt p̄ſumpſerit

eccl'iaſtice

eccliaſtice tradere ſepulture vſqꝫ ad ſatiſfactionẽ
ꝑdon eã excõicationi ſubiacẽt nec bñficiũ abſolu-
tiõis mereanẜ niſi ꝓprijs manib⁹ publice extumu
lent ꝓijciãt hmõi corpa dãnatoꝝ ⁊ locus ille ꝑpe-
tuo careat ſepultura. ¶ Itẽ heretici credẽtes rece
ptatorea defẽſores ⁊ fautores eorũ ipſorũqꝫ filij vſqꝫ
ad ſecundã gñationẽ ad nullũ beneficiũ eccliaſti-
cum ſeu officium publicũ admittanẜ. Qð ſi ſecus
actũ fuerit decernimus irritũ ⁊ inane. hec ⁊ plura
alia habenẜ in titu. de hereticis. c. Quicũqꝫ. ¶ Itẽ
preſidentes regimini alicuius regni prouincie ſeu
loci ſi excõicati vel de facto tñ ⁊ non de iure iuriſ-
ditionem habẽtes ac eoꝝ officiales ad reqſitionẽ
ordinarioꝝ vel delegatoꝝ ipſorũ aut inqſitoꝝ he-
reticorum non valentiũ tã celeriter habere recur-
ſum ad ſuperiores qui legitime in locis illis poſ-
ſint iuſtitiã exequi poſſunt ⁊ debent contra here-
ticos credentes fautores ⁊ receptatores ⁊ defenſo-
res eorum iuſtitiã ⁊ ſuũ officiũ exercere nec requi-
rentes hmõi excõicatos ꝓpter hoc excõicationis
ſententiam incurrunt. Non tñ ex hoc dictis preſi-
dentibus vel officialibus in alijs caſibus aliquid
conceſſum eſſe intelligiẜ vel permiſſum. hec oĩa. e.
titu. in capi. ꝑſidentes. ¶ Item ſi ſuſpectus de he-
reſi vocatus ab eo qui hꝫ de hoc inqrere vt de fide
reſpõdeat excõicationis vinculo pro eo ꝙ parere
ſubterfugit aut cõtumaciter ſe abſentat fuerit ino
datus ab ipſo hanc ſi per annũ aĩo ſuſtineat ꝑtina
ci ex tunc velut hereticus condẽnetur. hec. e. titu.
in capi. Cum contumacia. ¶ Item circa eandem
materiam nota ꝙ contra xpianos q̃ ad ritũ trãſie-
runt vel redierunt iudeoꝝ etiã ſi hmõi redeuntes
dum erant infantes aut mortis metu: non tñ abſo
lute ſeu preciſe coacti baptizati fuerint ⁊ tanq̃ con
tra hereticos ſi fuerint de hoc confeſſi aut ꝑ xpia-
nos vel iudeos conuicti ⁊ ſicut contra fautores re-
ceptatores ⁊ defenſores talium procedendum. hec
in. e. ti. de hereticis. ca. Contra xpianos.

Eis qui poſt abiuratam hereſim reperiuntur
recidiſſe q̃uis ſm iura ſine vlla penitus au-
dientia ſint ſeculari iudicio relinquendi ſi tamen
poſtmodũ peniteant ⁊ penitentie ſigna in eis ap-
paruerint manifeſta nequaq̃ ſunt humiliter peti
ta ſacramenta penitentie ac eucharíſtie denegan-
da. hec in. e. ti. c. Super eo.

¶ Queſtio. xviij.

Circa falſum ſeu cõpetentem predicatorem.
Nota qð. e. ti. ca. Quicũqꝫ. §. Inhibemus. ſic
dicit inhibemus quoqꝫ ne cuiq̃ laice pſone liceat
publice vel priuatim de fide catholica diſputare.
Qui vero contra fecerit excõicationis laqueo ino-
detur. ¶ In iſto titulo multa noua ponunẜ ſpãlr ð
modo inquirendi hereticos ⁊ hoc negotium con-
tingentibus.

De apoſtatis. Titu. vij.

¶ Queſtio. vij.

Septimo titulo de apoſtatis.
de materia. vij. queſtionis vi-
de infra in additionibus lib.
iij. t. iij. ð bigamis. ¶ Itẽ. e. ti.
de materia queſtionis. x. ſ. an
apoſtata ſit ipſo facto excõica-
tus, habes in additionibus
infra lib. iij. titu. xxxiij. de ſen-
tent. excõicationis. q. xxxiij.
Circa queſtionẽ. v. Decimus. ¶ Itẽ. e. ti. circa ru
bricellã de reſidentia in beneficio. Nota ſtatutum
ꝙ diſtributiones cotidiane i quibuſcũqꝫ rebus cõ-
ſiſtant canonicis ac alijs bñficiatis clericis cathe-
dralium ⁊ aliaꝝ collegiatarũ eccliaꝝ qui diuinis
officijs in ipſis eccleſijs affuerunt tñmõ tribuanẜ
iuxta eccleſie cuiuſliꝫ ordinationẽ rationabilẽ iaꝫ
factam ſeu faciendaꝫ. Qui vero aliter de diſtribu
tionibus ipſis quicq̃ receperit exceptis illis quos
infirmitas ſeu iuſta ⁊ rationabilis neceſſitas aut
euidens eccleſie vtilitas excuſaret rerũ ſic accepta
rũ dominiũ nõ acqrat nec faciat eas ſuas. Immo
ad olim reſtitutionẽ que contra hmõi noſtrã cõſti-
tutionem receperit teneatur. Nec conſuetudo con
traria in his excuſat. ¶ De diſtributionibus etiã
pro defunctoꝝ anniuerſarijs largiendis idem de-
cernimus obſeruandum. hec omnia in titu. de cle-
ricis non reſidentibus in eccle. vel preb. c. j.

De voto. Titulus. viij.

Circa ſtatum mulierũ regula
rium. c. j. vbi ſic ait. ſancim⁹
vniuerſas ⁊ ſingulas monia-
les pñtes atqꝫ futuras cuiuſ-
cumqꝫ ſint ordinis vł religio
nis in quibuſliꝫ mundi parti
bus exiſtentes ſub perpetua
in ſuis monaſterijs debere de
cetero ꝑmanere clauſura ita ꝙ nulli earũ religio-
nem tacite vel expreſſe ꝓfeſſe ſit vel eſſe valeat qua
cumqꝫ ratione vel cauſa monaſteria ipſa deinceps
egrediendi facultas niſi forte tanto vł tali morbo
euidenter earũ aliquã laborare cõſtaret ꝙ nõ poſ-
ſet cũ alijs abſqꝫ graui ꝑiculo ſeu ſcãdalo ꝯmorari
Nulliqꝫ aliq̃tenus inhoneſte pſone nec etiã honeſte
niſi rationabilis ⁊ manifeſta cauſa exiſtat: ac de il-
lius ad quẽ ꝑtinuerit licentia ſpeciali ingreſſus vł
acceſſus pateat ad eaſdem ⁊ infra. Sane vt hoc ſa
lutare ſtatutum ꝯmodius valeat obſeruari diſtri
ctius inhibem⁹ ne i monaſterijs monialiũ nõ mẽ-
dicantiũ alique recipianẜ de cetero in ſorores niſi
quot poterũt de ipſoꝝ monaſterioꝝ bonis ſiue ꝓ-
uentibus abſqꝫ penuria ſuſtẽtari. ſi ſecus actũ fue-
rit etiã irritũ decernẽtes. ¶ Uerum qñ abbatiſſa
vel prioriſſa cuius ius monaſteriũ ꝓ feudo qð mõ-
naſterium ipm̃ tenet ab aliquo pncipe ſeu dño tẽ-
porali ſibi debebit homagiũ vel fidelitatis ſacra-
mentum preſtare niſi ꝙ per procuratorẽ illud pre-
ſtet poſſit efficere apud eum: de monaſterio cum
honeſta ⁊ decenti ſocietate exire poterit eo caſu li
cite homagio facto q̃ primũ cõmode poterit fide
litatis preſtito ſacramẽto ad ipm̃ monaſteriũ ene-
ſtigio reuerſura ſicqꝫ in fraudẽ reſidentie ſiue mo-
re clauſtralis nihil fiat olno. ¶ Principes etiam
ſeculares ⁊ alij dñi temporales non debent abba-
tiſſas prioriſſas ⁊ alias moniales officia ſuorum
monaſterioꝝ gerentes permittere litigare in cu-
rijs ſuis ne pro conſtituẽdis procuratoribus illas
oporteat euagari. Et ſi domini predicti contrafe-
cerint ad hoc per ſuos ordinarios eccleſiaſticos cẽ
ſura eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem
et alijs prelatis iniungiẜ ꝙ ipſi negotia ⁊ cauſas q̃
prefate moniales habebunt facere coram ipſis vł
in curijs eorum ſiue ſint homagia fidelitatis ſacra
menta lites vel quicquid aliud per procuratorem
earum fieri faciant ⁊ tractari. ¶ Patriarchis
vero primatibus archiepiſcopis ⁊ epiſcopis in vir
tute obedientie diſtricte precipitur ꝙ eorũ quili-
bet i ciuitate ſua vł dyoceſi i monaſterijs ſibi ſubie
ctis. Immo etiã in exẽptis ꝓuideãt expẽſis mona
ſterioꝝ vł ẽt elemoſinis fideliũ de clauſuris ꝯpetẽ-

tibus et ipſas moniales includi faciant quanto com mode fieri poterit. Et idem precipitur abbatibus et aliis prelatis exemptis et non exemptis quo ad monaſteria monialium eis ſubiecta. Et quod con tradictores et rebelles ſunt per cenſuram eccleſia ſticam compeſcendi inuocato ad hoc ſi opus fue rit auxilio brachii ſecularis. Hec omnia in .e.c.

¶ Queſtio .c.

Circa materiam .q.c. Nota quod in ti. de voto .c.i. diuerſitas que erat inter aliquos ſolēnes do ctores quod videlicet votum ſolēne dirimeret matri monium poſt contractum vel nō ſoſpita eſt quod pa pa attendens quod voti ſolēnitas ex ſola cōſtitutione eccleſie eſt inuenta ſanciendo declarat illud ſolū votum debere dici ſolēne quo ad poſt contractum matrimonium dirimendū quod ſolēnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis aut per pfeſſionem expreſſam vel tacitam factam alicui de religioni bus per ſedez apoſtolicam approbatis. ¶ Reliq vero vota etſi matrimonium impediant contrahendū et quanto manifeſtius ſunt emiſſa tanto ppt pluriū ſcandalum et exemplum durior penitentia tranſ greſſoribus debeatur: non tamen reſcindere poſ ſunt matrimonia poſt contracta. Hec oia in .e.c.

¶ Queſtio .xi. et qō .xiii.

Diuerſa que tanguntur .q.xi. et .q.xiii. et ſequē tibus determinata ſūt aliquibus additis p ſtatutum nouū in ti. de regularibus et tranſe. ad religionē .c. Conſtitutionē. q exprimit quod cōſtitutio Innocentii q incipit. Non ſolū phibens cuerſorū profeſſionem recipi an annū probationis elapſuz extendit tn̄ ad ordines pdicatorū et minorū: extendi tur etiā nūc ad alios ordines mēdicantiū. In aliis autem religionibus profeſſio expſſe vel tacite fieri poteſt licite infra annū. Sz expſſe emiſſa etiā ſcla ri habitu nō mutato illi religiōi pciſe obligat quā profitens eſt profeſſus. profeſſio vero tacite facta infra probationis annū p ſuſceptionē habitus q profitentibus tn̄ datur nō illi ſpecialiter cuius ha bitus eſt ſuſceptus: ſz gn̄aliter religioni alicui reci pientē obligat ſi apte etatis ſit et ſi ſciens et volun tarius ac triduo pſeuerct. hec oia in dicto .ca.

¶ Queſtio .xvi.

De materia queſtionis .xvi. Nota .e. ti. ſ. de re gularibus. in .c. Si ad ſolū. dicit quod ſi ad ſolū abbatem ptineat creatio monachorū eo defuncto nequibit nouus monachus a cōuentu creari alias poterit ſi earum creatio ſpectet inſimul ad vtruſqz. ¶ De materia huiuſmodi tituli vide aliqua infra in additionib⁹. lib. iii. tit. xxviii. de trāſitu clericorū q. xiii. et .q. xvi.

De iuramento et periurio.

Titulus .ix.

¶ Queſtio .xxxiiii.

Circa titulum de iuramēto et per iurio. Nota quod nec prelati nec ca nonici nec iudices quicūqz qui iu rant ſeruare ſtatuta et conſuetu dines alicuius eccleſie vel loci ſi ſciunt quod inter illa ſtatuta vel con ſuetudines continent aliqua illi cita l poſſibilia vel libertati eccliaſtice obuiantia nullo mō debēt l illa gn̄alitate iurare et tali intētio ne quod hmōi obſeruent qz nec aliquatenus ſunt ſer uanda et ſi contingat iurare gn̄aliter ignorātes tn̄ obligantur ad ſeruandū licita poſſibilia et liberta ti eccleſiaſtice non obuiantia. quia iuramentum ſolum ad illa ſe extendit. hec in titu. de iureiuran do. ca. Contingit.

De emunitate eccleſie cimi teriis perſonarum et reruz ad eas pertinentiū.

Titulus .xiii.

De materia huiuſmodi tituli. ſcilicet de emunitate eccleſiarū et rerum ad eas pertinentiuz. Nota quod non licet dn̄is ſcabi nis ſeu cuicūqz iuriſditionem tpalē habēti tallias aut colle ctas ſeu exactiōes. quaſcūqz i ponere eccleſiis vel pſonis ec cleſiaſticis vl̄ exigere ab eiſdē p domib⁹ pdiis vel qbuſcūqz poſſeſſionib⁹ ab eiſdē eccleſiis vl̄ pſonis eccliaſticis legitime acqſitis vl̄ acqrendis: et ſi ipe eccleſie vel pſone vel res hmōi ſint infra illorū di ſtrictuz vel territoriū cſtitute. Nec artari poſſunt ad res hmōi diſtrahendū vel alienandū aut extra manū ſuā ponenduz. hec in ti. de emunitate eccle. capi. i.

¶ Queſtio.

Item in eo. ca. Clericis ſic ſtatuit quod quicūqz prelati eccleſiaſtice perſone religioſe aut ſe culares quorūcūqz ordinū conditionū ſeu ſtatuum collectas vel tallias decimā viceſimā ſeu centeſi mam ſuorū et eccliarū pventuū vel bonorū laicis ſol uerint vel pmiſerint vel ſe ſoluturos cōſenſerint aut quāuis aliā qntitatē portionē aut quodā ipſorū prouentuum vel bonorū extiſtimationis vel valoris ipſorum ſub adiutorii mutui ſubuētionis ſubſidii vel doni nomine ſeu quouis alio titulo vel modo vel queſito colore abſqz ſedis opoſtolice auctorita te. Necnō impatores reges ſeu principes duces co mites vl̄ barones: ptātes: capitanei. Officiales vl̄ rectores quocūqz noie cenſeant ciuitatū caſtrorūz ſeu quorūcūqz locorū cōſtitutorū vbilz et quis alius cuiuſcūqz peminentie cōditionis aut ſtatus qui ta lia impoſuerint exegerint vel receperint aut apud edes ſacras depoſita eccleſiarū vel eccliaſticarū pſo narum vbilz arreſtauerint ſaiſiuerint ſeu occupa re preſumpſerint vel arreſtari ſaiſiri aut occupari mandauerint aut occupata ſaiſita ſeu arreſtata re ceperint necnō oēs q ſcienter pdictis dederint au xiliū conciliū vel fauorē publice vl̄ occulte eo ipſo excōicationis ſniam incurrāt. vniuerſitates quoqz que in his culpabiles fuerint eccleſiaſtico ſuppo nimus interdicto. Prelatis et perſonis eccleſiaſti cis ſupradictis in virtute obedientie vel ſub pena depoſitionis diſtricte mandantes vt talibus abſqz expreſſa dicte ſedis licentia nullatenus acquie ſcant quocūqz pretextu cuiuſcūqz obligationis p miſſionis et cōfeſſionis factorū hactenus vel faciē dorum in antea priuſqz huiuſmodi conſtitutio p hibitio ſeu preceptum ad notitiā ipſorū puenerint nihil ſoluant nec ſupradicti ſeculares quoquo mō recipiant et ſi ſoluerint vel predicti receperint i ex communicationis ſententiā incidant ipſo facto a ſupradictis autem excōicationū interdicti ſenten tiis nullus abſolui valeat preterqz in mortis arti culo abſqz autoritate ſedis apoſtolice et licētia ſpe ciali cum noſtre intentionis exiſtat tam horren dum ſecularium poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulatione trāſire. Non obſtātib⁹ quibuſ cumqz priuilegiis ſub quibuſcūqz tenoribus for mis ſeu modis aut verborum conceptione con

ceſſis

ceſſis imperatoribus regibus ⁊ alijs ſupradictis que contra premiſſa in nullo volumus alicui vel aliquibus ſuffragari. hec oīa in dicto.c.

¶ Queſtio.

ITem nota ꝙ ſi hi qui tēporale dominiū obtinent ſuis ſubditis aliqñ interdicūt ne prelatis ſeu perſonis eccleſiaſticis quicq̄ vendant aut emāt aliqd ab eiſdē nec ipſis bladū molant coquāt panem aut alia obſeq̄a exhibere ꝓſumāt. cū talia in derogationē libertatis eccliaſtice preſumant. eo ipſo excōicationis ſententiā incidunt vt hec expreſſe dicuntur. eo. titu. in. c. Eos qui temporale.

¶ Queſtio.

CIrca meteriam. xxij. queſtionis. Nota ꝙ dominus papa ſtatuit et precipit feſtiuitates precipuas duodecim apoſtoloꝝ ⁊ quattuor euangeliſtarum ac ſctōꝝ doctorū gregorij: auguſtini: ambroſij ⁊ Hieronimi ſub officio duplici per vniuerſas orbis eccleſias annis ſingulis perpetuis tēporibus ſolenniter celebrari hec expreſſe dicitur in ti. de reliquijs ⁊ venera. ſctōꝝ. ca. Unico.

De decimis et oblationib'

Titulus. xv.

¶ Queſtio. vj.

IN titu. de decimis circa materiā queſtionis. vj. ⁊ ſequentis. Nota ſtatutum alexan. pape qđ habet eo. ti. ca. ij. § vlti. vbi dicitur ꝙ religioſi pro eo qđ forte in aliquib' parrochijs oēs maiores decimas ſeu partē acquirūt de manib' laicorum non poſſunt pro eadem vel ſimili portione ſi de nouo poſtmodū fiant noualia in eiſdem petere vel recipere. noualiū decimas earūdē niſi alia rationabilis ꝑ quā hoc facere valeāt cauſa ſubſit.

¶ Queſtio.

ITem. eo. ca. §. vbi aūt ſic dicitur ꝙ ſi ex aliquo indulto de perceptione decimaꝝ adeo grauari contingeret ꝓchiales eccleſias ꝙ rectores eaꝝ non poſſent de ipſaꝝ redditibus cōgrue ſuſtentari et commode iura epiſcopalia exhibere ꝓuideatur per locoꝝ ordinarios ⁊ ordinet ꝙ tm̄ de illaꝝ prouentibus relinquatur rectoribus earūdē ꝙ exinde cōpetentē ſuſtētationē habere ⁊ iura eꝑalia ſoluere valeant aliaq; oīa debita ſupportare.

¶ Queſtio. xxvij.

DE materia q̄ſtionis. xxvij. ⁊ ſequentiū habes. e. c. §. Sane. vbi ſic dicit ꝙ q̄uis forte a religioſis exēptis alijs fiant infeudationes de decimis detentis a laicis ⁊ ijdē laici ꝙ illas ab ipſis religioſis in feudum teneant recognoſcāt. nō tm̄ lȝ religioſis eiſdē poſt talē infeudationē vel recognitionem ſic de facto ꝓſumptā hmōi decimas de manibus laicoꝝ ipſoꝝ acq̄rere vel recipere, abſq; dyoceſanoꝝ epoꝝ aſſenſu. ¶ Illas aūt decimas intelligimus poſſe taliter a religioſis de manibus laicorū recipi vel acq̄ri q̄ aſi lateraſi. cōciliū ipſis laicis in feudū ꝑpetuo fuerunt cōceſſe. Alia etiam ponuntur de decimis in. eo. ca.

De ſepulturis.

Titulus. xvj.

DE ſepulturis nota diligenter conſtitutionē nouā. e. t. c. j. q̄ talis eſt. Alaꝝ periculis ⁊ ſcādalis q̄ frequenter ex his prouenirūt obuiare volētes vniuerſis religioſis ⁊ ſclaribus clericis cuiuſcūq; ſtatus vel cōditionis exiſtant in virtute ſancte obediētie ac ſub intermīnatiōe maledictionis eterne diſtrictiſſime ꝓhibemus ne aliquos ad vouendū iurandū vel fide interpoſita ſeu alias ꝓmittendum inducāt vt apud eoꝝ eccleſias ſepulturā eligāt vel iā electā vlterius nō imutent. Nos enim ſi ſecus actū fuerit electionē talem decernimus penitus nullius exiſtere firmitatis ſtatuētes vt hi qui ſic elegerint nec apud ſic electas eccſias nullatenus ſepeliri nec alibi ne cōtra votū iuramentum aut promiſſum hmōi a ſe factū materiaȝ habeant veniendi poſſint eligere ſepulturā. Sed contradictione quacūq; ceſſante ſepeliant oīno apud illas eccleſias apud quas ſepeliendi de iure fuiſſent ſi alias ſepultura nō electa forſitā deceſſiſſent ¶ Si vero ijdē religioſi vel clerici ꝑdictos in ſuis eccleſijs vel cymiterijs ꝓſumpſerint ſepelire ad reſtitutionē tā ſepultoꝝ corpoꝝ ſi petant ꝙ ⁊ oīm q̄ occaſione ſepulture illoꝝ prouenerint quomōlibȝ ad eoſdē infra decēniū integraliter faciendā illos obligatos eſſe cenſemus. Quā niſi fecerint ipe eccleſie apud quas ſepulti fuerit necnō ⁊ cymiteria earūdē ex tunc eo ipſo ſint ⁊ tādiu maneāt eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria oīm ꝑdictoꝝ. hec oīa in dicta conſtitutione.

¶ Queſtio. ij.

CIrca materiā q̄ſtionis. ij. Nota ꝙ pactū ꝑiudicat iuri ſepulture vn̄ in ti. de pactis. c. j. dicitur pactū cū rectore eccleſie ꝓchialis factuȝ a nobis ne aliquos vel certos ipſius ecclie ꝓchianos recipiatis ad ſepulturā eccliaſticā oīno ſeruare debetis ꝙꝙ ſepultura libera ſit monaſterio vſo ab apſica ſede indulta ⁊ illi apud vos elegerint ſepeliri cū ꝑ dictū pactū indulto hmōi derogeſ.

¶ Queſtio. iij.

DE hereticis nō ſepeliēdis plura habes. ſ. in additionib' l ti. de hereticis ſub q̄ſtiōe.

¶ Queſtio. viij.

DE materia q̄ſtionis. viij. Nota qđ dicit l ti. de ſepulturis. c. ij. §. vlt. Nō ſi q̄d antiqua dimiſſa nouā etiā in loco minus religioſo elegerit ſepulturā electionē hmōi lȝ iura ſup hoc videantur eſſe diuerſa nequaq̄ volumus ipugnari. ¶ Itē. e. t. ca. vlti. ſtatuit ſic religioſi niſi a proprijs monaſterijs adeo forſitā ſint remoti ꝙ ad monaſteriū cum moriūt ꝯmode portari nō poſſint: nequeūt cū velle vel nolle nō habeāt ſibi eligere ſepulturā ſȝ ſunt apud ſua monaſteria tumulandi.

¶ Queſtio. ix.

MAteria. ix. q̄ſtionis determinata eſt. e. ti. c. lȝ pater. qi pater pōt filio ipuberi eligere ſepulturam vbi hoc cōſuetū eſt ſed nō pōt vbi non eſt cōſuetum ſed ſunt cū ſuis maioribus vel in ꝓchiali ecclia tumulandi. ¶ Filius tm̄ familias pōt libere ſepulturā eligere abſq; patris aſſenſu: ſed pro aīa ſua preter eius aſſenſum nō pōt aliq̄d delegare niſi habeat peculiū caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe. hec omnia in eo. titu.

¶ Queſtio. x. ⁊ xj.

DE materia q̄ſtionis. x. ⁊ etiā. xj. loquit. eo. tj. ca. is qui vbi dicit ꝙ q̄ hȝ domiciliū in ciuitate vel caſtro ſi q̄ñq; ad villā ruralē ſe transfert recreationis cā vl vt ruralia exerceat in eadē ⁊ nō electa ſepultura decedat ibidē nō in eccleſia dicte ville ſed in ſua ꝓchiali ecclia vel in ea potius in qua maioꝝ ſuoꝝ ab antiquo ſepultura extitit ſepeliri debebit dūmō abſq; periculo ad ipſam valeat deportari. ¶ Mulier autem que plures viros habuit ſucceſſiue ſi ſepulturā nō eligat eſt cum viro vltimo cuius domiciliū et honorem retinet tumulanda. hec in dicto. capi.

¶ Queſtio.xv.⁊.xviij.

Circa.xv.⁊.xviij.q. Nota ꝙ cum quis cuius maiores ſũt ſoliti ab antiquo in aliqua eccleſia ſepeliri: ea dimiſſa eligit alibi ſepulturã canonica portio dimiſſe nõ debetur eccleſie: ſed illi dũtaxat in qua ille officia conſuevit audire diuina ⁊ eccleſiaſtica recipere ſacramenta. ¶ Item cum ab eo q̄ duo habet domicilia ſe collocãs equalit̃ in vtroq̃ in loco tertio eligitur ſepultura domiciliorũ eccleſie habebunt inter ſe diuidere canonicam portionem. Hec.e.ti.c.cũ quis. De materia q̃õnis.xxiiij. Uide in prin. huiuſmodi tituli.

Incipit additio libri ſecundi de homicidio. Titulus.primus.

In ſecundo libro.ti.j.de homicidio q̃õne.xix. Nota circa homicidium caſuale. ꝙ ſi quis mandat aliquem verberari licet expſſe inhibeat ne occidatur vel membro aliquo mutiletur. Si mãdatarius fines mãdati excedẽs mutilet vel occidat irregularis efficitur mandator: q2 culpa fuit cum hoc euenire poſſe debuerit cogitare. Hec in titu.de homicidio.c.cum is qui.

¶ Queſtio.xlvj.

Circa materiam queſtiõis.xlvj. Nota expreſſum ius qđ poteſt prelatus vel clericus quicũq̃ de malefactoribus ſuis laicis querelam deponere penes iudicem ſecularem petendo emendaꝫ ſibi fieri ⁊ prouideri ne contra eum talia de cetero preſumant proteſtando tñ expreſſe ꝙ ad vindictã ſeu penam ſanguinis non intendit nec ei imputare debet quãuis alias in tali caſu de iure debet pena ſanguinis irrogari ſi iudex mortẽ illis inferat iuſtitia exigente alſ ſi clerici propter metum hmõi quia iudex ad penam ſanguinis ꝓcederet de ſuis malefactoribus taliter conqueri non auderent daretur pleriſq̃ materia cruciandi eoſdem ⁊ ipſoꝝ bona libere depredandi. Hec omnia eo.titu.in.c. prelatis.

¶ Queſtio.liij.

De materia queſtionis.liij. ſtatuitur ⁊ determinatur in ti.ne clerici vel monachi.c.epũs. Quod epũs vel quicũq̃ alius prelatus vel clericus iuriſditionem habens temporalem ſi homicidio aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſditiõe ſua commiſſo balliuo ſuo: aut alij cuicũq̃ iniungat vt ſuper hoc veritatem inquirens iuſtitie debitũ exequatur irregularis cenſeri nõ debet quãuis ipſe balliuus vel alius contra malefactorem ad penã ſanguinis proceſſerit iuſtitia mediante. Nam clerici iuriſditionem temporalem habentes lꝫ per ſe cãs ſanguinis agitare nõ debeant tamẽ poſſunt aliꝗs delegare. Hec in dicto.c.

De raptoribus predonibus ⁊ incendiarijs. Titulus.v. q̃õne.xxxij.

In titulo.v. de raptoribus.q.xxxij. Nota ꝙ dñs papa bonifacius.viij. ſuper tranſgreſſores conſtitutionis Alexandri.iiij.penã addidit: ſic ſtatuens qđ non obſtante ꝯtraria ꝯſuetudine que dicenda eſt verius corruptela nec collegium: nec vniuerſitas: nec etiam aliqua ſingularis perſona cuiuſcũq̃ ſit dignitatiſ conditionis aut ſtatus ab eccleſijs ⁊ ꝑſonis eccleſiaſticis pro perſonis ipſis: aut pro rebus eorum quas non cauſa negociationis deferũt aut deferri faciunt vel tranſmittunt pedagia ⁊ guidagia exigat vel extorqueat per ſe vel per alium ſuo nomine vel etiam alieno aut eas ad hmõi perſoluenda cõpellant. ¶ Qui v̓o contra fecerint ſi perſone fuerint ſingulares excõmunicationis. Si autem collegium vel vniuerſitas ciuitatis caſtri ſeu loci alterius cuiuſcũq̃ ipſa ciuitas caſtrum vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant nec ab execution e hmõi abſolutionem vel interdicti relaxationem obtineant donec exacta plenarie reſtituerint ⁊ de tranſgreſſione ſatiſfecerint competenter. Hec omnia in ti.de cenſibus.c.quãq̃.

¶ Queſtio.xliij.

De queſtione.xliij.vide.ſ.li.j.ti.xliij.de emunitate eccleſie.in prin.

¶ Queſtio.c.

Circa rubricellam de teſtamentis.q.ſ.c. ⁊ ſequentibus. Nota ꝙ religioſus non põt officium executoris teſtamenti ſuſcipe nec exequi niſi a ſuperiore ſuo petita ſuper hoc licentia ⁊ obtẽta. Item ſi plures a teſtatore ſimpliciter executores deputant vno eoꝝ mortuo vel in remotis agente: aut eo exequi forte nolente ne voluntatem teſtatoris impediri vel nimium contingat differri poterit alius niſi teſtator aliud expreſſerit officiũ executionis iniuncte libere adimplere. Hec omnia ĩ titu.de teſtamentis.c.vlti.

¶ Queſtio.cxxvj.

Item circa rubricellam de preſcript.q.cxxvj. Nota ꝙ dicit.e.ti.ſ.de preſcriptionibus.c.j. qđ oportet epm̃ a quo petunt eccleſie ⁊ decime extra ſuam dyoceſim conſtitute allegantem preſcriptionem ꝓbare titulum preſcriptionis: q2 ius cõe eſt contra eum. ¶ Nam licet ei qui rem preſcribit eccleſiaſticam. Si ſibi non eſt ꝯtrarium ius cõe vł contra eum preſcriptio nõ habetur ſufficiat bona fides vbi tamen ei ius cõmune contrarium: vel habetur preſcriptio ꝯtra ipm̃ bona fides non ſufficit ſed eſt neceſſarius titulus qui poſſeſſori cauſaꝫ tribuat preſcribendi niſi tanti temporis allegeẗ preſcriptio cuius contrarij memoria non exiſtat.

¶ Queſtio.cxxxvij.

Circa rubricellã de iudicibus.q.cxxxvij. Nota ꝙ papa ꝓhibet ne q̃s ĩpetratores litterarũ ſedis apoſtolice vel alios ad foꝝ eccliaſticũ recurrentes ſup̱ cauſis que ad idem forum de iure vł de antiqua conſuetudine pertinere noſcunẗ per ſe vł per alium ad defendendum vel in foro ſeculari de queſtionibus hmõi litigandũ per ipſoꝝ iudicũ eccleſiaſticoꝝ vel impetrantiũ vel litigantiũ ſeu nolentiũ litigare: aut ꝓpinquoꝝ ipſoꝝ ſeu rerũ illoꝝ aut eccleſiarum ſuaꝝ aut etiã captionẽꝫ modiſue aliꝗs quibuſcũq̃ cõpellat ſeu compelli faciat vel ꝓcuret nec per ſe alioſue impediat quominus corã iudicibus eccleſiaſticis delegatis ſeu ordinariis q̃relantes de cauſis q̄ vt premiſſum eſt ad cognitionẽ ptinẽt eoſdẽꝫ poſſint libere iuſtitiã obtinere. nec ad predicta facienda det ꝯſilium: auxiliũ vel fauorem. ¶ Si quis v̓o ꝯtra preſumpſerit excõicationi ſe ipo facto nouerit ſubiacere a qua niſi tã iudex cuius cognitio fuerit impedita vel interdicto vſurpata quã parti q̄ turbata in ꝓſecutiõe fuerit ſui iuris de iniurijs dãnis expẽſis ⁊ intereſſe prius ꝑ eũ integre fuerit ſatiſfactum nullatenus abſoluatur. Hec omnia in titu.de immunitate eccleſiarum .c. quoniam. ¶ Item circa eãdeꝫ vum. ¶ Nota ꝙ epiſcopus cum in tota dyoceſi.ſua iuriſditionem ordinariam habeat poteſt per ſe ⁊ per alium in quolibet loco non exempto pro tribunali ſedere cauſas

ad eccleſiaſticum forum ſpectantes audire perſo-
nas eccleſiaſticas cum earum exceſſus exegerit ca
pere ac carceri deputare. Necnon ⁊ cetera que
ad ipſius ſpectant officium libere exercere. hec in
titu. de offi. ordi. c. Cum epꝰ. Item nota ꝙ mulie-
res non debent ad iudiciū pſonaliter euocari vel
trahi niſi in cauſa expreſſa in iure. vt patet in ti. de
Iudicijs. c. ij. Mulieres. Si tñ neceſſariū fuerit te
ſtimonium earūdē qualr̄ hoc requiri debet. ponit
in eodem. c. Et additur ꝙ ſi quis fingit fraudulen-
ter caſum in quo ſit neceſſariū. vt iudex pſonaliter
accedat ad mulieres ⁊ ꝙ nō poſſit per alium teſti-
monium earꝝ recipi fictor talis ipō facto eſt excō-
catus. ¶ Et ſubdit in. e. c. Ceterū femine religio
ſe preſertim que debent ſub clauſura morari extra
ſuum monaſteriū vel clauſurā ad iudiciū nō vocē-
tur vel trahantur ex quauis cauſa pſonaliter etiaꝫ
ſi ad hoc voluntas accederet earūdē. Et addit ſic
decernimus quoqꝫ vt ipſo iure ſit irritū ⁊ inane. ſi
quid cōtra pmiſſa contigerit attentari. Item nota
de hac materia. ſ. iudiciū in ti. de foro cōpe. c. ij. vbi
ſic dicitur ſeculares iudices q̄ lꝫ ipſis nulla cōpetat
iuriſditio in hac parte pſonas eccleſiaſticas ad ſol
uendum debita ſup quibus corā eis contra ipſas
eorum exhibentur littere vel pbationes alie indu
cuntur dānabili pſumptione ꝯpellunt a temerita
te huiuſ p locoꝝ ordinarios cenſura eccleſiaſtica
decernimus compeſcendos.

¶ Queſtio. clvij.

CIrca rubricellā de conſeruatoribus. q. clij. ⁊
ſequētibus. Nota nouū ſtatutū dñi boniſa.
in ti. de officio delegati. ca. vlti. videlicet ꝙ conſer-
uatores a ſede apſtica conceſſi debent eſſe epi vel
eorum ſuperiores aut abbates ſeu dignitates vel
perſonatus in cathedralibus vel collegiatis eccle-
ſijs obtinētes ⁊ ꝙ nullus deputati ſibi conſeruato
res eſſe valeat ꝯſeruator. ¶ Itē exceptis regibus ⁊
reginis nullus deinceps cōſeruatorē habeat eū q̄
ſub ipſiꝰ iuriſditiōe dñio vel diſtrictu eccleſiaſtico
vel tēporali conſiſtat. Et addit. conſeruatores autē
hmōi extra ciuitates ſeu dyoceſes in q̄bus fuerint
deputati vel alibi q̄ in ciuitatibus ſeu locis inſi-
gnibus vbi poſſit copia peritorum haberi contra
quoſcūqꝫ procedere aut aliquos vltra immediatā
a fine dyoceſis eorūdem trahere non preſumāt vo-
ces ſuas citationibus ⁊ ſententiarū denunciatio-
nibus dumtaxat exceptis quas per alios valeant
exercere nulli committere poſſint niſi hoc eis cō-
petierit ex beneficio litterarꝝ. Sed nec tunc niſi in-
fra ciuitates vel dyoceſes in quibus deputati fue-
rint et perſonis tm̄ que ſuperius ſunt expreſſe. vt
aūt conſeruatores limites ſibi tradite ptātis quos
frequenter excedunt metu pene diligenter obſer-
uent decrenimus vt ſi de alijs q̄ de manifeſtis iniu
rijs ⁊ violētijs ſcienter ſe intromiſerint vel ad alia
que iudicialem indagmem exigunt ſuam extende-
rint poteſtatem eo ipſo per vnum annum ab offi-
cio ſint ſuſpenſi. pars vero que hoc fieri procura-
uit ſententiam excōmunicationis incurrat a qua
non poſſit abſolui niſi ei quē ſic fatigauerit inde
bite primo ſatiſfaciat integralr̄ de expēſis. ¶ Of-
ficium autem quorumcūqꝫ obſeruatorum ipſo iu-
re quo ad non cepta negotia per obitum concedē-
tis volumus expirare. Circa munera vero ⁊ expen
ſas aſſeſſores ⁊ notarios ⁊ perſonas teſtimonij cā
vocandas illas precipimus in huiuſmodi cōſer-
uatoribus per omnia obſeruari que in delegatis
iudicibus conſtitutio a nobis ſuper his edita ob-
ſeruanda decreuit. ¶ Quicumqꝫ autem contra p-
miſſa vel eorum aliquid attentari contigerit oīno
decernimus irritum ⁊ inane. hec oīa in dicto. c.

¶ Queſtio. clviij.

CIrca rubricellam de priuilegijs. ⁊ queſtio nē
immediate precedentem. ſcilicet. clxij. No-
ta immutationem ſtatuti alexan. iiij. cum pluribꝰ
additionibus in titu. de priuileg. capi. Cum perſo
ne. vbi ſic dicitur ſtatuimus vt hi qui ſe aſſerunt
per priuilegia ſeu indulgentias apoſtolice ſedis
exemptos a locoꝝ ordinarijs req̄ſitio huiuſmodi
priuilegia vel indulgentias quibus ſe dicunt fore
munitos ipſis ordinarijs in loco congruo ⁊ ſecuro
aut aliquibus prudentibus iuris omni ſuſpitio-
ne carentibus ad hoc per dictos ordinarios depu
tatis infra terminū competentē profecti qualita-
te ipſorum ordinariorum vel delegatorum ſuorum
arbitrio moderandum iuſto impedimēto ceſſan-
te oſtendere ac ad legenduꝫ integraliter exhiberē
Necnon de articulis de quibus cōtrouerſia fuerit
tranſcriptum tradere teneantur. Si autem ad fun-
dandam intentionem ſuam ſuper huiuſmodi li-
bertate ſolum modo preſcriptionem canonicam
duxerint opponendam eiſdem ordinarijs vel dele
gatis ab eis iuris prudentibus non ſuſpectis de p
ſcriptione huiuſmodi facere debēt fidē. ¶ Quod
ſi tales priuilegio ⁊ preſcriptione aſſerant ſe mu-
nitos priuilegium quidem ipſum exhibeant vt in
primo huius ꝯſtitutiōis articulo ſuperiꝰ eſt expſſū
¶ Et ſi priuilegium exhibitum non ad plenū per
ſe ſufficiat ad exēptionem ſeu libertatem hmōi
comprobandam. Sed tale eſt ſaltem qd̄ cauſam p
beat preſcribendi coram perſonis predictis anno-
rum quadragmta preſcriptionem teneantur pro-
bare. ¶ Preſcriptionis quoqꝫ probatione penden
te licet ordinariorum intentio de iure cōmuni fun-
detur tamen quia de priuilegio qd̄ ſaltem cauſam
preſcribendi prebet fidem faciunt in libertatis vel
exemptionis poſſeſſione non violenta non clande
ſtina nec conceſſa precario de qua fidem corā eiſdē
fecerint non turbentur. Si vero priuilegium per
ſe eſt ſufficiens quādo ſolo priuilegio ſe defendūt
vel ſaltem tale qd̄ preſcriptioni canonice cauſam
preſtet cum preſcriptionē allegant non exhibue-
runt vt eſt dictum cum de iure communi ordina-
riorum intentio ſic fundata ſua iuriſditione vti
poſſunt libere in eoſdeꝫ donec de preſcriptione ca-
nonica vt premiſſum eſt fecerint plenam fidem.
hec omnia in. eod. capi. ¶ Item in titu. de priuile-
gijs in ea. autentica in fine. Nota ꝙ exempti lites
proprias ſuorum hominum liberorum que videlꝫ
tantum ad ipſos homines pertinent non debent
ſibi aſſumere ſuo nomine ſiue vt actores ſiue vt de
fenſores etiam ſi huiuſmodi homines ipſis ſint cē
ſuales. Item eod. titu. capi. per exemptionem. No
ta ꝙ per exemptionem eccleſie conceſſam ipſa ec-
cleſia ⁊ ipſius monachi vel canonici clerici ⁊ etiā
conuerſi perpetuoqꝫ oblati non autem eiuſdeꝫ ec-
cleſie preſbiter qui parrochianorum curam habet
quo ad ea que ad eandem curam pertinent. Nec
ipſi parrochiani etiam intelliguntur exempti ve-
rum ſi canonici alicuius eccleſie eximantur ipſi
ſoli canonici non autem eccleſia vel alij eius cleri
ci ſunt exempti. Si autem clerici cuiuſuis eccleſie
eximantur. tunc tam canonici q̄ alij clerici exi-
muntur non tamē eccleſia niſi aliud in exemptio-
nis priuilegio exprimatur.

¶ Queſtio. clxiij.

CIrca renunciationē vel amiſſionem priuile-
gij. Nota ꝙ fratres predicatores ⁊ minores ⁊

alij mendicantes compoſitiones ⁊ pacta cū prelatis: rectoribus. capl'is ⁊ pſonis eccliaꝝ ciuitatū caſtroꝝ villarum ⁊ locoꝝ in qbus domus ſeu habitatiões eorum exiſtunt ſup iuribus pochialibus vel alijs quibuſcūq; articulis ab ipoꝝ fratrū cōuentualib' priorib' ſeu gardianis facta vł approbata de ſuoꝝ conuentuū cōcilio ⁊ aſſenſu. dūm alias ſint licita ⁊ honeſta in locis in quibus facta fuerint debēt ppetuo inuiolabiter obſeruare. Non obſtāte q magiſtri vel miniſter gñalis vel puincialis aut gñalis aut prouincialis capli aſſenſus affuerit aut q ſedes aplica quo ad fratres minores autoritatē ſuā non preſtiterit ſup iſtis. hec oīa in ti. de pactis. c. Quia ex eo. Circa aduocatos. q. clxxj. ⁊. clxxiij. Nota q cōſtitutio greg. pape pperandū de qua fit ibi mentio non eſt in ſexto.

℄ Queſtio. ccvj.

In rubricella de legibus ⁊ cōſuetudine circa. q. ccvj. Nota q q̄uis poſterior cōſtitutio priorez reuocet q2 tñ locoꝝ ⁊ pſonaꝝ ſingulariū cōſuetudines ⁊ ſtatuta cū ſint facti ⁊ in facto cōſiſtant poteſt papa pbabilr ignorare ipis dūm ſint rōnabilia p conſtitutionē a ſe nouerit editā niſi expreſſe caueatur in ipa nō intelligit in aliquo derogare. hec l. ti. de conſti. c. ij. Item nota q ignorātes nō ligantur ſentētijs p ſtatuta ordinarioꝝ platis niſi eoꝝ ignorantia craſſa fuerit aut ſupina. hec e. ti. c. vt animaꝝ. vide infra in his additionibus. li. iiij. titu. xxxiij. de ſenten. excōi. q. lvj. circa materiam.

Hic incipit additio de tertio libro de bigamis. Titulus. iij

In tertio libro tit. iij. de bigamis. q. xiij. Nota idez ſtatutū greg. x. qd̄ ibi ponit. etiā in ſexto cōtinet. e. ti. I ti. tñ de clericis cōiug. c. j. addit ſic. Clerici qui cū vnicis ⁊ virginibus cōtraxerit ſi tonſuram ⁊ veſtes deferāt clericales puilegiū retinēt Innocen. pape. q. qd̄ habetur xvij. q. iiij. Si quis ſuadēte. ⁊ additur. e. ca. Declaratio. q tales clerici cōiugati pro ſuis exceſſibus vł delictis trahi nō poſſunt criminalr aut ciuilr ad iudicium ſeculare. Nec per eoſdem iudices ſeculares puniri poſſint pecuniaſiter. In ceteris autem vel niſi vt premittit tonſuram ⁊ veſtes deferāt clericales etiam in premiſſis non gaudent priuilegio clericali. Hec omnia in dicto. c.

Quod ordinād' ſit domui ſue bene prepoſitus. Titulus. xiij.

Circa materiam tituli. xiij. ſ. qd̄ ordinandus ſit domui ſue bene prepoſit'. Nota qd̄ q̄uis caplm ſede vacante beneficia q̄ ad collationē epi ptinēt cōferre nō poſſit: preſentatos tñ a patronis pt admittere ſi ſint ydonei ⁊ inſtituere in beneficijs ad que fuerint pſitati licet talis admiſſio ⁊ inſtitutio ad epm ptineret ſi eſſet epus. Hec in titu. de inſtitutionibus. c. j.

℄ Queſtio.

Item in tit. ne ſede va. ⁊c. c. j. ſic ſtatuit. Qd̄ ſi ad epm ⁊ ad caplm cōiter ptinet collatio prebendaꝝ mortuo epo vel a beneficioꝝ collatione ſuſpenſo poterit caplm vacātes cōferre pbendas etiā ſi epus intereſſe habeat in collatiōe hmōi vt plat'. ℄ Idem poterit epus ſi caplm ob ipſa collatiōe ſuſpendi cōtingat: vel ſingulariter oēs de caplo maioris excōicationis vinculo innodari. ℄ Cum vero ad ſolum epm prebendaꝝ ſpectat collatio cum cō-

ſilio ſui capli vel aſſenſu defuncto epo vel ſuſpēſo niſi epo in petenda relaxatione ſuſpēſionis hmōi ſit in mora caplm ſe nō pōt intromittere de eiſdē. ℄ Ubi vero de ſpāli cōſuetudine vel ſtatuto alicui' eccleſie beneficioꝝ collatio ad aliquē cum conſilio epi noſcit ptinere ſublato epo de medio cū cōſiliuz eius tunc peti nequeat ab eo non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differēda. nec etiam ſi egerit in remotis ita q non poſſit ipſius preſentia in breui haberi: q2 in petendo vel expectando eius conſilio poſſet vacāti beneficio periculū imminere. Hec oīa in dicto. c. quis cōferre debeat beneficia vacantia apud ſedem aplicam: ⁊ qñ: ⁊ de exceptiōe circa hoc ſtatutorum habes in titu. de preben. c. ij. ⁊. iij. Sed plenius in. c. preſenti. ⁊. c. ſi aplica.

℄ Queſtio.

